# D. JO: DOMINICI
# PANSUTI
## I.C. AC PARTHENOPAEI PATRITII
# CONTROVERSIÆ FORENSES
## SVPER VRBIS CONSVETUDINIBUS,
## REGNIQVE CONSTITVTIONIBVS NEAPOLIS.

Bibliothecae de Rosa
Cas. 128

Digitized by Google

Digitized by Google

598328

Racc. Vill. H. 163

# SELECTIORUM CONTROVERSIARUM FORENSIUM

AD CONSUETUDINES NEAPOLITANAS, Atque ad Regni Conſtitutiones, præſertim Feudales, & ad Ius Pontificium, Cæſareumq; paritèr ſpectantium.

LIBER CÆTERIS ADAVCTVS.

Ubi quamplures difficiliores Theſes, ac peregrinæ Diſputationes, juxta Theologiæ Moralis etiam dogmata, enodantur, ac germano Legum ſenſui adaptantur.

*AUTHORE*

**D. JO: DOMINICO PANSUTO**

U.J.D. PARTHENOPÆO,

*MINIMO OLIM CAUSARUM PATRONO, HUMILI NUNC SACRÆ MENSÆ MINISTRO.*

*Opus quidem, & in Foro interno, & externo Juſdicentibus utile, Studioſis omnibus non injucundum; ac in Judiciali Palæſtra certantibus perquam neceſſarium, ob nonnullas præcipuè recentiores diverſorum Tribunalium Diffinitiones, quæ in eo continentur.*

CUM DUPLICI INDICE.

Quorum alter res omnes notatu dignas: alter Quæſtiones, quæ in eodem novo Volumine reſoluuntur, ſummatim complectitur.



NEAPOLI Ex Regia Typographia Caroli Porſile MDCCXVI.

*SUPERIORUM PERMISSU.*

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE" NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

# ANGELO TVTELARI
## PROPRIOQVE CVSTODI
## (Humili excuſatione præmiſſa)
## DE PATRIIS SANCTIONIBUS
### PARTHENOPÆIS
### *AUTHOR OPUS SACRAT.*

ETSI nonnulli, maximique Viri ad Juriſprudentiam illuſtrandam, adeò operam, ſtudiumque ſuum contulerint, ut jam vanum videri poſſit, ulteriùs de hac re commentando, tempus impendere; In re, inquam, quæ nec ſibi glorioſa, nec aliis primo intuitu, utilis eſſe videatur. Attamen, qui multiplices caſuum varietates, atque eventus conſiderabit, quibus Reſpublica, tanquam navis in alto ab aquilonibus agitatur, & à fluctibus impetitur (cum in eadem ſpecie etiam diſſimiles perſæpè videantur) is, ſecus ſe rem habere, facilè tunc intelliget. Quemadmodum enim, *ſemper quid novi*, ut in omnium ore tranſit, *fert Africa*; ita in his rerum humanarum vicibus nunquam deeſt, quod tranſactis retrò rebus, non ſit, vel in totum, vel ex aliqua parte quidem diſſimile; quodvè propterea, vel recentiori Gloſſa in novo Jure Municipali, vel ſaltem Veteris Juris nova interpretatione indigeat. Hæc profe-

ctò nos ratio, quolibet ætatis tempore, adduxit, ut in tali etiam genere, quantum proficere ſtudio, diligentiaque poſſemus, voluerimus experiri. Et quamvis ſemper de meo ingenio nihil, in re præſertim tanti momenti, tam in hoc, quàm in cæteris Codicibus, polliceri potuiſſem; Nihilominus ſi quod cupio, haud aſſequi valeam, utique viam aliis ſaltem muniam; & quæ plurimum in ſcribendo valet, alacritatem addam, quò poſſint faciliùs, ac certiùs metam in his attingere. Hinc igitur mihi ceſſandum non fuit, ut hujuſmodi Opus, aliis adauctum, qualecumque illud ſit, alicujus præſidio dicatum velim. At poſt Hominum, Legumque Conditorem DEUM, & REMUNERATOREM, cui Summo rerum omnium Opifici, Naturæ, & Gratiæ, Unique, Trinoque, ſoli Æterno Numini, legalium lucubrationum primitias jure addixi, ac humiliter conſecravi, meque totum, ſub cujus omnipotenti manu demiſsè ſemper ſubjicio: Poſt DEIPARAM Virginem, INCARNATI *VERBI* Matrem, cui, quæ feci deinde verba, ac mea ſecundò in lucem edita, omni devoto obſequio dicavi: Cui modò niſi ad te, ANGELE mi TUTELARIS, licet rudes hoſce, poſtremò elaboratos, ſanè ſacros ferre labores, unquam potuero? Ad Te itaque recurro, tibique prorſus Tertium hoc ſiſto Volumen. Et ſicuti, tuæ auxiliaris præſentiæ, ſtatuta commemorationis die fuit illud cœptum; Ita pariter, contra obſcuras adverſantium inſidias, aliarumvè paſſionum caligines, continuò tuæ propitiæ lucis deinceps muniatur tutela; atque ad Noſtrum Ultimum Finem, Te item Duce, ac ad majorem ALTISSIMI gloriam, tantùm mea mens, nec aliò dirigatur in Opere. Ibique, nimirum, ipſe tanquam in centro, vera pace quieſcam; Ibique in ſphera, vero gaudio fruar; ibique denique poſt hujus ſæculi tempeſtates, latentes pravæ occaſionis ſyrtes, erroneſque hoſtium turbines, ſine ullo amplius temporis metu, in tuto Æternitatis portu, Te ſemper ex Divina Gratia cynoſura favente, finali auxilio me videam. Nihil aliud lachrymis opto, id tibi humiliter ſupplico, hoc ſolùm timidè ſpero, tandemque contrito corde ſuſpiro.

STE-

Digitized by Google

# STEPHANUS DE STEPHANO

## I. C. & Advocatus Neapolitanus

### AD LECTOREM.

VTrum ampliorem glorię ſegetem ſibi colligat, qui pręclariſſimi operis Author fuit eximius, an qui ejusdē extitit conſervator egregius, quæſtio, eſt humaniſſimè Lector, quæ apud Sapientiſſimos literariæ Reipublicæ Senatores non ità facilem habet explicationem. Multa enim ſunt, quæ in utramque partem dici queant, neque fortaſsè citrà offenſionem, aut ampliſſimorum hominum, aut ipſius veritatis, alterutrum poſſis omninò definire. Equidem, ſi meum hac in re judicium interponere deberem, illud affirmarem, magis plenum operoſæ aleæ opus eſſe fines Imperii retinere, quàm parere, uberioremque mereri laudem, qui leges, ac jura Reipublicæ, vel armis, vel conſilio texerit, quàm qui eadem princeps ſtabiliverit, edixeritque. *Plus eſt*, ait *Claudianus*:

*........................ Plus eſt ſervaſſe repertum,*
*Quàm quæſiſſe decus; ........................*
*Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.*

At quorsùm hæc? nempè, ut Hic *TERTIUS CONTROVERSIARUM TOMUS* in unius tantum Authoris decus ne cedat, per quem parum abfuit, quin vix conceptus, genituſque, in ipſis propemodum lucis, vitæq; ſuæ primordiis tenebras, ac necem, in ipſo ortu occasū, in ipſis denique cunis tumulum ſortiretur, ac funus. Abnuebat ſiquidem U. J.D. D JO: DOMINICUS PANSUTUS Vir perquā Patrię amans, tum moralis, tum civilis doctrinę laude florētisſimus, prælo haſce Controverſias committere, quaſque non dum Sacris initiatus publico conceperat bono, eas publici quoque juris quodammodo facere jam Aris addictus acerrimè recuſabat; ea, ni fallor, ductus ratione, eo impulſus conſilio, eo perculſus afflatu, qui Virum pietate inſignem, humanæ laudis minimè cupidum, vero Numini ex aſſe mancipatum decebat. Dedecet, ajebat, qui rem ſacram profitetur, res profanas iterùm evolvere; quique nouvm Supremi Numinis Miniſtri munus implere tenetur, antiquas Advocati partes jàm à ſe abdicatas denuò ſuſcipere. Nefas eſt leges Civiles manu, mente, oculis verſare, qui in divinis rebus verſatur; ſuamq; laudem aucupari, qui dumtaxat in Dei ſive gloriam, ſivè famulatum intendit, piaculum: Licuit mihi unum, & alterum Controverſiarum Tomum typis tradere Advocato; tertium hunc in lucem edere, mihi Sacerdoti minimè liceat. Ad divinarum rerum cognitionem oculos defixos habentem pudet ad hæc humana, atque terrena ſe vertere. Levitatis notam non exirem, ſi hoc agerem. Tenacis quippe, conſtantiſque animi eſt, ſuſceptum ſemel iter ſemper inſiſtere; ab eo vel tantillum deflectere, inconſtantiſſimi; Erubeſcerem, tandem concludebat, inter eos adſcribi, qui, ut ait *Salvianus*, non probant quod fatentur, & impugnant profeſſionem ſuam moribus ſuis: quique ſub ſpecie Religionis, vitiis Sæcularibus mancipati, nomen tantùm demutavere, non vitam, & ſummum divini cultus habitum magis, quàm actum exiſtimantes, veſtem tantummodò exuere, non mentem. Hæc, aliaque pietatis, ac religionis pleniſſima reponebat Vir ampliſſimus mihi im-

impellenti, blandamq; quamdam vim ipſi contranitenti nunquã admovere deſtiti, donec in aciem ſolemq; prodire Tomum hunc aliquando pateretur. Cujus legendi copia ſi tibi facta eſt, Amice lector, mihi debes, quem contra torrentem perdiù nixum, voti compotem tandem fecere argumenta, quibus obſtinatum Authoris animum penitus profligavi. Neque enim alienum eſt ab Eccleſiaſtico Viro Patriæ prodeſſe: imò nihil honorificentius, nihil honeſtius, ſanctius nihil excogitari, aut fingi poteſt, quàm leges, quæ mores componunt, quæ lites dirimunt, quæ tranquillitatem tuentur non laudis, aut pecuniæ cumulandæ gratia, ſed ut jus ſuum cuique tribuatur, ſincerè, ac candidè aperire. Præterquamquod vitæ probitas plus pluſque creſcit, & amplificatur in dies ſive Sacra in Aris, ſivè Civilia in foro pertractentur; per ea quippe homines Deo, per hæc homines hominibus reconciliantur. Quid? An inuſitatum, inſolens, atq; abs re Chriſtiana ſit Virum proximè accedentem ad Deum res forenſes conſcribere? Atqui Sacrorum Antiſtitem *Epiphanium* accepimus civiles res conſcripſiſſe; ut nimirum palam Univerſo Orbi fieret, Sanctimoniæ non adverſari jura, ſed vitium; tàmque inextricabili conjuncta nexu inter ſe eſſe hæc duo, Virtutem, & Leges, quàm arctiſſimo inter ſe devinciuntur fœdere Juſtitia, & Virtus. Quid plura? Hæc eſt, ſi *Euphrati* Philoſopho credimus, Moralis Philoſophiæ & quidem pulcherrima pars, peragere ſcilicet negotium publicum, leges perpendere, eaſque ad trutinam revocando bono in lumine collocare, quò Juſtitia, & faciliùs exerceatur, & fortiùs. Hic eſt Sapientis character, ſi *Senecæ* fides, Poſterorum negotium agere, illis aliqua, quę poſſunt prodeſſe, conſcribere: Sapiens enimverò in hoc gaudet aliquid diſcere, ut doceat; nec eum ulla res delectat, licet eximia ſit, & ſalutaris, quàm ſibi uni ſciturus ſit. Hoc eſt gloriæ culmen, quò devenere, ſi *Plutarchum* attendimus, ſeptem illi Greciæ ſapientiſſimi, qui non tàm ex numeris omnibus abſoluta Scientiarum comprehenſione, quàm ex Civilium rerum adminiſtratione, legibuſque ſive condendis, ſive commendandis, ſivè explicandis nomen juſtum, pium, atque immortale ſibi compararunt. Hoc denique eſt, ut ait *Tullius*, quod à nobis expoſcit Parens natura; non ſolùm enim nobis nati ſumus, ſed ortus noſtri partem Amici, partim Parentes, partem Patria vindicat. His, aliiſque validiſſimis rationibus factum eſt, Amice Lector, ut ipſe doctiſſimi hujuſce Operis conſervator fierem; quod fato penitus abreptum ſi vides, gratare, mihique utilitati publicæ conſulenti refer acceptum. Omnia in eo ſumma, nihil non ſua laude digniſſimum. Penè aurum dixeris de metalli venis, hoc eſt de ingenioſiſſima, juſta, ac eruditiſſima Authoris mente erutum. Splendoris tantum, tantumque utilitatis, mihi crede, Senatus Conſulto Author eminùs, hoc eſt voce exanimi addidit, quantum cominus, hoc eſt viva voce addit eidem Spectabilis Comes Regius Conſiliarius D. XAVERIUS PANSUTUS, ejus germanus Frater, Vir quidē ità alta vi animi præditus, ut hujus rebus geſtis Salus Reipublicæ, libertas Civibus, honos Magiſtratibus, laus familiæ conſtituta eſt ſempiterna. Accipe igitur, benigne Lector, ea qua ſoles, ne dicam ea, qua debes humanitate Tomum hunc redivivum, ac propè ex oblivionis faucibus per me ereptum: qui ſi rudis, impolituſque tuum audet in conſpectum venire, oculoſque laceſſere non Authori adſcribas, ſed Conſervatori, qui moræ impatiens tricas omnes abrupit, ut Cedro, atque æternitate dignum Opus typis quam citiſſimè committeretur. Vale.

Emi-

Digitized by Google

## EMINENTISSIMO SIGNORE.

CArlo Porſile Regio Stampatore ſupplicando eſpone à V. Em. come deſidera dare alle ſtampe il *Terzo Tomo delle Controverſie Forenſi* del Dottor D. Gio: Domenico Panſuti, ſupplica in tanto V. Em. ordinare, e commettere la riviſione à chi meglio parerà à V. Em. e l' haverà à gratia, ut Deus.

*Rev. D. Nicolaus Pollio V. I. D. & Exam. revideat, & referat. Neap. 30. Septembris, 1714.*

D. Nicolaus Can. Rota Provic. Generalis.

D. P. M. Gyptius Canon. Deput.

*Eminentiſſime Domine*

AVthoritate Eminentiæ Tuæ legi Librum, qui præſefert titulum (*Tertius Tomus Controverſiarum Forenſium*) ab Admod. Rever. V. I. D. D. Io: Dominico Panſuti, mira eruditione, eloquentia, ac venuſtate concinnatum, & in eo nihil reperi, quod Fidei dogmatibus, ac bonis moribus adverſetur; imò omnia in eo aſſerta Sanctionibus, non ſolùm Cæſareis, & Patriis, ſed præcipuè Pontificiis, magno ingenio roborata ſunt; Quamobrem illum publica luce dignum cenſeo, ſi tamen Eminentiæ Tuæ ità libitum fuerit. Neap. die 7. Maii 1716.

*Humillimus, & Obſequentiſſimus Servus*

D. Nicolaus Pollio V. I. D. & Examinator Sinodalis Curiæ Archiep.

*Attenta ſuprad. relatione, quod poteſt imprimi, Imprimatur. Neap. 8. Maii 1716.*
D. Nicolaus Canon. Rota Provic. Generalis.
D. P. M. Gyptius Canon. Deput.

## ECCELLENTISSIMO SIGNORE

CArlo Porſile Regio Stampatore ſupplicando eſpone à V. Ecc. come deſidera mandare alle Stampe il *Terzo Tomo delle Controverſie Forenſi* del Dottor D. Gio: Domenico Panſuti; ſupplica per tanto V. Ecc. ordinare la riviſione à chi meglio parerà all' Ecc. Sua, e l' haverà à gratia, ut Deus.

*Magnif. V. I. D. Iacobus Riccardi videat, & in ſcriptis referat.*

Gaſcon Reg. Gaeta Reg. Miro Reg. Mazzaccara Reg. G. Vlloa Reg.

*Proviſum per Suam Excell. Neap. 17. Septembris 1714.*

Maſtellonus.



Digitized by Google

*Excellentiſſime Domine.*

PErlegi, juſſu Excellentiæ Veſtræ *Controverſiarum Forenſium Tertium* ex Libris V. I. D. D. Io: Dominici Panſuti, præclaris adornati moribus, ac olim in forenſi Paleſtra Iuris Conſulti Neapolitani, ac peritiſſimi *Advocati*, dignum nunc Sacerdotale Munus fungentis; *Ac* cum nonnulla, præſertim ad Noſtrarum Conſuetudinum ornatum, ibi exarentur, & in quo jurgia maximi ponderis diſceptantur, & dilucidantur; & nihil in eo Regali Iuriſdictioni diſſonum inveni, ideòque in lucem poſſe, ac eſſe in publicam utilitatem imprimendum exiſtimo; Si ita Excellentia Veſtra indulgeat. Neapoli die tertia Novembris 1714.

*Excellentiſſimæ Dominationis Veſtræ*

*Humillimus Servus*

Iacobus Riccardus.

*Viſa relatione imprimatur, & in publicatione ſervetur Regia Pragmatica.*

Gaſcon *Reg.* Gaeta *Reg.* Miro *Reg.* Mazzaccara *Reg.* C. Vlloa *Reg.*

*Proviſum per Suam Excell. Neap. 14. Novembris 1714.*

Maſtellonus.

AD Parthenopęi Iuris Municipalis ornatum, ac Operis in pretium, Selectiores iterum inter cæteras diſcutiendæ, publicæq; exponuntur luci, Sexagintatres aliæ Controverſiæ, juxtà GLORIOSÆ DEI GENITRICIS SEMPER VIRGINIS MARIÆ *Annorum* numerum, quorum devotæ venerationi cuncta in hoc exarata Volumine, humili obſequio prorſus ſubiiciuntur, ut ad majorem *A*LTISSIMI gloriam in eodem recenſita dubia, ſedulo enodentur.



CON-

Digitized by Google

# CONTROVERSIARUM CUM ARGUMENTIS, AC IURIS ARTICULORUM ELENCHUS.

CONTROVERSIA I.

*De Collateralium quarti gradus ſucceſſione ab inteſtato, Patrio jure attento.*

ARGUMENTUM.

PEregrina, recens, ac notatu digna, juxtà Parthenopæas noſtras Sanctiones exponitur altercatio, de Collateralium quarti gradus, nempè patruelium, ac amitinorum fratrū ſucceſſione ab inteſtato; Et in duobus diſſolvēda capitibus, pro faciliori veritatis indagatione, enixè promittitur.

CONTROVERSIA II.

*Vinculi duplicitas, qua Jus Municipale non utitur in conſanguinei, ac uterini fratris tantùm ſucceſſione, an vigeat in aliis Collateralibus?*

ARGUMENTUM.

Noſtris Conſuetudinibus inſpectis, vinculi duplicitas, quæ favore tantùm conſanguinei, uterinique fratris haud attenditur, ut locum tamen ſibi vindicet in ſucceſſione Collateraliū ulterioris gradus; cum contrarium quòad patrueles, & amitinos fratres, non inveniatur diſpoſitum, dilucidè oſtenditur, ac nonnullis ſolidiſſimis tandem comprobatur rationibus.

CONTROVERSIA III.

*Patrueles, Conſobrini, ac amitini, quomodo de Jure Patrio ſuccedāt defuncto ab inteſtato, in æquali gradu conjuncto Collaterali?*

ARGUMENTUM.

Fratres patrueles inter, amitinos, conſobrinoſque ſucceſſio ab inteſtato, noſtris Conſuetudinibus attentis, qualitèr regulari debeat, diſtinctè expeditur. Imò abſque ſexus differentia, ullavè habita ratione, an ſint maſculi ex una, ac fœminæ ex altera parte, omnes æqua lance ad alterius fratris præmortui ſucceſſionem admitti, variis ſuadetur doctrinis, Supremi Senatus deciſionibus, ac Noſtratum authoritate item comprobatur.

CONTROVERSIA IIII.

*Reſciſſa per mulierē renunciatione, aut per filios, ea defuncta, ex læſione enormiſſima, an teneatur vir ad tantundem, ut promiſit, de proprio, uxore, ac liberis contravenientibus.*

ARGUMENTUM.

Ob læſionem, præcipuè enormiſſimam mulieris renunciatione reſciſſa, vel ab ea, vel à ſuis liberis, ex propria perſona venientibus, uti in legitima, aut paragio læſis, an vir, qui promiſerat, nec uxorem, nec filios eſſe illam quavis via revocaturos, aliàs teneri de proprio reficere, quod uxor, ac filii ultrà dotes habitas, conſequi vellēt, efficacitèr obligatus remaneat: an verò irrita principali renunciatione, irritetur paritèr viri obligatio acceſſoria, illique adhærens? Sed non dari hoc caſu locum ullo modo præfatæ viri promiſſione; præſertim ſi mulier tempore renunciationis erat minor, claris rationibus, ac Juris principiis oſtenditur, nonnulliſq; etiam rerum judicatarum exemplis roboratur; Et rejectis tandem adverſis, nec item juramento firmari ſuadetur. Qua occaſione plura de Juramento promiſſorio exarantur, ſignantèr, ſi illud ſit ſervandum in promiſſione facta, vel quæ contra Juris diſpoſitionem, & bonum publicum inſpiciatur, aliiſq; noceat, vel quæ adhæret cauſæ, de ſui natura futili, ac legali vitio affectæ. Aliavè de fidejuſſorum obligatione

tione, quando illa dicatur extincta, cæteraque, de variis Jurium beneficiis, dilucidè enucleantur.

CONTROVERSIA V.

*Donatio ad pias cauſas, quæ præcipuè fuit promiſſum, ullo caſu poſſe revocari, an filiis ortis, in totū irritetur?*

ARGUMENTUM.

Donatio, quæ ob filiorum ſupervenientiam, vigore *l. ſi unquam, C. de revoc. dot.* illicò revocatur, num recōvaleſcat, ſi liberi, qui poſteà nati sūt, deinceps moriantur; & an favore piæ cauſæ ſuſtineri ità, poſſit, ut ſaltèm revocetur; niſi in quantum ſit inofficioſa, filiorumque legitimam lædat?

At quemadmodum in donatione à patre uni ex liberis facta, per aliorum ſupervenientiam, haud in totum illā revocari, ſed in quantum eorum legitimam lædit, laconicè oſtenditur: ità in ſimili facti ſpecie, concinna methodo eadem fertur ſententia.

CONTROVERSIA VI.

*Legitima matris in bonis filii, an ſit tertia tertiæ, vel totius hæreditatis, Eccleſia inſtituta, præteritoq; nepote.*

ARGUMENTUM.

De famigerato Juris articulo, iterū in noſtris ſubſelliis altercari, accidit, an ſcilicet legitima, à teſtatore matri relicta, ſit tertia tertiæ, vel totius hæreditatis tertia, Eccleſia univerſali hærede inſtituta, præterito nepote ex ſorore prædefuncta, ac alteri utrinq; conjunctæ ſorori relicto tātùm legato, tàm medietatis antiquarum rerū, vigore noſtrarū Conſuetud. ei debitę, quàm proprii crediti cenſualis cōtractus cauſa, eidem neceſſariò ſpectantis ſuper bonis ipſius diſponentis?

CONTROVERSIA VII.

*Filia, juxtà vires paterni patrimonii dotata, an poſſit, illis auctis, genitore defuncto, dotis ſupplementùm petere; vel liberi, ea præmortua, idem obtinere proprio jure valeant?*

ARGUMENTUM.

Nonnullos poſt conflictus, ac varias, tàm ex noſtratibus, quàm exteris inter Scribentium altercationes, illa diù nimis agitata, denuò pro veritatis indagatione, examinanda proponitur quæſtio: Nùm ſcilicet filia à Patre dotata, habito reſpectu ad facultates, quę ei erant tempore dotationis, poſſit renunciatione non obſtante, poſt ejuſdem genitoris obitum agere, aut ejus filii ex propria queāt venire perſona ad dotis, & legitimæ ſupplemētum, auctis poſteà paternis facultatibus, præſertim ex capite enormiſſimæ læſionis, quæ tempore paternæ mortis manifeſtè appareat, licèt ſit dubia attento tempore dotationis?

Et plenè examinatis, tàm favorabilis, quàm adverſę opinionis argumentis, nec non perpenſis hinc inde deciſionibus, ac DD. placitis, tandem communi Reipublicæ bono, dotium, ac legitimæ favori, æquè ac læſis ſuccurendum eſſe, concludit Author, qui rejectis contrariis, pro indubitato duo tempora eſſe in dote, ejuſque ſupplemento attendenda, fundare conatur: nempè dotationis, vivente patre, ut congruè filia dotetur, & condigno viro nubat: & tempus poſtea obitus ipſius patris, pro dignoſcenda læſione in legitima, cujus loco ſuccedit dos, & pro cujus liquidatione paterna mors eſt expectanda, cum antea, vulgatis nimis Iuribus, minimè debeatur; Vndè, auctis paternis facultatibus, benè ad petendū dotis, & legitimæ ſupplementum, dari actioni locum, ſignantèr, ubi adeſt enormiſſima læſio, evidentèr oſtendit, hancque uti mitiorem, favorabilemque tuetur ſententiam.

CONTROVERSIA VIII.

*Conſuetudini Neapolis, qua in antephato filii, uti patris hæredes ſuccedunt, an contrahentes renunciare poſſint?*

ARGUMENTUM.

Juxtà *Conſuetudinis* noſtræ Parthenopeæ Urbis diſpoſitionem, qua ſancitur, ſub *tit. de Iure quartæ*, exordiente, *Quartam autem*, in antephato filios ſuccedere uti patris heredes, utrū con-

Digitized by Google

contrahentes neceſſariò tabulas nuptiales ſubſcribere teneantur: an verò ab illa, & à *Reg. Pragm.* item ſub *tit. de donat.propt. nupt.* per ſpeciale pactum recedere poſſint, ac omninò ſubiici Iuris communis ſanctioni, ex peculiari, quæ hodiè in praxi ſervatur,cautione, ut filii nempè in antephato ſuccedant,matre defuncta,tãquam filii,non uti patris hæredes, in excluſionem etiã Creditorum ipſius patris,qui poſt tale pactum contraxerunt,pro viribus examinatur;Nõnulla que de pœnis,ſecundò nubentibus impoſitis, ex *text. in l. fœminæ, C.de ſecund. nupt.* plenè exarantur.

CONTROVERSIA IX.

*In matrimoniis contrahendis à Nobilibus,juxtà morem Procerum viventibus,an clarè dici debeat, velle cõtrahere novo uſu Capuanæ,& Nidi, an tacita præſumptio ſufficiat?*

ARGVMENTVM.

Viventes more Magnatum Regni, an attenta *Conſil.de Anna* ſententia cenſeantur,ſaltem tacitè matrimonia cõtrahere, juxtà recentem uſum Nobilium Capuanæ, & Nidi hujus Vrbis:an verò contrarium prorſus ſit ſuſtinendum? prȩſertim ex *Reg. Rovit. conſ.98.* niſi expreſsè in pactũ id fuerit deductum (cum vim pacti,& non Conſuetudinis in ſe contineat deſcriptus uſus, ligans contrahentes,quoties ità paciſcantur) laconicè examinatur, & variis Sacri Conſilii deciſionibus, uti receptior fulcitur opinio.

CONTROVERSIA X.

*Aperta Iuris concluſio, qua filii obitu non extinguitur uſusfructus, ſemel patri quæſitus, an procedat in hac Urbe, matrimonio contracto juxtà recentem morem Nobilium ejuſdem?*

ARGVMENTVM.

Patrem retinere, filio defuncto,uſumfructum dotium,adventitiorumque, non obſtãte renunciatione ſucceſſioni filiorum,ac promiſſione reſtituendi dotes, juxtà pactum,in tabulis nuptialibus appoſitum, de recenti more Nobilium Capuanæ, & Nidi, dilucidè oſtenditur. Idq;non tàm pio ęquitatis motivo, ergà afflictum genitorem, ob filii obitum, quàm veris Iuris concluſionibus,& inconcuſſis principiis,aptiſque I. C.placitis,& rationibus,cocinno ordine item cõprobatur: Imò ex adverſo oppoſitis, plenè diſcuſſis, & confutatis paritèr,aliarum municipalium Sanctionum exemplo,Iuri communi ſtãdum eſſe, traditur.Nonnullaq; de dicto more exarantur.

CONTROVERSIA XI.

*Immiſſio vigore teſtamenti, an Spurietatis filii,& hæredis exceptione oppoſita,exiſtẽte tamẽ patris teſtatoris aſſertione, de illius legitimitate, ab agnatis, cognatiſque impediri poſſit?*

ARGVMENTVM.

Spurietatis filii exceptionem,per proximiores agnatos ex adverſo allegatã, nec probatam, contrà teſtamentum paternum,omni viſibili vitio carens, minimè ſufficere,ad impediendam ei immiſſionem, vigore præfatæ diſpoſitionis,qua legitimatus filius à patre vocatur, dum ſuum dicit hæredem; & proindè,enunciata oppoſitione nõ obſtante,ipſum filium immitti debere in poſſeſſionem,claris fũlatur rationibus,breviq; methodo oſtẽditur.

CONTROVERSIA XII.

*Prȩãbuli decretũ favore hȩredis ſcripti, an termino indigẽtes impedire, queãt?*

ARGVMENTVM.

Immiſſio vigore *l.fin.C.de Ed.D.Hadr.* haud impediri poſſe hæredi ſcripto ab agnatis,& cognatis, qui antiquorum dimidiam bonorum prȩ:ẽdunt, virtute *Conſuetud. Neap.*quoties eorum Iura altiorem requirant indaginem, cum liquidò non conſtẽt,apertis rationibus oſtenditur; Et praxis M.C.V.in caſibus, tàm claris, quàm dubiis, recenſetur, atque nova tandem refertur S. R. C.deciſio.

CONTROVERSIA XIII.

*Patris promiſſio,reficiendi de proprio,in uxoris dotatȩ renunciatione appoſita, an claris liberorum juribus officiat?*

ARGVMENTVM.

Parentum promiſſio, reficiendi de pro-

d prio

prio, appoſita in contractu renunciationis, factæ per filiam, vel ſororem dotatam, num officiat eorum filiis, ex propria perſona venientibus, præſertim ad dimidiæ antiquorum bonorum ſucceſſionem, Parthenopeæ Conſuetudinis vigore eis debitam? Nonnullaque de variis aliis cautionibus equipollentibus, ac de illa ſignantèr *Marantæ*, in mulierum renunciationibus neceſſaria, diffusè exarātur, atque de recenti S. R. C. deciſione fit mentio, aliavè ad illius ornatūm, præter alibì dicta, blandè adducuntur.

CONTROVERSIA XIV.

*In ampliſſima devolvendarum ſucceſſionū renūciatione, an comprahendātur bona noſtris Cōſuetudinibus ſubjecta?*

ARGVMENTVM.

Renunciationes generales, & ampliſſimæ, quæ fieri ſolent à mulieribus dotatis in beneficium dotantium, omnium ſcilicet ſucceſſionum devolvendarum, an extendantur etiam ad bona Neapolitanæ Conſuetudinis ſubjecta, quòad illorum nempè medietatem: an verò reſpectu præfatæ dimidiæ, Iure patrio agnatis, & cognatis debitæ, requiratur ſpecialis renunciatio? Quæſtio hinc inde exitatur, & pro priori parte ſententia, cōtrariis exploſis, nonnullis rationibus, ac rerum judicatarum authoritate, deniq; amplectitur; idq; perbellè fundatur.

CONTROVERSIA XV.

*Proximiores poſt filiam renunciantem, & deſcendentes ex ea, an excludātur, ſi in renunciatione non nominentur?*

ARGVMENTVM.

Ex renunciatione, favore Patris dotantis, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum quorumlibet, an excludantur prorſus cæteri ulterioris gradus proximiores, poſt ipſam filiam renunciantem, ejuſque paritèr deſcendentes, quamvis in ea haud illi contemplati inſpiciantur? Per partes quæſtio examinatur, & demum pro affirmativa opinione, etiam reſpectu conſuetudinariẹ medietatis, apertè cōcluditur.

CONTROVERSIA XVI.

*Agnati, cognatiq; ad antiquorum ſemiſſē ex patriis Sāctionibus concurrentes heredi ſcripto immiſſionē impedire an poſſint?* ARGVMENTVM.

Adverſus hæredem ſcriptum, poſt conſenſum, à proximioribus agnatis præſtitum, ad immisſionem obtinendam, virtute *l fin. C. de Edict. Diu. Had.* num iterum illi inſurgere poſſint, & quòad bonorū, quā eis deberi, ajūt ſemiſſem, vigore *Conſuet. Neap.* præambuli decretum impedire, queant, ubi defuncti diſpoſitio omni careat vitio, & ob talia jura renunciata, fiat locus regulẹ (*dolo facis petere, quod ſtatim reſtituturus es*) clarè expenditur; Aliaq; ad hujus theſis ornatum, de translativa renuuciatione exarantur.

CONTROVERSIA XVII.

*Matris renunciatio, jurium translativa ergà renunciatarios, filiis ex propria perſona venientibus, an noceat?*

ARGVMENTVM.

Renunciationes, quæ fieri ſolent per filias, aut ſorores dotatas, patris, & fratrum, eorumque heredum beneficio, an tamquam jurium translativæ, dēt ità renunciatariis liberas habenas, diſponendi de bonis, etiam *Conſuetudini* ſubiectis, extraneorum favore, ut nec filii ad renunciata ex propria venire perſona, poſſint? Cæteraque etiam de variis clauſulis, ſæpè in illis apponi de ſtilo conſuetis, perbellè, ac uniter diſcutiuntur.

CONTROVERSIA XVIII.

*Renunciatio an intelligatur ſub tacita illa conditione, ſi hæreditas renunciantì, nō verò ſuis liberis deferatur?*

ARGVMENTVM.

Conditio illa, quæ per DD. in renunciationibus conſideratur; *Si hæreditas renuncianti deferatur*, quomodo intelligi debeat, videlicet in ſucceſſione teſtata, vel tantùm ab inteſtato: Et quando operetur favore agnatorum, venientium contra renunciatarii teſtamentum, ad conſuetudinariam medietatem, eis debitam jure particulari

lari, nempè ex quota bonorum, non verò ſucceſsionis univerſalis.clarè expéditur,aliaq;ad propoſitū recēsētur.

CONTROVERSIA XIX.

*Clauſulæ,in renūciationibus appoſitæ,an cōplectātur propria perſona veniētes?*

ARGVMENTVM.

Promiſsio,reficiendi de proprio, facta tā ab uxore renunciante, quàm ab ipſius viro, quando filii naſcituri venirent ex propria perſona ad ſucceſsiones renunciatas, per clauſulas: *Semper, in perpetuum, quandocumq; omni tempore, quolibet caſu, modo, & via*, cum ſimilibus, an omne tempus includat, omneſq; ſucceſsiones, quæ deferri deberent ipſis filiis, matre renunciante vivente, aut præmortua, præcipuè, ſi ſint illi parentum hæredes? diffusè, ac perbellè diſcutitur.

CONTROVERSIA XX.

*Succeſſorio edicto,an detur locus favore remotioris in gradu ad bonorum ſemiſſem,Jure patrio,ob proximioris renunciationem,favore illius, qui de cunctis poſtea liberè diſpoſuit?*

ARGVMENTVM.

Agnatis,in remotiori gradu exiſtētibus, & præſertim defuncti amitæ, an detur locus per ſucceſſorium edictum, ad antiquorum ſemiſſem acquirendā vigore *Conſuetudinis*, quoties ab hærede ſcripto, licet extraneo,excludūtur nepotes ex teſtatoris ſorore, quæ expreſsè municipali renunciavit Iuri, favore patris dotantis,ac fratrū, quorum ultimus moriens, de omnibus liberè diſpoſuit? Quæſtio ſigillatim diſcutitur,& pro hæredis immiſsione jura ſuſtinentur, cæteraq; de hujuſmodi renunciatione in bonis antiquis, enixè exarantur,& quamplures S.R.C. deciſiones,ad ornatum referuntur.

CONTROVERSIA XXI.

*Diſpoſitio inſtituentis extraneum, ſi infringatur pro antiquorum ſemiſſe, ab agnato laico, pari gradu cum clerico cōjuncto,an ambo æqualitèr ſuccedāt?*

ARGVMENTVM.

Diſcutienda brevi proponitur methodo illa celebris, ac ſæpè ſæpiu s in Foreſi Palęſtra exagitata theſis, antecedētèr tacta,alibique diſputata: num ſcilicet, Clerico exiſtenti in æquali gradu cum laico, qui contra defuncti teſtamentum, præteritis agnatis, venit, pro antiquorum medietate bonorū, vigore *Conſuetudinis*, aperiatur aditus,ad eandem ſemiſſem, etſi ipſe ſolus id agere nequeat? Et pro affirmativa ſententia datur conſilium; ac ità laico etiā renūciante, deciſum fertur.

CONTROVERSIA XXII.

*Legatum an ſit taxativè,vel demōſtrativè relictū,qua oratione dignoſcatur?*

ARGVMENTVM.

Legatum,ſolvendum ex teſtatoris volūtate ſuper pretio venditionis alicujus Feudi,Fundi,aut cujuslibet ſimilis rei certæ, eſſe conditionalitèr, taxativè, non autem demonſtrativè relictum, præſertim, quando ab eodem ſtatuitur tempus ſolutionis præfati legati, nempè poſt dictam rei venditionem, & ex illius pretio, dilucidè demonſtratur:Imò,contrariis rejectis, idem apertis juribus deniq;comprobatur, & recens Sacri Regii Conſilii deciſio, pro quæſtionis coronide, affertur.

CONTROVERSIA XXIII.

*Promiſſa evictione nominis ceſſi,ac omni tempore exigibilitate, an vera datio in ſolutum,vel hęc ſimplex ceſſio dicatur?*

ARGVMENTVM.

Evictione, ac exigibilitate promiſſa,omni futuro tempore, & ex quacumque cauſa, tàm de jure,quàm de facto,ſivè in ſimplici ceſsione, ſive in ſolutū datione alicujus nominis debitoris, an detur regreſſus contra cedentem, quoties hic debitor fiat decoctus,impotens, vel alio modo difficilis exactionis? Altercatur,& pro ceſsionario reſolvitur quæſtio: ut per hujuſmodi cōtractum,tali eveniente caſu,non liberetur cedens; ſed poſt opportunas creditoris diligentias,teneatur,nō ſolū ad ſortem,ſed reficere damna,& intereſſe,ob commiſſam ſtipulationem;idque apertè nonnullis oſtenditur claris argumentis, & inconcuſsis rationibus,ac bis per S.C.deciſum fertur.

CON-

CONTROVESIA XXIV.

*Inter legata animo compenſandi, an compræhendatur item legatum medico relictum?*

ARGUMENTUM.

Quicquid pro laboribus præſtitis, & aſſiſtentia, in ultima præcipuè defuncti infirmitate, meretur Medicus, an cum legato, eidem à teſtatore relicto, hoc tamen non exprimente, compenſari debeat? Nova diſcutitur altercatio, quæ nonnullis rationibus, & exemplis pro compenſatione reſolvitur, ac ità in S.C. fuiſſe de recenti deciſum ultimo fertur.

CONTROVERSIA XXV.

*Legatum, proximiori agnato relictum, an compenſetur cum conſuetudinaria antiquorum bonorum ſemiſſe, alia cauſa non expreſſa?*

ARGUMENTUM.

Proximior agnatus, ſi æqualiter, vel in parte inſtituatur hæres cum extraneo, aut eidem ſit aliquod legatum certæ quantitatis relictum, an compenſetur id cum conſuetudinaria antiquorum medietate: an verò ante partem, ei de Jure patrio debitam, ſemiſſem præcapere, reſiduumq; hæreditatis dividere, vel legato frui poſſit? Theſi hinc indè diſcuſſa, pro compenſatione ſuſtinetur ſententia, niſi aliter fuerit expreſſum, aut clara, ex teſtatoris verbis, diverſa voluntas appareat. Et altercatio, quæ inter Noſtrates non parvi erat momenti, ſolutis Adverſariorum objectionibus, ac viribus expugnatis, omninò ſedatur.

CONTROVERSIA XXVI.

*Feudi ſucceſſor, unà ſimul cum hærede in allodialibus, an pro rata ad onerum contributionem tantùm teneatur?*

ARGUMENTUM.

Ad onera hæreditaria, contribuere nùm teneantur omnes hæredes, in feudalibus ſcilicet, & burgenſaticis, pro rata valoris bonorum; itaut fieri non debeat illorum ſeparatio, attentis circumſtantiis, ſi à defuncto fuerint occaſione feudalium, vel burgenſaticorum, hujuſmodi debita contracta? Et affirmativa ſuſtinetur opinio, eorumque confutatur ſententia, aſſerentium, hanc contributionem eſſe faciendã ſecundùm numerum hæredum, non ex bonorum valore. Quidve dicendum ſit, in feudo hæreditario: quid verò ex pacto, & providentia, antiquo, vel novo, dilucidè oſtenditur. Immò de eadem altercatur theſi, quoad defuncti onera, juxta noſtras Conſuetudines, quarum diſpoſitione, cum bonorum diſtinctione paternæ, maternæque lineæ proximiores ſuccedunt. Et tandem de vita, & militia, de relevio, de [illegible]hoa, cæteriſve ex natura feudorũ debitis, cócinnè fit ſermo; aliaq; ad propoſitum dubia ſigillatim exarãtur.

CONTROVERSIA XXVII.

*In feudo ex pacto novo, an inventarium propter hæreditatis onera prodeſſe queat?*

ARGVMENTVM.

Inventarium haud juvare, in feudo ex pacto novo, quemadmodum neque in hæreditario, ut ad onera non teneatur hæres uſque ad præfati feudi valorem, in quo ultrà deductionem legitimæ, benè à patre gravari poteſt filius, niſi illud ſit verò antiquum, dilucidè oſtenditur.

CONTROVERSIA XXVIII.

*Vita, & militia, an ſicuti in deſcendenti, ità & in tranſverſali linea debeatur?*

ARGVMENTVM.

Fratribus ſecundogenitis, an debeatur vita, & militia in bonis feudalibus defũcti fratris primogeniti, ex alio germano fratre ipſius hærede, quoties in eiſdem, tanquã provenientibus à communi parente, iam eam habuerint? Propoſita quæſtione, *Capycij*, & *Annæ* ſententiæ, inter ſe penitus adverſæ, dilucidantur, & quomodo conciliari poſſint, diſtinctè pariter oſtenditur; Aliaque de vita, & militia concinno recenſentur ordine.

CONTROVERSIA XXIX.

*Primogenita dotata, ſi proteſtetur, patre conſenſiente, nolle, feudi ſucceſſioni renunciare, an in ſororis ſecundogenitæ in capillis excluſionem, ius ſuccedendi conſervet?*

ARGUMENTUM.

Ex primogenitæ filiæ, patre conſenſiente, præmiſſa proteſtatione, qua ob dotationem aſſeruit, nolle feudorum ſucceſſioni renunciare, an filia ſecundogenita in capillis, excludatur, juxtà mentem *Conſtit. ut de ſucceſſionibus*, & doctrinæ *Andr. de Iſern. in cap. 1. de nat. ſucc. feud.* exponitur difficultas, aliaq; ad intellectum *tex. in cap. Regni, Emergentium*, exarantur; ac de vi præfatæ reſervationis, ſuccedendi in feudis, dotantis comitante conſenſu, diſtinctè fit ſermo.

CONTROVERSIA XXX.

*Matris non obſtante renunciatione, ac patris promiſſione, reficiendi quod uxor, filiiq; proprio jure conſequi vellent, an adverſus avi dotantis hæreditatem nepotes, pro legitimæ ſupplemento venire poſſint?*

AR-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Illa iterum decantata proponitur quæſtio, tanquam appendix ad *Controver. IV. & VII.* de Jure orta in nova facti contingentia: utrum (renunciantis non obſtante, virique promiſſione, reficiendi de proprio quicquid filii naſcituri ex propria perſona conſequi vellent, & patris dotantis, & hæredum beneficio) poſſint nepotes, præmortua eorum genitrice, ex propriis juribus ad Avi hæreditatem venire, pro legitimæ, ejuſque ſupplementi conſecutione, collatis maternis dotibus, non autem bonis paternis, quæ huic promiſſioni minimè cenſentur obnoxia, ſtantę matris præmorientia, haud conſiderata, nec prævisa in tali renunciatione? Nonnullaq; de ſtricta juramenti interpretatione, quoad caſus tantùm expreſſos, enodatè oſtenditur.

CONTROVERSIA XXXI.

*Filiis, matre renūciāte præmortua, an obſtet patris promiſſio, reficiendi de proprio, ſi legitimæ ſupplementū petāt, quoties hęc genitricis præmorientia non fuit in ſpeciale pactū deducta.*

ARGUMENTUM.

Ex ſuperioribus deducta *Cōtroverſiis*, eadem ſequitur diſcutienda theſis, de filiorum ſucceſſione ex propria perſona, ſaltem pro conſecutione legitimæ in bonis avi, haud matris præmortuæ renunciatione obſtante, eaq; enixè expenditur, ac nepotum favore, ſolutis duabus præſertim arduis difficultatibus, ex adverſo oppoſitis, apertè concluditur; eò fortiùs ſi tempore renunciationis erant jàm illi nati. Aliaq; notabilia de dote de paragio, & de renunciationis materia, attentis tàm *Regni Conſtitutione*, quàm noſtris *Conſuet.* hic clariori methodo, pręter alibi dicta, itē exarātur.

CONTROVERSIA XXXII.

*Relevium à novo ſucceſſore in feudo, vel refutatario, quando ſolvi debeat?*

ARGUMENTUM.

Relevium eſſe ſolvendum, tàm per hæredem, & novum in feudo ſucceſſorem, pro obtinenda inveſtitura, quàm per refutatarium, qui Regio indiget aſſenſu, ob refutationem pactionatam, vel alia conditione affectam, oſtenditur. Quidverò, ſi refutatio ſit ſimplex, & pura, vel cum fructuū tantùm reſervatione, deindè altercatur.

CONTROVERSIA XXXIII.

*Feudi refutatio, fructibus reſervatis, an ſuſtineatur ſine aſſenſu, & relevii ſolutione?*

ARGUMENTUM.

Feudi refutationem, cum reſervatione fructuum, uti diſtinctam, & prorſus alienam ab illa, quæ fit, reſervato uſufructu, minimè ſubjacere diſpoſitioni *Regię Pragmaticæ 4. de Feudis*, illamq; non indigere Regio aſſenſu, ſed ſola regiſtratione ſuſtineri poſſe, ad evitandam Relevii ſolutionem, concinnè demonſtratur. Rejectiſque objectionibus, hæc expoſita apertis juribus Concluſio defenditur.

CONTROVERSIA XXXIV.

*Adhoa, à ſubfeudatarijs debita, an ſpectet ad cōductorem, vel ad Status locatorem?*

ARGUMENTUM.

Ad feudalium redditum, ac fructuum omnium conductorem ſpectare pariter adhoam, quæ à ſubfeudatariis præſtatur, nec competere feudatario locatori ſtatus, qui eam Regi ſolvere tenetur, apertè oſtenditur; niſi feudatarius ipſe, qui ſuum ſtatum locavit, eamdem ſibi reſervavɩſſet; nàm tunc ſpeciali pacto ſtandū eſt. Aliaque de adhoæ origine, ejuſque taxatione, quæ fit de pecunia in Regno, concinno ordine, ac perbellè exarantur.

CONTROVERSIA XXXV.

*Laudemium, quindemniaque deinde an ſolvantur ex vēditione rei ſtabilis, in emphyteuſim, ſubmiſſæ pro certo ſtatuto pretio?*

ARGUMENTUM.

Ex ſubmiſſione in emphyteuſim alicujus fundi, in beneficium præſertim Eccleſiæ, vel alterius loci, piæ cauſæ dediti, recepto pretio pro tali ſubmiſſione, cunctis vallata emphyteuticis pactis, an dicti fundi emptor ſolvat laudemium, ac item quindemnia, ſi ſit manus mortua? Enixè agitatur theſis. Pluraque de origine, & quindemniorum ſolutione, de Iure Pontificio, Cæſareoque item explanantur.

CONTROVERSIA XXXVI.

*Submiſſio domus, vel fundi in emphyteuſim, an verè ſit cenſus emphyteuticus?*

ARGUMENTUM.

In quæſtione, tàm utili in praxi, quàm curioſa, antecedenter exagitata, pro laudemii, ac quindemniorum ſolutione, ob tranſitum alicujus rei ſtabilis, in emphyteuſim ſubmiſſæ, à privatis ad manus mortuas; denuò affirmativè concluditur, atque exploſis variis, contrarium ſentientium rationibus, & argumentis, eadem nonnullis S.R.C. diffinitionibus, magniq; nominis Authoritatibus, Solis luce clarior tandem confirmatur ſententia.

CONTROVERSIA XXXVII.

*Fundi, vel rei ſtabilis meliorationes, an debeant æſtimari, attento tempore, quo factę ſunt, an quo res ipſa meliorata eſt reſtituenda?*

c AR-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Quæ brevi expoſita ſunt, ea ſigillatim diſceptantur, nempe: an meliorationes, factæ à domino utili alicujus rei, æſtimandæ ſint tempore reſtitutionis ipſius, an verò inſpecto tempore, quo factæ repetiuntur? Qua occaſione, nonnulla Juris principia exarantur, quampluresq; Prudentũ Concluſiones ad examẽ exponũtur.

CONTROVERSIA XXXVIII.

*Res an pluris æſtimari debeat, tempore reſtitutionis, quo eſt pretioſior: an tempore expenſarum, quæ pro melioratione erogatæ ſunt?*

ARGUMENTUM.

Sequitur præcedenti conformis, & ejuſdem ſpeciei Quæſtio: an meliorationes in re emphyteutica, vel in feudo, ab utili domino, ab uſufructuario, hærede gravato, & à ſimilibus factæ, æſtimari debeant, eo tempore attento, quo æſtimationi exponuntur, nempe reſtitutionis faciendæ, an quo factæ ſunt? Et pro prima theſis parte concluditur, rejectiſque adverſis, eadem nonnullis Juribus confirmatur ſententia.

CONTROVERSIA XXXIX.

*Voluptuariæ expenſæ, an utiles poſteà evadant, ex majori rerum valore?*

ARGUMENTUM.

Expenſas voluptuarias longè ab utilibus diſtare, quamvis omnibus ſit notum; attamen dari caſus, in quibus illæ pro utilibus pariter æſtimari debeant, præſertim tempore venditionis, ac rei melioratæ reſtitutionis, nonnullis Juribus, & exemplis, in Foro interno, & externo, dilucidè patet.

CONTROVERSIA XXXX.

*Vicinus, an impediri poſſit, nè in altum extollat in ſuo ſolo ædificium, quoties ad mare aſpectus aliis complatearijs prorſus tollitur?*

ARGUMENTUM.

Unicuique, etſi uſque ad Cœlum in ſuo ſolo, tàm de Jure communi, quàm noſtro municipali, ædificium extollere poſſit; attamen hæc an limitetur concluſio, ubi maris aſpectus viciniæ domui tolleretur, juxtà Zenonis Conſtitutionem, ex qua tantùm centum pedum ſpatio intermedio conſtrui non prohibetur? Eademque an ſit Neapoli uſu recepta, & quando penitus ſervari debeat, ſedulò oſtenditur.

CONTROVERSIA XXXXI.

*Exceptione Fori declinatoria an poſſit uti, qui ex actis in Judicem antea conſenſit?*

ARGUMENTUM.

Exceptioni declinatoriæ fori non dari locũ quoties reus paſſus ſit per acta nonnulla contra ſe procedi, ac dari terminum in cauſa, variis ſuadetur juribus, ac ità de recenti per S. R. C. deciſum fertur.

CONTROVERSIA XXXXII.

*Filii in conditione poſiti ab aſcendente, an ſufficiat, ut diſpoſitivè cenſeantur vocati?*

ARGUMENTUM.

Ab aſcendentibus filii, poſiti in conditione, quod dicantur diſpoſitivè vocati, ſitque principalis ex conjecturis, atq; ſola ſanè ad hoc ſufficiens, cæteris omiſſis, clarè oſtenditur; aliavè de fideicommiſſis conditionalibus plenè item dilucidantur.

CONTROVERSIA XXXXIII.

*Jure patrio attẽto, in ſucceſſione ab inteſtato, an ſit attendenda cauſa immediata, & proxima ultimò defuncti, an mediata, & remota, nempè priſcæ originis bonorum?*

ARGUMENTUM.

In ſucceſſione ab inteſtato, ex noſtra *Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua*, an ſit attendenda cauſa immediata, ultima ſcilicet bonorũ adeptio, an verò mediata, nempè originis? latè diſcutitur inextricabilis quæſtio, & ad veritatis metam indagandam, in quinque dividitur capita, ac de unoquoq; ſuis locis diſtinctè fit ſermo, ſemper pro ſentẽtia, favẽtę proximioribus ex perſona immediata, variiſq; fulcitur S.C. deciſionib.

CONTROVERSIA XXXXIIII.

*Mutatione perſonæ an mutetur bonorũ cõditio, illaquè ex tranſitu dicantur poſſidentis?*

ARGUMENTUM.

Municipali Jure, attenditur bonorum adeptio perſonæ, cui ultimò ſucceditur, non illius, à qua primò obvenerunt; nàm ab inteſtato venientes, concurrunt uti agnati ad bona, defuncto obventa à patre, & fratribus, licet inter illa adſint bona, quæ olim à matre provenerunt, cum non amplius illa materna dicantur

CONTROVERSIA XXXXV.

*Hæreditas, quę adeuntis evaſit patrimonium, an eo defacto ab inteſtato, ad proximiores ſpectet de Jure municipali, an priſca origo attendatur?*

ARGUMENTUM.

Conſuetudinẽ Neapolis, exordientem *ſi quis, vel ſi qua*, non poſſe intelligi ultra verborum ſonum, cum de proximioribus paternis, materniſque ſolum loquatur, nec de Collateralium ſucceſſione, liquidò cõſtat.

CONTROVERSIA XXXXVI.

*Bonorum origo, an perſona, quæ ultimò illa acquiſivit, de Jure patrio inſpiciatur?*

ARGUMENTUM.

Famigerata quæſtio, an juxtà *Conſuetudinem, ſi quis, vel ſi qua*, in ſucceſſione ab inteſtato proximiores unius lineæ aliquid præten-

Digitized by Google

tendere poſſint, ſtante bonorum tranſitu ad aliam lineam? Ità variis diffinitionibus Supremi Senatus, pro negativa ſententia, ſopita oſtēditur, ut de ea dubitari nequeat

CONTROVERSIA XXXXVII.

*Mutata perſona, an bona etiam mutentur?*

ARGUMENTUM.

Bonorum trāſitus ad varias perſonas efficit, ut ea non dicātur amplius perſonæ, à qua primò obvenerunt, ſed de patrimonio illius, cui ultimò ſucceſſit defunctus; Idque apertis fūdatur juribus, patriis, ac Cæſareis; imò rejectis cōtrariis, clara patet cōcluſio.

CONTROVERSIA XXXXVIII.

*Legatum rei antiquæ, cujus medietas ex Cōſuetudine ad proximiores ſpectat, an integrum ipſi legatario ſolvere debeat hæres?*

ARGUMENTUM.

Recens equidem, pro novo etiam Conſuetudinum ornatu, theſis exponitur, an prędio, fundo, cenſu, alioq; redditu legato, cujus medietas, uti de re antiqua, ac in hujus Urbis diſtrictu exiſtenti, ad agnatos, cognatoſque ſpectat, integrum legatario ſolvere, hoc teneatur hæres legatum, ſaltem in pretio, ex cæteris hæreditariis bonis, præcipuè, ſi intimo, familiari, conjuncto, vel piæ cauſæ favore ſit relictum? Et pro affirmativa prorſus propugnatur aſſertio; aliave ſimilia dog mata, ac peregrinæ Juriū cōcluſiones, enixè exponutur

CONTROVERSIA XXXXIX.

*Conditio, à futuro pendenseventu, vel à peculii multiplico complendo, an prorſus ſit expectanda, ut ita ordinato detur locus legato?*

ARGUMENTUM.

Legatum, ſub conditione adimplenda relictū, aut temporis expectato eventu, obitus, ſcil. alicujus perſonæ, ac ſtatuto annorum curſu, donec peculii multiplicū, à teſtatore ordinatum, plenè adimpleatur, ex quo illud ſolvi debeat, ſtāte præſertim ſubſtitutione, in beneficium hæredis ſcripti, quoties ſine liberis legitimis, & naturalibus legatarii deceſſiſſet, vel mortui reperirentur omnes, ante dicti multiplici complementū, utrum omninò adimplenda hæc ſint prius, ut præfato poſtea legato frui poſſint vocati? Et affirmativa clarè oſtenditur ſuſtinenda ſententia, aliaq; ſigillatim de hujuſmodi legato conditionali, ad propoſitum diſcutiuntur.

CONTROVERSIA L.

*Conditione adhuc pēdente, in vita gravati, agere an poſſit vocatus, ut declaretur, ad ſe fideicommiſſum ſpectare illa adimpleta?*

ARGUMENTUM.

Fideicommiſſum, ac majoratum ad ſe ſpectare, ut declaretur, ante gravati obitum, ut poſſit vocatus inſtare, pręſertim ubi de diſſipatione timetur, brevi annotatur methodo.

CONTROVER. LI.

*Mater, an noſtris attentis Conſuetudinibus, non ſolùm à legitima per ſubſtitutionem pupillarem, ſed etiam ab antiquarum rerum medietate omninò excludatur?*

ARGUMENTUM.

Labyrinthea iterum diſcutitur theſis, an ſcilicet mater, quæ de Jure communi, ex ſubſtitutione pupillari, à filiorum legitima excluditur, ità paritèr de Jure patrio ſit dicendum, ſi teſtamentum per proximiores quòad antiquarum rerum medietatem infringatur? At licet late de hoc alibi fiat ſermo, quia adhuc ex vetere aliæ recentes inſurgunt difficultates, quę novo indigent auxilio; ideò in unum adnectere omnia ſtatuimus dubia, ut ſolutis illis, ex abditis, ad clariora prorſus evadamus.

CONTROVERSIA LII.

*Defuncti diſpoſitio, ſi pro bonorū ſemiſſe infringatur ab agnatis, de Jure municipali, an aditus matri aperiatur, ut ad legitimam, à qua pupillari ſubſtitutione erat excluſa, non ſolū ſuccedat, ſed ipſos agnatos ab hac medietate excludat?*

ARGUMENTUM.

Aperta via per agnatos, ad conſuetudinariā ſemiſſem obtinendam, an mater, à pupilli legitima excluſa per ſubſtitutionē paternam, poſſit tunc illos excludere? denuò agitatur quæſtio, nonnullis complexa ambagibus, & pro utraq; parte variæ afferuntur concluſiones, quarum lumine à difficultatū latebris, illa prorſus ſoluta remanet.

CONTROVERSIA LIII.

*Filiorū diſpoſitio cauſa mortis, ad pias cauſas, patre præterito, utrum ſuſtineatur?*

ARGUMENTUM.

Filii in poteſtate exiſtentis, filiæq; innuptæ, aut viduæ ultima diſpoſitio, an ſuſtineri poſſit favore piæ cauſæ, ſtāte patris pręteritione, tum de Jure communi, tum patrio: āve hæredi impediri poſſit immiſſio, vigore hujus teſtamēti: diſtinctè diſſeritur.

CONTROVERSIA LIIII.

*Patris conſenſus, etiam in filii familias donatione cauſa mortis, an requiratur?*

ARGUMENTUM.

Ex vi patriæ poteſtatis, ſicuti in filiifam. teſtamento, ità in donatione cauſa mortis, conſenſum genitoris requiri, oſtenditur, nonnullaque de patria poteſtate exarantur, noſtris preſertim Conſuetudinibus attentis.

CONTROVERSIA LV.

*Fructus, maturati in vita gravati, an ad ejus hæredes, vel ad proprietarium ſpectent?*

AR-

Digitized by Google

## CONTROVERSIÆ LXIII.

ARGUMENTUM.

Inveterata nimis, ad novum exponitur examen contentio, quæ ſæpè accidit, inter proprietarium, & uſufructuarii hæredes, quoad fructus maturatos, nec exactos; & plenè deguſtato articulo, proprietarii favore tandem concluditur.

CONTROVERSIA LVI.

*Propria uſusfructus natura attenta, introitus, non exacti, an ad proprietarium pertineant?*

ARGUMENTUM.

Sequitur eadem diſcutienda theſis, de introitibus in vita uſufructuarii maturatis, nec exactis, illoſq; haud ad ceſſionarios, aut ipſius hæredes ſpectare, ſed ad proprietariū, ex propria item uſusfructus natura, præ ceteris rationibus etiam ſuadetur.

CONTROVERSIA LVII.

*Fructus, ſive facilis, ſive difficilis exactionis, & non exacti, cui ex præfatis acquirantur?*

ARGUMENTUM.

Annui redditus; decurſi in vita uſufructuarii, ſive facilis, ſive difficilis ſint exactionis, tum de Jure, tum de facto, ſemper deberi proprietario, hoc dilemmate clarè patet.

CONTROVERSIA LVIII.

*Hæreditas non adita ad quem transmittatur?*

ARGUMENTUM.

Ex tribus, quæ diſcutienda exponuntur, primum, de ſucceſſione aſcendentium ulterioris gradus poſt parentes, laconicè dilucidatur, juxta tradita *Contr. VII. & VIII. Vol. I.* ſecundum, an hæreditas non adita transmittatur jure Suitatis, & Sanguinis? & tertium, an detur reſtitutio hæredi minoris, vel infantis ad adeundam hæreditatem eis delatam? cum Doctorum jurgiis, & hinc inde ſententiis, enixè examinatur.

CONTROVERSIA LIX.

*Hæreditatis transmiſſio, uti ad patrem, an ita fiat ad avum, excluſis matre, & fratribus.*

ARGUMENTUM.

Hæreditas infanti delata, ut transmittatur ex *l. ſi infanti, C. de. jur. del.* ad patrem, vel avum, excluſis penitus matre, & collateralibus, ſolutis æquivocis, aperte oſtenditur; aliaque de in integrum reſtitutione, concinno ordine recenſentur.

CONTROVERSIA LX.

*Proximiores exteri, an noſtris patriis ligentur Sanctionibus, eiſque fruantur?*

ARGUMENTUM.

Civis Neapolitanus, qui liberis carens, diſponere nequit, niſi de antiquorum ſemiſſe bonorum, in diſtrictu exiſtentium, an liberè de omnibus teſtari poſſit, quoties nō adſunt, niſi proximiores exteri: an verò de his pariter Jus patrium loqui videatur itaut tàm activè, quàm paſſivè præfati forenſes noſtris ligentur Conſuetudinibus, eiſque fruantur? Et licet ex aliis Statutis argui poſſit, in patriis Sanctionibus non compræhendi exteros; attamen cum loquantur de bonis, & perſonis, illas idcircò in exteris, etiam locum habere, evidenter oſtenditur.

CONTROVERSIA LXI.

*Bona, patrio Juri ſubjecta in ultima voluntate, an tutò alienari poſſint inter vivos?*

ARGUMENTUM.

Alenatio, ac antiquarū rerum donatio inter vivos, aliave libera diſtractio, an ſit validè, licitèq; permiſſa, tàm in foro interno, quàm externo, noſtris Conſuetudinibus attentis, ſtante prejudicio agnatorum, cognatorumque, ad quos illarum medietas procul dubio in ultimæ voluntatis diſpoſitione ſpectaret? Sedulo examinatur quæſtio, omniq; Jure affirmativæ datur locus ſententiæ, niſi fraus, fictio, vel aperta intercedat ſimulatio, aut deſperata valetudine fiat; ſecùs ſi vere in vita, omni fraudis vitio careat, licet futurum, in mortis articulo proximioribus damnum afferat.

CONTROVERSIA LXII.

*Alienarū rerum, ac loci pij, publici Adminiſtratores, an terminum ſolutioni prefixum prorogare, donare, ſimiliaq; agere poſſint?*

ARGUMENTUM.

Diſputatio in praxi, & ad conſcientiæ regimen valde utilis, pro aliena adminiſtrantibus, Eccleſiarum Oeconomis, tutoribus, curatoribus, plenaq; facultate procuratoribus, an ſit eis licitum, dilationes debitoribus cōcedere, bonavè ſine cauſa alienare, jus remittere, aliaque agere, ſola complacendi gratia, ac in rectę adminiſtrationis præjudicium? diligenter examinatur.

CONTROVERSIA LXIII.

*Succeſſores, an teneantur ſtare actis per anteceſſores in gubernio, ſi præjudicialia ſint?*

ARGUMENTUM.

Priori utilior adiicitur poſtrema diſcuſſio, de dilatione debitoribus conceſſa, alienatione, permutatione, ac ſimilibus, a publicis adminiſtratoribus, ſine cauſa peractis; ut hęc ſuſtineri nequeant in Eccleſiæ prejudicium, quoties ei, uti & pupillis, minoribus, aliiſque locis piis, reſtitutionis in integrum remedio ſuccurritur; quod jure quidem competere ſucceſſoribus ad gubernium, qui haud talia ſervare tenentur, niſi ubi nullum præfatis locis, ac perſonis damnum inferatur, omni ope oſtenditur.

SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM.

Digitized by Google

# SELECTIORUM CONTROVERSIARUM FORENSIUM

## AD ORNATVM PRÆSERTIM NOSTRARUM CONSUETUDINUM.

## LIBER ALIIS ADAVCTVS.

*AUTHORE*

D. IO. DOMINICO PANSUTO

I. C. PARTHENOPÆO.

OLIM IN FORO CAVSARVM PATRONO, HVMILI NVNC SACRÆ MENSÆ MINISTRO.

### *PROLOQVIVM.*

POST *varios Caſus, poſt tot diſcrimina rerum;*
*En dantur prælo, en iterum mea ſcripta, renaſci*
*Denique datur eis*. Propriæ haud, ſed alienæ, ut ſatisfaciam voluntati, meorumque Familiarium precibus obtemperans, ut alibi promiſſa perſolvam; nonnullos, & ſi rudes, præter typis notos, quondam in Forenſi Palęſtra anteactos labores, meaſque quamplures olim lucubrationes, diù privatis tenebris preſſas, publicę luci iterum committo. Videri ſanè poſſum, & in opere, & in conſilio minus prudens; cum

Juriſprudentiæ faſtigiis, ob Sacerdotale modò munus, quo immeritò fungor, humilique veneror obſequio, proprio propterea renunciaverim, & amori, omnivè demum mundanæ cupiditati adverſer. At quia, dum de bonis moribus, æque ac de Reipublicæ utilitate agitur, ſemper bonum opus perficitur; tantùm huic conſulere, tantùm illis proficere, licet è ſubſelliis procul vivam, è vivis verò antequàm migrem, non quidem mei conſilii vi, ſed ſolummodò veritatis ope, his jurgia componere, his altercationes compeſcere, ac res in Foro controverſas, quamvis ab illo abſim, his ſedare, operæ pretium duxi. Inter cæteras igitur ſit,

## CONTROVERSIA PRIMA

De Collateralium quarti gradus ſucceſſione ab inteſtato, juxtà noſtrarum Municipalium Sanctionum diſpoſitionem.

### SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries exponitur, atque pro faciliori illius intelligentia, cõtroverſæ ſucceſſionis arbor oſtenditur.*

*Illaq; ex communi ſtipite depromitur, & commendatur ibidem.*

2 *Fratres patrueles, conſobrini, aut amitini æqualiter an ſemper ſuccedere poſſint noſtris Conſuetudinibus inſpectis; aut verò inter eos attendi debeat vinculi duplicitas, prout de jure communi diſponitur, & num. 3. & 6.*

3 *Vinculi duplicitas an attendatur de jure conſuetudinario?*

4 *Proximioribus eſt addicta conſuetudinaria ſucceſſio, liberis non extãtibus.*

5 *Duo vincula magis ligant.*

6 *Sexus differentia non admittitur inter fratres patrueles.*

7 *Fratres conſobrini ſunt in quarto cõſanguinitatis gradu.*

8 *Agnationis, & Cognationis qualitas diverſimodè non conſideratur, ſed in utraque æquale Jus ſervatur.*

### ARGUMENTUM.

Peregrina, recens, ac notatu digna, juxtà municipalia hujus Parthenopeæ Civitatis ſtatuta, atque ad illorum interpretationem diſputatio agitatur, de Collateralium quarti gradus, nempe patruelium, & amitinorum fratrum ſucceſſione ab inteſtato; Quæ tandem in duobus Capitibus diſſolvenda proponitur, & ità pro faciliori veritatis indagatione prius dividitur, ut infra diſpungatur.

Supervacuè non parùm ſcripturus viderer, atquè minùs audactèr calamum ſanè arriperem, adverſus prætenſa ſub præclariſſimæ eruditionis patrocinio eximii Juriſ-Cõſulti Joſeph Valletta, per Fratres patrueles quondam Caroli Fraſſone junioris, ſeù filios Petri Franciſci, fratris cõſanguinei olim Caroli Fraſſone ſenioris, de cujus filii inteſtata hæreditate capeſſenda altercatur, tanquàm ei perventa ex communis ſtipitis ſucceſſione, Joſeph ſcilicèt Fraſſone; pro D. Nicolao de Luca, cæteriſquè amitinis fratribus, deſcẽdentibus ex meritiſſimo Regio Conſiliario D. Thoma de Luca, & Catharina Fraſſone, ſorore utrinque conjuncta dicti Caroli ſenioris; Niſi ipſe, cujus inanem ad iſtud tanti momenti negotium fratres prædicti de Luca operam petiere, innixus præſertim authoritatibus

bus ejuſdemmet præſtantiſſimi Viri, qui Juriſprudentiæ penè inter ſyrtes fulgens noſtri temporis ſe offert Cynoſura, ſuiſquè paritèr ſuffultus doctrinis, quibus nihil in re præſenti perpendere ejus felici ſcriptione reliquit, quod ex adverſo mihi neceſſe modò videatur, hoc equidem libenti animo amplecterer dulce onus: Et ad clariorem profectò facti intelligētiam, ęquè ac ut propoſiti caſus ſpecies magis clareſcat, principiò ſucceſſionis controverſæ arborem, ex communi ſtipite deprompt am hìc pariter juxtà pręſcriptum ordinem exponere, haud omittam.




Ivre igitur Patrio attento, ejuſquè municipalibus inſpectis Sanctionibus, recens aggredimur certamen,
1 ſubtiliſſimam profectò diſcutientes theſim: utrum præfati patrueles fratres, Joſeph nimirùm junior, qui omnium nomine hùc ſe contulit, aliiq; Bergomi, degentes, tanquàm deſcēdentes ex dicto quondam Petro Frāciſco Fraſſone, ex uno tantùm latere conjuncto dicto Carolo ſeniori, de cujus filii, abſque liberis, & ab inteſtato defuncti (ut annuimus) agitur ſucceſſione, excludi debeant per iſtos amitinos fratres, veluti deſcendentes ex ſorore, utrinque conjuncta, ex eo potiſſimùm, quia Parthenopeæ Conſuetudinis diſpoſitio, ad Juris communis differentiam, præſcripta ſolū invenitur favore fratris conſanguinei, ità annuente *Napodano in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua*, præcipuè *nu.* 175. non autem deſcendentium ex ipſo, quemadmodùm ſe extendit
2 apertis verbis ad deſcendentes etiam ex fratribus, eodem conjunctis ſanguine, ut ait *Napod. loc. cit.* Aut verò ſimul concurrentes æquis admittantur portionibus, unà cum fratribus prędictis amitinis, tanquàm in æquali gradu proximis defuncto, minimè obſtante fortioris conjunctionis ligamine; Etſi integram dicti Caroli junioris hæreditatem eis dubio procul ſpectare, & ſpectaviſſe, decerni, neſcio qua ratione ſupponant, dato quod ſuccedere poſſent.

Nos autem, jura tuendo amitinorum fra-

fratrum, deſcendentium ex ſorore utrinq; conjuncta, omni quippè verborum fuco omiſſo, nè tam rudi, ac
2 odioſo multiloquio Ampliſſimis Senatoribus moleſtiam afferamus, hæc duo laconicè pro viribus expendere, conabimur.

Primum namque, Præſtātiſſimi Patres, illud erit obſervandum, nimirum, vinculi duplicitatem omninò obſtare
3 dictis deſcendentibus ex Petro Fraſſone, fratre conſanguineo dictę Catharinæ, utroque (ut diximus) latere conjunctæ præfato Carolo ſeniori, de cujus filii, Caroli nempè junioris,
4 controvertitur ſucceſſione, vigore Conſuetudinis, ob liberorum defectum, proximioribus addicta agnatis, & cognatis ex ea linea, undè bona obvenire conſtat, juxtà dogmata *Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* ubi, quemadmodum etiam apud antesignanum Cōſuetudinum interpretē, nempè *Napodan.* ac cęteros *Addentes ibid.* nulla de vinculi duplicitate fit mentio, nec ejus vis aliquo modo ibi reſtricta
5 invenitur; Dùm quolibet jure attēto vulgare nimis ſit illud apud Juriſperitos adagium, quòd duo vincula magis ligant; eò fortiùs ubi contrarium non eſt expreſsè diſpoſitum ex particulari ſtatuto, aut Conſuetudinarii juris preſcripto, ut apertè nimis demonſtrabimus infrà.

Secundum verò, quamvis daretur etiā, quòd iſti fratres patrueles deſcende-
6 rent ex fratre utrinque conjuncto: & quatenùs Dominis de Luca non opitulabitur prima ex premiſſis concluſio (quod prorſus negatur, cum ullo ſpeciali jure oppoſitum ſuſtineri queat,) ſaltim concurrere ęqua poterunt lance, ut clarè arguitur ex verbis ipſius *Napodani loc. cit. in gloſ. parentum num.* 303. *fol. mihi* 159. ibiq; ex aliis *Addent.* communiter, deductis tamen antè partem maternis dotibus, & bonis nonnullis, eorum Matris favore renunciatis, per alias ſorores Moniales, in reliquo nimirùm bonorū, prædicto juniori Carolo obventorum ex ſucceſſione communis
7 ſtipitis, tanquàm in quarto conſanguinitatis gradu exiſtentes, ſecundū Romanorum Juris regulas, deſcriptas *in l. Juriſconſulti*, §. *quarto gradu, ff. de gradib. affin.*

Et proindè in capita omnes admitti debere, tàm patrueles, quàm amitinos fratres, concludendum videtur, nulla quidem ſexus admiſſa differentia, ut *in l. maximum vitium*, *C. de liber. præt.* §. *cæterum, de legit. agn. ſucceſſ.* niſi inter ſorores, & fratres utrinque conjunctos tantùm, & conſanguineos pariter, qui eas, attenta *Conſuetud. Si moriatur, cum Concordan.* de paragio dotare tenentur. Eò magis, quia *Napod. in d. Conſuetud. Si quis, vel ſi qua d. num.* 175. excitans quęſtionem de ſucceſſione bonorum, quę proximioribus defertur: an nimirum cenſeatur correctum jus commune, quo adempta eſt differentia agnationis, & cognationis, ut omnes admittantur, hæc verba pronunciat: *Item quid ſit in bonis à defuncto quæſitis? Reſpondeo videtur ex hoc ſigno univerſali, quòd ſuccedant proximiores ex parte patris, & in hoc videtur corrigi jus commune, à quo ſublata eſt differentia agnationis, & cognationis in bonis à defuncto quæſitis; ſed dic non corrigi totaliter. Nā poſſunt eſſe proximiores ex parte patris, & eſſe cognati ut ſupra dixi proxima gloſ. & ſic nō curatur hìc de agnatione, & cognatione. Corrigitur tamen in caſu, quo defunctus habet fratrem conſanguineum, & fratrem uterinum.* Ex quibus ſanè verbis deducitur clarè, quòad alios collatera-
8 les ulterioris gradus, non eſſe correctum jus commune, nec etiam agnationis, aut cognationis inſpecta qualitate, juxtà placitum nempè Juſtiniani, qui agnationis, cognationiſvè jura confuſit, in eius *Novella* 118. *in Authent. itàque, C. comm. de ſucceſſ.*

*Auth.*

Digitized by Google

*Auth. poſt fratres, fratrumq; filios, & Auth. ceſſante, C. de legit. hæred.* ut teſtatur *Napod. loc. proximè cit.* cum *DD.* utrobique, idem communi ore atteſtantibus, quos, ut brevitati conſulam, libentèr prætereo; dum id, quod circà agnationem, cognationemq; apud omnes Juriſprudentes, juxtà antiquarum legum Sanctionem, pro indubitato procedit, nec etiam attenta hujus Civitatis Conſuetudine correctum reperiri, hìc tãtùm oſtendere, operæ pretium exiſtimamus; nec non agnationis ſcilicet, cognationiſvè qualitatem diverſimodè conſiderari minimè poſſe, ſed in utraque æquale jus, etiam attentis noſtris municipalibus Sanctionibus, ac quolibet alio particulari Statuto, conſiderandum eſſe, infra apertè demonſtrabimus.

## CONTROVERSIA II.

Vinculi duplicitas, quæ de Jure municipali hujus Civitatis non attenditur, favore tantùm fratris conſanguinei, & uterini, an benè locum ſibi vindicet in ſucceſſione collateralium ulterioris gradus?

### SUMMARIUM.

1 *Duplicitas vinculi in ſucceſſionibus ultra fratres conſanguineos, & uterinos, an extendatur etiam ad fratres patrueles, & amitinos; & quid de jure noſtro municipali?*

2 *Frater utrinque conjunctus in bonis maternis ſuccedit ſimul cum uterino, ad paterna verò concurrit cum conſanguineo tantùm, noſtro municipali jure attento.*

3 *Duplicitas vinculi, patrio jure inſpecto, non operatur excluſionem fratris conſanguinei, concurrentis cum fratre utrinque conjuncto ad alterius fratris ſucceſſionem, prout de jure communi, quia uterque tenetur dotare ſorores.*

4 *Sed hæc limitatur concluſio in deſcendentibus ex dicto fratre conſanguineo, & num. 24.*

5 *Conſuetudo tanquam correctoria aliarum legum, non extenditur, niſi ad caſum, de quo tantum loquitur; cum ſit ſtricti juris.*

6 *Caſus à Conſuetudine, vel Statuto omiſſus ſub antiqui juris diſpoſitione remanet.*

7 *Conſuetudines eo modò ſunt intelligendæ, quo minus lædant jus commune.*

8 Conſuetudo ſed ſi morienti, *ſi tantùm loquitur favore fratris conſanguinei, non debet propterea extendi ad eius deſcendentes, & n. 9.*

10 Conſuetudinum, *quæ reperiuntur* ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt. *diſpoſitio recenſetur, & n. 11. 12. & 14.*

15 *Verbum* fratres, *ſimpliciter prolatum, non complectitur fratres conſobrinos, patrueles, & amitinos.*

16 *Fratrum appellatione, rigoroſè, illi tantũ continentur, qui ex utroque, vel altero parente propagantur, ut ſunt germani, conſanguinei, & uterini, & n. 17. & 18.*

19 *Fratres patrueles dicuntur, qui duobus ex fratribus: Conſobrini, qui ex duabus ſororibus: & Amitini, qui ex fratre, & ſorore originem trahunt.*

20 *Fratres vigore* Conſuetudinis: Sed ſi morienti, §. quod autem, *ſuccedunt, etiam in ulteriori gradu exiſtentes, & n. 13.*

21 *Fratres patrueles, & cæteri ſimiles ſimpliciter non dicuntur fratres.*

22 *Nec præfati, fratrum appellatione continentur, in Statutis, nec quò ad jus noſtrum municipale, & n. 24. & 26.*

23 *Subingreſſionis gaudet privilegio ſecundùm noſtras Conſuetudines, etiam*

Digitized by Google

*etiam deſcendentes ex fratribus patruelibus, & conſobrinis.*

25 *Juris Romani regula, quòad vinculi duplicitatem, eiuſque prælationem in ſucceſſionibus, non reperitur correcta per noſtras Conſuetudines, niſi in fratribus tantùm conſanguineo, & uterino, concurrentibus cum utrinque conjunctis ad alterius præmortui fratris ſucceſſionem.*

27 *Conſuetudo quatenus loquitur, catenus diſponit.*

## ARGVMENTVM.

Jure noſtro Municipali inſpecto, vinculi duplicitas, quæ minimè attenditur favore tantùm fratris conſanguinei, & uterini, quod locum quidem ſibi vindicet in ſucceſſione aliorum collateralium ulterioris gradus, cum contrarium quòad patrueles, & amitinos fratres ex parthenopæis Conſuetudinibus non inveniatur diſpoſitum, dilucidè oſtenditur, ac nonnullis ſolidiſſimis tandem comprobatur rationibus.

QVæ ſupra diſcutienda propoſuimus, libenti animo ut aggrediamur, rationũ lumini equidem obviam ire, ſimul oportet; Et pri-
1 mò quòad primum, de vinculi ſcilicet duplicitate, quòd eius vis extendatur etiam de jure noſtro municipali in collateralium ſucceſſione, non ſine validiſſimis argumentis, eſt aſſerendum.

Nam licet in uno ſolùm caſu particulari, nempè conſanguinei fratris favore, coarctetur per *Conſuetud.* exordientem, *Sed ſi morienti*: & ex noſtratum interpretatione ſit etiam reſtricta hęc vis duplicitatis vinculi, attento eiuſdem Conſuetudinis intel-
2 lectu, in beneficium fratris uterini, ut iſte nimirùm ad bona, quæ ex materna obvenerunt linea, ille verò ad facultates, ex linea paterna obventas, unà ſimul cum utrinque conjuncto, in ſucceſſione alterius prædefuncti fratris, utroque paritèr conjuncti ſanguine, ſuccedere debeat, cum onere tamen dotandi ſorores conſanguineas, & utrinque conjunctas de paragio, quemadmodum clarè nimis cernitur ex verbis Anteſignani Conſuetudinum Interpretis *in d. Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, ſub nu.* 241. *verſic. ſed pone*, ibiq; cæteri videndi *Addentes*, cum omnibus Conſuetudiniſtis, per nos congeſtis *contr.* 10. *per*
3 *tot. in primo controverſ. vol.* ex quibus ſtatutum cõperitur, vinculi duplicitatem, patrio jure inſpecto, non operari excluſionem fratris conſanguinei, proùt de jure communi, quãdo ad fratris ſucceſſionem concurrit ipſe, cum aliis fratribus utrinque cõjunctis, ſed æqualiter tunc omnes ſuccedere, propter æquale onus, quod habent dotandi ſorores de paragio, ſecundùm diſpoſitionem *dict. Conſuetud. Sed ſi morienti, circa fin.* ibi enim hæc formalia leguntur verba: *Ità quod ſi inter ipſos nepotes, & pronepotes, & deinceps fratrum præmortuorum ſint fœminæ, quæ habeant fratres conſanguineos, ipſæ mulieres à præmiſſa ſucceſſione excluduntur, cũ fratres ipſas habeant maritare, ut ſuperiùs dictum eſt.*

4 Nihilominus, ultra præfatos fratres conſanguineos, & uterinos, hæc vinculi duplicitas minimè coarctari poſſe videtur, ſed ut debeat extendi, nempe quòad alios collaterales ulterioris gradus, ut ſunt patrueles, & amitini fratres, de quibus hìc agitur. Si hoc enim onus dotandi ſorores, ut ſupra diximus, non habent deſcendentes ex fratribus conſanguineis, ſivè alii ulterioris gradus collaterales, nec etiam eorum favore extendi debet huius Conſuetudinis diſpoſitio,

quòad

Digitized by Google

quoàd vinculum ſcilicèt fortioris cō-junctionis, eò magis, quia de ipſis non loquitur.

Conſuetudo enim, tanquàm correctoria
5 juris communis, non extenditur, nec ſuum impartiri poteſt officium, niſi in caſu, de quo tantùm loquitur, & minimè in aliis non expreſſis, quia eſt ſtricto modo intelligenda, & ſolùm in caſu proprio locum habet, vulgatis nimis juribus. Caſus namque à
6 Conſuetudine, vel Statuto omiſſus, neceſſariò remanere debet ſub antiqui juris diſpoſitione, *text.* eſt in valdè decantata *l.præcipimus*, ibi: *Quicquid hac nova lege non invenitur expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regulis, omnes relictum intelligere debent*, *C. de appellat. l. commodiſſimè. ff. de lib. & poſth. l.1.§. ſin autem deficientis*, *C de cad. toll. Ann. all.* 70. *num.* 42. *&* 117. *nu.* 6. *de Franch. deciſ.* 11. *&* 71. *num.* 10. 378. *num.* 3. *&* 640. *num.* 9. *Capyc. Latr. conſult.* 155. *num.* 55. cum aliis ex noſtratibus, qui communitèr
7 aſſeverant, Conſuetudines eo modo eſſe intelligendas, quo minùs lędant jus commune, à quo declarationem recipiunt per ea, quæ allegat *Grammat. deciſ.* 92. *num.* 7. *&* 9. Sed pręſens caſus, ut ſcilicèt duplicitas vinculi non attendatur per noſtras Conſuetudines, non reperitur proviſus, niſi tantùm favore fratris conſanguinei, ratione oneris, quod habet dotandi ſorores de bonis, ex linea paterna
8 obventis; Ergò non poteſt ultrà extendi, ſicque nec etiam ad deſcendētes ex dicto fratre, unico ex latere conjuncto, quibus omninò in patruelium fratrum ſucceſſionibus preferri debere deſcendentes ex fratribus, aut ſororibus utrinque conjunctis, ob vinculi duplicitatem, conſulendum, fas erit. Quod etſi noſtri Pragmatici nullibi obſervaverint, ità tamen præfatę *Conſuetud. Sed ſi morienti* proviſio, eò fortiùs eſt intelligenda, ut procedat tantùm favore fratris conſanguinei, cujus favore loquuta fuit, & non deſcendentium ex eo, quos cùm nec expreſsè, nec tacitè compræhendere videatur, eos propterea ſub juris cōmunis diſpoſitione penitùs reliqui ſſe, cenſetur, in caſu præſertim, quo ſuccedere velint cum deſcendentibus ex fratre utrinque conjuncto ad fratris patruelis ſucceſſionem, majoritate nempè vinculi quoàd ipſos attenta.

Nec dici unquam poterit, noſtri muni-
9 cipalis juris Compilatores, dùm generaliter hoc uſi fuere verbo *Fratres in d. Conſuetud. Sed ſi morienti*, loquutos fuiſſe idcircò de fratribus, & eorum deſcendentibus, abſq; diſtinctione, nullaquè admiſſa vinculi duplicitate, proùt *in Conſuetud. antecod. Si quis, vel ſi qua*, indifferentèr etiam dixerunt de proximioribus agnatis, & cognatis, maſculos, eorùq; deſcendentes, fœminis, & deſcendentibus ex eis, ſemper præferendo, bonorum tātùm diſtinctione ibi admiſſa, ultrà dotationis onus, quod illis tribuit *Conſuetudo, Si moriatur*, quę prima inter omnes ſe offert in fœminarum excluſionem.

Nàm facilis quidem ſuppoſitis erit re-
10 ſponſio; Quia ſi agatur de *d.Conſuetud. Si moriatur*, & aliud ibi diſpoſitum non reperitur, niſi quòd deſcēdentes, quorum eſt prima ſucceſſionis cauſa, aſcendentibus in ſtirpes ſuccedant, cum onere tamen dotandi ſorores, & amitas ſecundùm paragium, & facultates, quas autem, ſi tēpore præfinito, hoc eſt poſt ſexdecim annos maritare diſtulerint, ipſæ fœminæ maſculiarentur, & in virilem unà cum maſculis ſuccederent, proùt habetur *in ſeqq.* §. *eas autem*, *&* §. *idem juris*, ubi *Napodan*. Alijq; paſſim affirmant. Vnde clarè infertur, deſcēdentes ex maſculis, in tantùm fœminis, earumque filiis præferri, in quantùm dotandi illas, habēt etiam onus, nec alitèr, aut alia ratione, cum hic verus apud noſtrates, & germanus ſit hujus Conſuetudinis intellectus, proùt

ùt fatetur *Napodan. ibid.* cum cæteris Addentibus.

Si autem loquatur *de Conſuetud. Si*
11 *quis, vel ſi qua*, & ibi quia ſolùm proviſum invenitur, quòd moriente aliquo inteſtato, liberis legitimis, & naturalibus non extantibus, ipſi defuncto ſuccedant tranſverſales, & in eorum ſucceſſione attendatur linea, à qua bona obvenerunt, ut ſcilicèt in bonis paternis, ſeù ex paterna linea proventis, proximiores ex parte patris: in bonis verò a matre, & ex materna obventis linea, proximiores ex parte matris ſuccedant. Ius propterea commune, quo ultrà gradus proximitatem, vinculi duplicitas inter ſuccedentes etiam attendi debet, minimè correctum videtur, ut conſideranti clariùs patet; ſed tantùm reſpicitur (ut ſæpè repetitum eſt) linea, à qua bona obvenerunt, ut ad illam nimirùm ipſa redire debeant, undè exierunt.

Verùm, ſi ulteriùs aliam inſpiciamus
12 *Conſuetud. incip. Sed ſi morienti*, quæ eſt ultima *ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* & ex illius diſpoſitione, quia introductum reperitur, quòd defuncto tranſverſali ab inteſtato, fratres, & deſcendentes ex alio fratre præmortuo ſuccedant æqualitèr in ſtirpes, excluſis fœminis à fratribus conſanguineis, qui etiam ipſas de paragio dotare tenentur, ubi eſt videndus *Napodan. cum aliis*: in eo caſu particulari (ut diximus) eſt intelligēda, nec extendi debet ad reliquos fratres patrueles, & amitinos, ſivè conſobrinos, inter quos deſcendentes ex utrinque conjunctis ſanè præferri debent cæteris, qui præmortui fratris conſanguinei ſunt filii, & quibus vinculi duplicitas verè obſtabit in concurſu cum iſtis, quamvis æquali in gradu exiſtētibus, dùm contrarium nō fertur diſpoſitum, ad juris communis correctionem, ex traditis per *Conſil. de Georg. alleg. 25.*

13 Reſpondendum denique poſtremæ remaneret obiectioni, ſi quam facere auderent Adverſarii, ejuſdem *text.* ſuffulti authoritate, *Conſuetud. Sed ſi morienti, in §. quod autem*; ibi enim legitur: *Quod autem dictum eſt de fratribus, nepotibus, pronepotibus fratrum præmortuorum, & deinceps; eis non extantibus, intelligendū eſt de aliis in ulterioribus gradibus exiſtentibus, vel agnatis, vel cognatis.* Quibus ex verbis colligi poteſt, proùt veriſſimum eſt, ſub eadem Conſuetudinum diſpoſitione comprehendi, non tantùm fratres utroque, vel uno latere conjunctos, qui fratrum continentur appellatione, *l. Juriſconſultus, §. frater quoque, ff. de grad.* ſed etiam alios ulterioris gradus, videlicèt patrueles, amitinos, aut conſobrinos; Et propterea inter eos, etiam ſubiungendum videtur, nullam eſſe admittendam vinculi duplicitatem, proùt nec minùs gradus attenditur majoritas, ſed ſolùm ſexus ſervari debeat prærogativa, ut in cæteris *Cōſuetud.* præcedentibus, quòad alios fratres primi ordinis, clarè animadvertitur.

At meliùs perlegendo dictum *§. quod autem*, experti ſumus, noſtræ potiùs favere ſententiæ, quàm adverſari; ideoque pro nobis potiùs eſſe allegādum, ad prædictorum confirmationem, & minimè parti adverſę prodeſſe, non inconſultò arbitramur.

Si etenim hujus *§. quod autem*, enixè perpendatur intellectus, ſecundùm *Napoduni* præſertim, & aliorum pla-
14 citum, apertè conſtabit, ſtatuentium fuiſſe mentem, juxtà monitum *Cai, in l. . ff. de orig. jur.* tollendi ſcilicèt ambiguitatem, quæ oriri poterat ex iſto verbo *Fratres*; Quod verbum
15 ſimplicitèr prolatum, in hac rigoroſa Conſuetudinis materia, non complectitur, niſi illos, qui ex utroque, vel altero parente propagantur, ut
16 *in d. l. Juriſconſ. §. frater*, ibi: *Frater quoque per utrumque parentem accipitur, idest, aut per matrem tantùm,*

*tùm, aut per patrem tantùm*, *aut per utrumque, ideſt ex utroq; eorum parente, ff. de grad* & ex *Napod. loc. cit. num.285.* qui quotiès ex utroq;
17 parente procreantur, germani dicuntur, ut *in* §. *2. Inſtit. de ſucc. agn.* ſi ex eodem tantùm patre ſint geniti, conſanguinei vocantur, ut *in l.* 1. §. *conſanguineus*, *ff. de ſuis*, & *legit. cum ſimil.* & ſi ex eàdem tantùm
18 matre procedant, uterini appellantur, ut omnibus eſt notum *ex Auth. de conſang.* & *uter. fratrib.* §. *poſt matrem verò*, de quibus loquitur *d. Conſuetudo*, *Sed ſi morienti*, antè *d.* §. *quod autem*, ubi continentur alii, in ulterioribus gradibus poſiti: pro-
19 ùt ſunt fratres patrueles, qui, duobus ex fratribus, originem trahunt, *d. l. Iuriſconſult.* §. *eodem gradu*, *ff. de grad.* vel conſobrini, qui ex duabus propagantur ſororibus, *l.* 1. §. 4. & *ult. ff. eod. tit.* ſivè amitini, qui ex fratre, & ſorore derivant, §. 4. *Inſtit. de grad. cogn.* & §. 1. *Inſtitut. de leg. agn. ſucceſſ.* cum ſimilibus.

Fuit ergò Conſuetudinum Compilatorum mens, ut deficientibus fratribus, & deſcendentibus ex eis in infi-
20 nitum, qui ſuccedunt virtute *d. Conſuetud. Sed ſi morienti*, ex ſupradictis, tali caſu admittantur cæteri in ulteriori gradu exiſtentes, qui paritèr agnati, & cognati dicuntur, proùt ſunt fratres patrueles, conſobri-
21 ni, & amitini; Quemadmodùm more ſolito interpretatus fuit noſter Auriga *Napod. ibid. num. 286.* ut ſcilicèt illi (qui ſimpliciter non dicuntur fratres, ſed cum adiectione, & per quàndam extenſionem, qua in Statutis nemo utitur, ut tradunt
22 *Bart. in l. Lucius*, §. *quæſitum*, *ff. de leg.* 3. & *Bald. in l. jubemus*, §. *fin. C. ad Senat. Conſ. Trebell.*) noſtris Conſuetudinibus inſpectis, etſi longiori gradu diſtent inter ſe, quàm fratres utrinque conjuncti, conſanguinei, & uterini, de quorum ſucceſſione diſſeritur in dictis *Conſuetud. Si moriatur*, & *Sed ſi morienti*, ad inteſtatas tamen ſucceſſiones admittantur, unà ſimul etiam cum deſcẽdentibus ex eiſdem fratribus patruelibus, & conſobrinis, ſi qui eſſent, ſubingreſſionis videl. privilegio, quod, præter hos caſus, locum ultra non habere, ejuſque robur præſcribi, teſtatur *eod. loc. Napod. num. 289.* & nos tradidimus *controverſ. 2. lib. 1. ex Præſ. de Franch. deciſ. 24.* quem ſectantur *Reg. Rovit. conſ. 23. nu. 2. Reg. de Ponte conſ. 39. num. 17. tom. 1. Reg. Capyc. Latr. conſult. 61. Reg. de Marin. tom. 2. reſolut. jur. cap. 216. ſub num. 9. Montan. controv. 2. num. 3. Thor. in compend. deciſ. part. 3. lib. 3. verb. ſubingreſſio*, aliique *Addent. ad Præſ. de Franch. in*
23 *d. deciſ. 24.* & *157.* Nam appellatione fratrum in Statutis, fratres primi ordinis continentur; reliqui verò in ulteriori gradu conſtituti non veniunt, ſecundùm *Bart.* & *Bald.* ubi ſupra, *Angel. in l.* 1 *ff. de inoffic. teſt. Paul. de Caſtr. in l. tres fratres, ff. de pact. Alex. in l. ſi dotali, ff. ſol. matr.* & *conſ. 239. vol. 2. cum Iaſ. conſ. 205. vol. 2.* Idcircò ſi Conſuetudines noſtræ non expreſſiſſent, eandem ſucceſſionem etiam extendi ad dictos fratres, in ulteriori gradu exiſtentes, & ad eorum filios jure ſubingreſſionis, per interpretationem extendi nunquàm poterat.

Verùm in eodem §. *quod autem* mini-
24 mè invenitur diſpoſitum, ut quemadmodùm iſti ulterioris gradus collaterales, qui ſunt fratres conſobrini, patrueles, & amitini, iure conſuetudinario ſuccedunt, eorumque deſcendentes pariter jure ſubingreſſionis admittuntur; ità etiam ſuccedere deberent, nulla attenta inter eos vinculi duplicitate, prout apertis verbis fuit expreſſum *in anteced. Conſuetud. Sed ſi morienti*, favore tantùm fratris uno ex latere conjuncti, eidem ſolito iniuncto onere, dotandi fœminas de paragio, ut eſt dictum.



Digitized by Google

Qua[illegible]municipalibus inſpectis[illegible]ſecundùm prudentum
25 [illegible]ionem, & noſtratum in[illegible]Iuris Romani regulæ, quo[illegible]vinculi duplicitatem, eiuſque præ[illegible]tionem in ſucceſſionibus, haud corriguntur, niſi in fratribus, tantùm conſanguineo, & uterino, concurrentibus cum utrinque coniunctis ad alterius præmortui fratris ſucceſſionem, ut eorum reſpectu hæc vinculi duplicitas non attendatur, ſed ſolummodò bonorum admittatur diſtinctio, & inſpiciatur linea, undè ſcilicet illa exierunt, ut ad eandem redeant; proùt teſtantur poſt *Napod. dict. num.* 241. *ibid. Anton. de Alex. Io: Angel. Piſanell. Anton. Capyc. & Lell. Caput. in Conſuetudin. ſi moriatur, part.* 1. §. 5. *num.* 12. *Præſ. de Franch. deciſ.* 93. *num.* 7. *deciſ.* 99. *&* 619. *Molfeſ. tom.* 1. *ſui comment. ad conſuet. part.* 4. *quæſt.* 39. *& quæſt.* 45. *num.* 29. *Provenzal. obſervat.* 7. *ad dict. conſuetud. Si quis, vel ſi qua, Reg. de Marin. lib.* 1. *var. reſol. cap.* 70. *num.* 7. ubi *Rodoer. Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 61. *num.* 4. *Hodier. ad Surd. dec.* 239. *num.* 12. *Montan. contr.* 1. *num.* 28. *Thor. in compend. deciſ. tom.* 1. *verb. frater conſanguineus: & eod. loc. utrinque coniunctus;* imò in terminis ſimilis ſtatuti poſt *Alciat. reſponſ.* 37. *lib.* 2. docet etiam *Fontanell. de pact. nuptial. concl.* 5. *gloſſ.* 3. *num.* 21. ea præcipua ratione, quia per iſtas Conſuetudines fratres prędicti judicantur in ęquali conſanguinitatis gradu, & ex ſpeciali pręſcripto, in eis vinculi duplicitas locum ſibi non vindicat. Quomodò ergo dici poteſt, niſi perperā, & gratis aſſeratur, eandē Iuris communis correctionem procedere in patruelibus conſobrinis, & amitinis, qui fratrū non continen-
26 tur appellatione (ut diximus) & quotiès tantùm fratribus uno ex latere coniunctis, onere adiuncto dotandi ſorores, hoc conceſſit privilegium
27 Conſuetudo, cuius diſpoſitio, uti correctoria aliorum Jurium, quòd nequeat idcircò extendi de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam, *l. ſi unus, §. ante omnia, ff. de pact.* & cùm ſit ſtricti juris, odioſam itaque non debeat recipere interpretationem, non adeſt, qui neſciat; dùm quatenùs loquitur, eatenùs diſponit, juxtà monitum *Napodani, in d. Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, verſ. præterea, num.* 182. *& in Conſuetud* Filiusfamilias, *num.* 8. *verſ. quia eſſet extendere legem municipalem. Præſ. de Franch. deciſ.* 489. *num.* 8. *Conſil. Minad. in Conſtit. In aliquibus, verb. filiarum, num.* 9. *Reg. de Marin. tom.* 2. *reſol. jur. cap.* 205. *num.* 10. *& Conſil. Petra rit.* 1. *num.* 54. *circa fin.* Et hæc quòad principalem articulum ſatis ſint dicta, ut ad ſecundam propoſitæ quæſtionis partem tranſitum faciamus.

## CONTROVERSIA III.

Fratres Patrueles, Conſobrini, & amitini, ſi ſint in concurſu, quomodo, noſtris Conſuetudinibus attentis, alteri defuncto ab inteſtato eorum fratri, in ęquali olim gradu exiſtenti, ſuccedere debeant?

### SUMMARIUM.

1 *Fratres patrueles, ſuccedere an debeant, abſque ſexus differentia, & admitti æqualitèr ad alterius prædefuncti fratris patruelis, & amitini ſucceſſionem?*

2 *Conſuetudines Neapolis quando fęminas propter maſculos excludāt? & num.* 3.

4 *Bonorum conſervatio in familia non inſpicitur per noſtras Conſuetudines, niſi favore maſculorum tantùm, & illorum ſcilicet qui pri-*

*primi ſunt ordinis, ac deſcendentium ex eis.*

5 *Agnatos inter, & cognatos confuſim procedit gradus prærogativa. Ita, etiam de jure Conſuetudinario, & num: 6. Nàm agnationis, & cognationis qualitas diverſimodè non conſideratur, & n. 20.*

7 *Frater cõſanguineus excludit uterinum in ſucceſſione fratris utrinque conjuncti, ſecundùm Conſuetudines Neapolis.*

8 *Fæminæ faciunt partes, earumquè cedunt portiones in beneficiũ tantùm fratrum utrinq; conjunctorũ, conſanguineorumq; qui eas dotare tenentur, non autem favore fratrum uterinorum, qui hoc non habent onus, attentis noſtris Conſuetudinibus. & num. 9.*

10 *Soror uterina, etiam ex noſtro jure municipali, unà ſimul cum fratre admittitur, tàm ad ſucceſſionem alterius fratris, quàm ad portionem, communi matri obventam ex ſucceſſione ejus filii, qui cum dicto fratre ſuperſtite erat utrinque conjuntus, & num. 11.*

12 *Maſculorum prælatio non conſideratur per noſtras Conſuetudines, niſi quando ſuperſunt defuncti fratres, filii, vel deſcendentes ex fratribus; Nàm extra prædictos nulla adeſt Conſuetudo, ex qua fæmina excludatur.*

13 *Conſuetudines, quæ fæminas excludunt, maſculis exiſtentibus, loquũtur cum qualitate dotationis; Sicque de illis, quæ ex ipſis maſculis dotari debent de paragio.*

14 *Conſuetudo Neapolis excludens ſorores, quia ipſas dotare tenentur fratres, eſt neceſſariò intelligẽda, quòad fratres utrinque conjunctos, & conſanguineos: non autem quòad uterinos, cæteroſq; ulterioris gradus, qui hoc non gravantur onere.*

15 *Sexus prærogativa ſecundum noſtras Conſuetudines locum habet tantùm in fratribus utrinq; conjunctis, & conſanguineis, qui ſorores dotare tenentur: non autem in uterino, & in aliis ulterioris gradus, & num. 17. & 18. & antea num. 11.*

16 *Dotationis onere ceſſante, ceſſat fæminarum excluſio, & nu. 19. cum ſeqq.*

21 Text. in l. avunculo, C. comm. de ſucceſſ. *diſpoſitio quo caſu eſt correcta per noſtras Conſuetudines, oſtenditur. & num. 22.*

23 *Doctrina* Napodani *noſtri juris municipalis interpretis fuit ſemper apud omnes maximæ æſtimationis.*

24 *Gradus proximitas, & non ſexus qualitas conſideratur in ſucceſſione fratrum patruelium, tàm de jure communi, quàm conſuetudinario hujus Civitatis Neapolis.*

25 *Vinculum fortioris conjunctionis, & agnationis, cognationiſve qualitas confuſa reperitur quòad fratres patrueles per noſtras Conſuetudines, & ſic inter eos non conſiderari debet ſexus diſparitas.*

26 *Vinculum fortioris conjunctionis quid operetur in ſucceſſione, oſtenditur.*

27 *Diſputationis concluſio, & articuli propoſiti eventus deſcribitur.*

28 D. Joſeph Valletta *adverſarius in cauſa pro meritis laudatur.*

29 D. Petrus de Fuſco Reg. Conſiliar. *ac noſtræ tempeſtatis eximius cauſarum patronus commendatur.*

## ARGVMENTVM.

Patrueles inter, & Amitinos, aut Conſobrinos fratres ſucceſſio ab inteſtato, qualiter regulari debeat, ſecundũ noſtras Conſuetudines, enixè expenditur. Immò, illos ſuccedere abſque ſexus differentia, nulla ſcilicet habita ratione, ſi ſint maſculi ex una, ac fęminæ ex altera parte: omneſque admitti pro æquali parte, & portione,

 ad

ad alterius fratris patruelis, vel amitini ſucceſſionem, nonnullis rationibus, authoritatibus, & noſtri Supremi Senatus judicaturis, fundatur, atque communi noſtratum ſententia comprobatur.

1 PRomiſſa, ut plenè ſerventur, æque ac mei muneris partes, ut omninò adimpleantur, noſtræ principiò propoſitæ diſputationis ad ſecundum deveniamus caput, oportet: ſcilicet, eſto quòd inter prę fatos patrueles, & amitinos, ſeù conſobrinos fratres, vinculi nequeat conſiderari duplicitas, nec de illa altercari (quod non verificatur in caſu noſtro, quo clarè conſtat, alios de quibus agitur, deſcendere ex fratre conſanguineo, alios verò ex ſorore utrinque conjuncta) nùm ſuccedere debeant illi, abſque ſexus differētia, nullo ſcilicet habito reſpectu, ſi ſint maſculi ex una, aut fęminæ ex alia parte, ſivè deſcendant ex maſculo, ſivè ex fęmina, omneſq; admitti pro æquali parte, & portione, ad alterius prædefuncti fratris patruelis, vel amitini ſucceſſionem ab inteſtato? Quia nonnullis noſtri Supremi Senatus judicaturis, & communibus noſtratum ſententiis, quælibet inanis contentio, quæ antea oriri poterat in præfato articulo, quem penitùs ſub juris communis dogmate reliquit etiam Conſuetudo, ad præſens ſopita inſpicitur, levis idcircò labor, atque facilis ad præſcrutādam hujus quæſtionis veritatem, erit profectò indagatio; dùm res, iàm omni opinionum penè diſcrimine ſolutas, exarare tandem ſortiti ſumus.

Communis namque intellectus, & verior Juris Conſultis Parthenopæis
2 fuit ſemper viſa hęc decantata apud omnes concluſiò: ex noſtrarum ſcil. Conſuetudinum diſpoſitione, maſculos tantùm, in primo ordine exiſtentes, & eorum deſcendentes in infinitum, fęminis omninò præferri, ad familiæ decus ſervandum, ejuſquè inſpecto ſplendore, qui ſorores, & amitas ſecundùm paragium dotare tenentur, ut apertè colligitur ex *d. Conſuetud. Si moriatur, aliiſq; ſequent. ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt.*
3 ubi *Napod.* ac cęteri idem fatentur Expoſitores. Verùm his deficientibus, quibus hoc onus dotandi fęminas eſt injunctum (ut eodem tempore de incommodo experiantur, ſi commodum ſentiant) reliqui proximiores agnati, cognatiquè æquis admittuntur portionibus ad inteſtatam defuncti ſucceſſionem, ſervata forma *dict. Conſuetud. Si quis, vel ſi qua*, nulla ſexus admiſſa differentia, ſed diſtinctione tantùm bonorū, ut illa in eandem ſcilicet redeant lineam, à qua exierunt, & attenta gradus proximitate; niſi adſint, qui ſubingreſſionis iure ſuccedere poſſint, ex diſpoſitione *dict. Conſuetud. Sed ſi morienti, & ſeq. §. quod autem.*

Ità unanimitèr, huic inhærentes ſententiæ, omnes dixere Pragmatici,
4 ſemperq; apud eos incontroverſum fuit, ultrà præfatos maſculos, qui primi ſunt ordinis, eorumquè deſcendentes, quibus ſtantibus, fœminæ excluduntur, Conſuetudines huius Civitatis minimè inſpexiſſe familiæ conſervationem (licèt contrarium ex aliis Statutis, & fideicommiſſorū exemplo, quæ bonorum conſervationem in familia prorſus decernunt, perperàm iudicant Adverſarij) ſed tantùm per ipſas fuiſſe proviſum, ut poſt filios maſculos, eorumquè deſcendentes, à quibus fœminæ dotari debent, defuncti bona tranſeant ad proximiores agnatos, & cognatos illius lineæ, undè provenerunt, ſecundùm tradita in propriis terminis per *Præſ. de Franch. deciſ. 157. num. 6. & 149. num. 12. verſic. nec valet dice-*

dicere, quòd eadèm ratio procedit, conſervandorum ſ. bonorum in familia, nàm ratio hæc non eſt expreſſa, nec ſaltim perpetua; & poſt eum per Conſil. Andr. de Georg. alleg. 29. 30. Reg. Rovit. conſ. 74. num. 7. & conſ. 100. lib. 1. Molfeſ. part. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 45. à nu. 48. habito reſpectu ad huius Conſuet. Si quis, vel ſi qua intellectum, iuxtà
5 Napodani Gloſſ. num. 137. ubi inter agnatos iſtos, & cognatos confuſim procedere gradus prærogativam, traditur, ut refert etiam optimus noſter Conſuetudiniſta Horat. Montan. in eius controverſ. 1. num. 31. verſ. Attamen adverte, quòd ex parte patris poſſunt eſſe agnati, & cognati; & paulò poſt ſubdit, ex mente Napodani,
6 quòd prærogativa gradus in eoſdem agnatos, & cognatos ità procedat cõfuſim, ut cognatus proximioris gradus præferatur agnato remotiori in ſucceſſione bonorum, quæ obvenerunt ex parte Patris; nàm quòad hoc Ius commune haud corrigitur per Conſuetudines, ſicut admonet Na-
7 podan. ibid. num. 175. ibi: Nàm poſſunt eſſe proximiores ex parte patris & eſſe cognati, ut dixi ſupra proxima gloſ. & ſic non curatur hìc de agnatione, & cognatione; corrigitur tamen Ius commune in hoc caſu, quia ſi defunctus habet fratrem conſanguineum, & uterinum de iure communi in bonis defuncto quæſitis ſuccedunt æqualitèr, ex Auth. itaq; ſed de hoc iure municipali ſuccedit frater conſanguineus tantùm, quia eſt proximus ex parte patris. Et idem Napodan in ead. Conſuetud. nu. 168. gloſſ. ex parte patris, fol. mihi 122. verſic. ſed videtur, quòd non, nàm ex parte patris poſſunt eſſe cognati, ut ſunt &c. & meliùs in anteced. num. 147. verſ. inter fratres amitinos, fol. verò 116.

Hìnc eſt, quod in bonis etiam maternis, & in illorum ſucceſſione, attenta Con-
8 ſuet. Si qua mulier, fæminæ faciunt partes, earumque portiones cedunt in beneficium tantùm fratrum utroque coniunctorum latere, & conſanguineorum, non verò uterinorum fratrum, qui ipſas ſorores uterinas (ut ſuperiùs dictum eſt) de paragio dotare non tenentur. Commodum nãque iſtud ſucceſſionis conſuetudinariæ habet in ſe annexum onus maritandi ſorores, cui non ſubjacent fratres uterini, ut inquit Napodan. in d. Conſuet. Si qua mulier, & expreſſiùs in ſæpè alleg. Conſuet. Sed ſi morienti, verb. cum fratres, verſ. Item
9 nota num. 284. fol. 115. ubi aſſerit, utrinque conjunctum, & conſanguineum fratrem, tàm de Jure conſuetudinario, quàm communi teneri ad dotem ſororis, non autem uterinum. Et ejus eſt aſſecla Præſ. de Franch. deciſ. 26. num. 6. antè Molfeſ. in ſuo comment. par. 4. quæſt. 17. num. 32. & quæſt. 41. num. 4. Lel. Caput. ad Conſuetud. Si moriatur, part. 1. §. 5. num. 8. & ibid. etiam eſt videndus Conſil. Provenzal. obſerv. 12. à n. 27. cum aliis per nos traditis controu. 11. n. 71. & ſeq. lib. 1. ubi de iſtis fratribus, ex diverſis matrimoniis procreatis, latè diſſeritur, quorum utrinque conjunctus, & conſanguineus, quòd propter dotationis
10 onus, ſemper, & in omnibus ſucceſſionibus ſorores excludat: uterinus verò, quòd unà ſimul cum ſorore uterina æqualitèr ſuccedat, tàm in bonis maternis, quàm alterius defũcti fratris, ex eo quia onus dùm non ſentit illam dotandi, neq; etiam commodo prælationis frui debet, apertis juribus patefecimus; quampluribus adductis ad propoſitum Sacri Conſilii deciſionibus, quas referunt Conſil. de Bottis in d. Conſuetud. Si qua mulier, in addit. incip. Adde quod die 26. Septembris, & ibid. Capyc. cũ cæteris Addent. & in ejus dec. 92. n. 3 verſ. fuit dubitatum; & Præſ. de Franch. d. dec. 26 dec. 566. dec 639. n. 8. verſ. dicit enim, & num. 10. verſ. nàm

Digitized by Google

*nàm ſi ſunt*, ſed meliùs *in deciſ.* 25.
11 ubi loquitur in caſu fortiori; nàm
ait, ſororem nimirùm uterinam ęqua-
litèr admitti cum fratre uterino, in
portionibus obventis matri, ex cauſa
ſucceſſionis alterius filii, qui cum di-
cto filio ſuperſtite erat utrinque con-
junctus; Quas deciſiones communi
laudant oratione, *Thor. in ſuo com-
pend.deciſ. tom.*1.*verb. filii duorum,
fol. mihi* 230. *col.* 1. & 231. *col.* 2.
*Molfeſ. part.*3. *ſui comment. quæſt.*
12. *num.* 17. *Reg. Galeota in addit.
ad conſ.*11. *Camilli de Medic. num.*
41. *Reg. de Ponte conſ.* 39. *à num.*25.
*circa fin.lib.*1. & *Reg. de Marin.lib.*
2. *reſol.iur. cap.*208. *à num.*9. & 17.
*cum ſequentibus*.

Conſuetudines igitur Neapolis, dùm
12 non loquuntur de maſculorum prę‑
latione, niſi quando ſuperſunt tantū
defuncti fratres, filii, & deſcenden-
tes ex fratribus, quia extrà prædi-
ctos, nulla aceſt ex congeſtis *ſub tit.
de ſucceſſ.ab inteſt.* Conſuetudo, quę
13 fœminas excludat; Immò, quod eſt
fortius, Conſuetudines illæ, quarum
diſpoſitione ſorores, & amitæ exclu-
duntur, maſculis, eorumque deſcen-
dentibus exiſtentibus, loquutæ fue-
runt cum qualitate dotationis, ſicq;
de illis, quæ de paragio per ipſos ma-
ſculos dotari debent. Nàm ſorores,
veluti per dotationem excluſæ, am-
pliùs non continentur tunc appella-
tione fratrum, proùt oſtendit nimis
expreſſe *Napod. in ſupracit.* §. *quod
autem*, præſertim *in ejus Gloſſ. ha-
buiſſet*, ibi: *Habuit ſoror partem ſuc-
ceſſionis, ſeu actionem ad partem, niſi
per dotationē fuerit excluſa, ut ſu-
prà in Conſuetud. Si moriatur*. Et
paulò ante *in anteced. Conſuetud.
Sed ſi morienti, gloſſ. Cum, num.*
284. ubi teſtatur, quòd dum Con-
14 ſuetudo excludit ſorores, cùm fra-
tres ipſas teneantur dotare, eſt ne-
ceſſariò intelligenda de fratre utrin-
que conjuncto, vel conſanguineo, nō
autem de uterino, qui nō debet ma-
ritare ſororem, quæ idcircò ſimùl
cum eo ad quamlibet admittitur
ſucceſſionem maternæ lineæ. Se-
quitur ex hoc, eò fortiùs idem et
ſibi locum vindicare in fratribus con-
ſobrinis, patruelibus, & amitinis, qui
ulterioris ſunt gradus, nec etiam
onus habent dotandi ſorores, & proin-
dè æqualitèr, abſque ſexus diſcretio-
ne admitti ad præmortui fratris con-
ſobrini, vel patruelis hæreditatem,
cum ceſſet paritèr iſto caſu fœmina-
rum excluſio, quam cauſat (ut dixi-
mus) dotationis onus, ſicque Iuris
communis attendatur diſpoſitio, ut
optimè inquit *Reg. de Pont.dict.conſ.*
39. *num.*26.

Et quòd ſexus prærogativa, noſtris at-
tentis Conſuetudinibus (ultrà fra-
15 tres utroque conjunctos latere, eo-
rumque deſcendentes, qui, fœminis
excluſis, ad defuncti fratris, aut pa-
trui ſucceſſionem admittuntur) cō-
ſiderari etiam debeat, ex ſpeciali pri-
vilegio *Conſuetud. Sed ſi morienti*,
reſpectu fratris tantùm conſangui-
nei, non autem in beneficium aliorū
conſobrinorum, amitinorum, & pa-
truelū fratrum, in quibus illa pror-
ſus ceſſat, quia incorrectum reman-
ſit Jus commune, poſt cæteros,
ſupra allegatos, fuſiùs edocet *Conſil.
de Georg. d. alleg.*10. ex traditis per
*Napod.* ſignantèr *in d. Conſuetud. Si
quis, vel ſi qua, cit. nu.*137. & 175.
quem etiam ſequitur *Præſ.de Frā-
16 ch.dict. dec.*149. ubi refert, filios fra-
trum conſobrinorum, ſimùl cum fra-
tre conſobrino ſemper ſuccedere al-
teri eiuſdem, aut ſimilis ſpeciei fratri,
cū inter ipſos, propter gradus æqua-
litatem, quæ ſolum in eis attendi de-
bet nullum conſiderari poſſit diſcri-
men, ut ſupra declaratum eſt; Et
idem *Præſ.de Franch. in alia eius
deciſ.* 157. ubi teſtatur, iunctis dua-
17 rum Aularum Dominis, fuiſſe ad-
miſſam amitam ad ſucceſſionem ne-
potis, excluſis fratribus conſobrinis,
quamvis natis ex maſculo, cum ſexus
præ-

Digitized by Google

prerogativa quoad illos non attendatur, etiam de Iure conſuetudinario, à quo dum non reperitur expreſſus hic caſus, remanere debet ſub diſpoſitione, *tex. in l. auunculo*, C. *commun. de ſucceſſ.* ubi anterior in gradu præfertur; ut etiam alia occaſione deciſum tradit *Io: Bapt. Thor. in eius Cod. rer. iudicat. append. 5. num.* 20. *caſu* 52. in notabili, ac ferè conſimili penitus cauſa, ſcilicèt illorum de Folleriis, & ſororum de Ren-
18 dina, relata in allegatione Dom. Ianuarii de Marra: nàm licèt prædicti de Follerio videbantur deſcendere ex fœmina, & dictæ ſorores de Rendina ex maſculo procedere; nihilominus nulla de hoc habita ratione nec de agnatione, & familia, æqualitèr omnes Sacrum Conſilium admiſit ad hanc controverſam ſucceſſionem, per ea, quæ allegat *Præſ. de Franch. dict. deciſ.* 157. præſertim *num.* 5. ubi fatetur, quòd ſpecialis
19 ſit ratio bonorum conſervandorum in familia, nec generalis, ſecundùm noſtras Conſuetudines, itaùt ſemper bona in familia, undè exierunt, conſerventur; nàm fœminæ agnatæ per *Conſuetud. præd.* non excluduntur, niſi concurrant cum fratribus ipſarum, vel filiis alterius fratris prædefuncti, qui eas de paragio dotare tenentur, *ex Cōſuetut. ſi moriatur*, ſecus verò ab aliis, qui præfatum non habent onus, ut ait *idem de Franch. dec.* 375. & 543. *num.* 4.

Verùm ad prædictorum omnium confirmationem, non eſt omittendum,
20 aurea quidem hic reſcribere *Napodani* verba *in ſæpè cit. Conſuetud. Si quis, vel ſi qua, num.* 137. ubi pro indubitato procedere id docet, ità quod filii, nempè patrui, vel amitæ omninò excludantur per aliū patruū vel amitam defuncti; nulla ſexus attenta qualitate, ſed habita ratione
21 tantùm proximitatis gradus *ex dict. l. auunculo*, ibi enim ſic loquitur Anteſignanus noſter: *Et ſic proximiores ex parte patris poſſunt eſſe agnati, & cognati defuncto, & ſuccedent ſibi in omnibus bonis, præterquàm in maternis, ſecundùm prærogativam gradus, ut proximior præ-*
22 *feratur, & ſic Patruus, vel Amita excludit magnum patruum, & magnam amitam, & ſic deinceps; & excludit etiam filios alterius patrui, vel amitæ, qui ſunt ſibi nepotes filii fratris, & ſunt defuncto fratres conſobrini; & hoc eſt etiam de Iure communi, C. comm. de ſucceſſ. l. auunculo. Sed tu oppones, non nè in linea transverſali habet locum ſubingreſſio in infinitum, ſecundùm hoc Ius, infra eand. Conſuetud. verſ. Sed ſi morienti? Reſpondeo, quod ipſe verſ. loquitur in fratre carnali ipſius defuncti ſuperſtite, & filiis, ſeù deſcendentibus alterius ſimilis fratris. Et ſeq. Conſuetudo loquitur in fratre conſobrino ſuperſtite, & filiis alterius fratris ſ. cōſobrini, in quibus habet locum ſubingreſſio. Sed quæſtio, ſeù caſus noſter eſt, quando quis deceſſit ſuperſtite patruo, & filiis alterius patrui, ubi non permittitur expreſsè ſubingreſſio per hanc Conſuetud. vel ſeq: ergò ſtabitur Iuri communi, dict. l. auunculo, & in Auth. de hæred. ab inteſt. §. ſi verò neque coll. 9. quæ hìc non corriguntur, & ſtabo generalitati, ſeù regulæ huius Conſuetud. Si quis, vel ſi qua in principio.*

Eandem ſequuntur noſtri municipalis
23 Juris magni interpretis *Napodani* doctrinam, quæ apud noſtrates ſemper fuit magni momenti, maximæquè æſtimationis, præter allegatos, etiam *Scipio Buccin. in dict. Conſuetud. Sed ſi morienti, in addit. incip: ſubingreſſio in linea collaterali, & ibid. Gaſpar de Leo, in addit. quæ incipit, An hic text. fol. mihi* 151. & *Naucler. in calce tamen Conſuetud. in apoſtill. ad dict.* §. *quod autem incip. In eadem Conſuetud. fol.* 11. *à tergo. Reg. de Marin. tom.* 2. *reſol. iur.*

*iur. cap.* 216. *ſub num.* 9. & inter recentiores idem annuit *Carol. de Roſa ad Conſuet. Neap. in dict.* §. *quod autem, num.* 623. *verſ. aut morienti ſuperſunt fratres conſobrini*; Nam omnes tenent, quòd iſti ſuccedant æqualitèr, nulla ſexus admiſſa diſparitate, & ſic maſculus, frater conſobrinus ex linea, non excludat ſororem conſobrinam ex amita, licèt non ſit agnata morienti, ex traditis per *Præſ. de Franch. dict. deciſ.* 149. & *deciſ.* 157.

Ex his igitur, ſi omni prorsùs ſublata ſexus diſcretione, ſed gradus tantùm
24 proximitate attenta, regulatur ſucceſſio patruelium, & conſobrinorum fratrum; inter quos, tàm de jure cõmuni, quàm conſuetudinario viget
25 (ut patefecimus) vinculum fortioris coniunctionis, & agnationis, cognationiſvè qualitas confuſa reperiritur; dum ſub verbo, *Proximiores*, à Conſuetudinibus prolato aliquid diſparitatis non arguitur; cum ſub eo veniant, & intelligantur vocati, tàm agnati, quàm cognati, ſicquè non ſolùm deſcendentes ex maſculo ſed etiam ex fęmina comprehendantur; itàut exiſtentibus in eadem linea paterna agnatis, & cognatis, eundem gradum habentibus, ſed ex diverſa tamen ſobole deſcendentibus, cenſeantur copulativè vocati, & tàm ex maribus, quàm ex fœminis deſcendentes poſſint æqualitèr concurrere, ac ſimul ſuccedere ad fratris conſobrini hæredita-
26 tem. Concludendũ eſt deniquè, prędictos fratres de Fraſſone, deſcendẽtes ex fratre conſanguineo, æquali admitti debere portione ad ſucceſſionem defuncti Caroli Fraſſone, eorum fratris patruelis, unà ſimul cum dictis fratribus de Luca; Niſi eiſdem fratribus de Fraſſone obſtaret (ut expendere curavimus) vinculum fortioris cõiunctionis, quod reſidet in fratribus de Luca, quod verè efficit, ut illi prorſus ab iſtis excludantur, ſicut principio expoſuimus, & quemadmodum decernendum fore, non inconſultò ſperatur.

Cæterùm quæ incondité, rudi nimis, ac imbecilli hactenus fuere ſcripta Mi-
27 nerva, æqui, boniquè ſublimis conſulat doctrina Conſcriptorum Patrum, qui Ius in hac re dicturi ſunt; dum perſpicaci eorum iudicio, & integritati cuncta qualibentiſſimè ſubiicio, ut quicquid mihi, tàm magni Adverſarii eruditiſſimi D. Joſephi Valletta, lumine cæcutienti, in Dominorum de Luca defenſionem perquirere defuit, humanè ſuppleant.

Jurgia verò poſt nonnulla (quæ non-
28 nunquam etiam inter amicos, & ſãguine conjunctos ſolent accidere, ait *Cic. de Sen.*) perpenſis tandem ęquo, ac ſereno animo, prout de more altercari nolẽtium, & partium juribus, pro utraque parte examinatis, inter quamplures magni nominis noſtræ tempeſtatis, ac primi gradus Advocatos collegas, & præſertim ſub patrocinio, atque fulgenti lumine maximi illius I. C. peculiari doctrina præditi, rectiſque moribus ſemper
29 ornati D. Petri de Fuſco, poſtremò, meritiſſimi Supremi Senatus S. Claræ Conſiliarii, nunquam ſatis laudati, qui in omnibus nobis ſemper adfuit cynoſura, præſens cauſa utili fuit ſopita tranſactione.

## CONTROVERSIA IV.

Reſciſſa per mulierem renunciatiõne, ab ea facta, aut per ſuos liberos, ex propria perſona venientes poſt matris obitum, ex capite nimirum enormiſſimæ læſionis in legitima portione, ſive ejus paragio, utrum teneatur Maritus de proprio, quia promiſerat, uxorem non contraventuram ſuæ renunciationi, etiam reſpectu filiorum, matre præmortua, adverſus illam venientium?

SUM-

## SVMMARIVM.

1 IN Opinione plus videtur res eſſe aliquando, quàm in veritate.

2 Vir promittens, uxorem non revocaturam renunciationem, nec quovis modo illi contraventuram, etſi fortè contra fieret, de proprio ſatisfacere ei, qui renunciationem recepit; an uxore poſtea renunciationem reſcindente ob læſionem, vigore dictæ promiſſionis, tantundem reficere teneatur?

3 Et quid ſi hoc facerent filii ex propria perſona, mortua matre? Et in utroque caſu ſubſtinetur negativa opinio, ſcilicet quòd vir non teneatur ſervare promiſſa, ſtante læſione præſertim enormiſſima. n. 4. idemque nonnullis rationibus probatur à num. 5. cum ſeqq. uſq; ad finem ſcilicet. num. 72.

4 Cautio, introducta in mulierum renunciationibus, nempè obligatio Virorum, ad reficiendum tãtundem de proprio in caſu contraventionis, quando operetur?

5 Acceſſorium ſequitur ſui principalis naturam. & num. 50.

6 Maritus promittens mulierem, & filios naſcituros nõ contraventuros renunciationi, et teneri ad damna de proprio in caſu contrario, habetur tanquàm fidejuſſor.

7 Contractus principalis, quando ex iuris remedio reſcinditur, acceſſoria promiſſio etiam ruit, & etiam ſic fideiuſſio.

8 Fideiuſſor, qui neſciens læſionem in contractu, fideiuſſit, non tenetur, reſciſſo ipſo contractu ex capite læſionis, cum minimè ei detur recurſus contra principalem, qui revocavit.

9 Promiſſio, & obligatio, quæ dependet ex facto alieno eſt omninò inutilis, & non tenet.

10 Promittere proprium, & non alienum factum quis poteſt.

11 Promittens pro alio, eum facturum, aut daturum, non obligatur, & num. 21.

12 Reus principalis, non aliàs, quàm ſi de ſua perſona promittat, obligatur.

13 Nemo alienum factum promittendo obligatur.

14 Viri obligatio non poteſt ſubſtineri pro facto mulieris, & filiorum.

15 Maritus promittens, quòd uxor ſua renunciabit, idque curare, & facere, itaut faciendo ſuum poſſe non excuſetur, inefficaciter obligatur, ſi adhibitis diligentiis, mulier nolit renunciare, ut deciſum refert, Afflictus.

16 Obligatio viri, qui promiſit, uxorem ſuam renunciaturam, eſt invalida, ſi ipſa poſtea nolit renunciare, etiam diligentiis adhibitis per virum.

17 Minor reſcindens contractum, ope reſtitutionis in integrum, quia ab alio eius nomine fuit geſtum; & ſi idem promiſiſſet, nedum minorem ratum habiturum, ſed quod nec reſtitutionem petet, non tamen ipſe promittens ad obſervantiam promiſſi tenetur.

18 Minor dolo inductus ad contrahendum, ſi reſtituatur in integrum, eius reſtitutio fideiuſſori etiam prodeſt.

19 Dolus ex re ipſa, dolo ex propoſito comparatur.

20 Curator promittens, quòd minor factus maior, liberationem à ſe factam ratam habeat, aliàs liberatum indennem reddere; ſi minor docuerit liberationem nullam, vel dolo etiã ex re ipſa factam, non tenetur. Quod etiã ampliatur, n. 21.

22 Renunciatio mulieris, quam ſervãdam ſemper in futurum promiſit vir, reſciſſa ex capite læſionis, vir fideiuſſor abſolutus remanet. Quod pluribus S. C. deciſionibus comprobatur, num. 24.

23 Læſione enormiſſima exiſtente, ſeu

*dolo ex propoſito, nō poteſt inveniri modus, quo is, qui obtinuit mulieris renunciationem, etiam cum viri promiſſione ad tantundem de proprio, poſſit dici tutus, & ſecurus in futurum.*

25 *Primitiva infecta, derivativa etiā infecta dicitur. & num.*53.

26 *Contractus reſciſſus ob læſionem, ſi amplius non adeſt, nec etiam promiſſio adeſſe poteſt pro obſervantia ipſius.*

27 *Obligatione principali nulla exiſtente, cenſetur paritèr nulla obligatio illius, qui in ſolidum cum principali ſe obligavit.*

28 *Promiſsio, reficiendi de proprio in quolibet contractu appoſita, minimè officit, quoties ratione enormiſsimæ læſionis principalis contraveniat. & num.*29. *&* 30. *cum ſeqq. uſquè ad fin.*

29 *Læſionis remedium nullo pacto poteſt excludi à contractibus.*

31 *Filii, & ſi ſint hæredes patris, qui uxoris renunciationem promiſerat ſalvam facere, ac ſemper teneri de proprio ad tantundem, tamen ſemper admittuntur ad reſciſsionem dictæ renunciationis propter dolum, & læſionem.*

32 *Mulier juvatur beneficio* Senat. Conſul. Vell. *etiam principaliter cum alio obligata.*

33 *Exceptio* Senat. Conſult. Vellejan. *opponi poteſt adverſus publicum inſtrumentum, non obſtante renunciatione, num.* 59.

34 *Fideiuſſor juvatur etiam beneficio nullitatis contractus, quem nullum declarari fecit mulier propter* Senat. Conſult. Vellejani *favorem.*

35 *Nullitas principalis* obligationis, *quæ eſt propter defectum formæ, efficit, ut contractus ab initio non valeat, nec ſubſtiueri poſsit.*

36 Dom. Conſ. Camilli de Medic. conſ. 113. *cauſa fuit eadem, quæ refertur à* Dom. Præſ. de Franch. deciſ. 247. *Et deciſio fuit adverſus* D. Conſil. Camil. de Medic. conſ. 113.

37 *Propterea oppugnatur* D. Conſil. de Medic. in dict. conſ. 113. *ab* Authore, *qui prorsùs contrariam, cum* Præſ. de Franch. dict. deciſ. 247. *ſubſtinet ſententiam. & num.*40. *&* 60. *reſpondet oppoſitis per adverſarios.*

38 *Filii, venientes ex propria perſona ex capite læſionis adverſus matris renunciationem, non faciunt, ut eorum pater teneatur de proprio reficere, ſtante antecedenti eius promiſſione, quando ad hoc idem pater non concurrit, ſed lex eis ſuccurrit. & num.* 40. 41. *&* 48.

39 *Pater ſi non poteſt impedire, quin filii veniant ex propria perſona contra matris renunciationem, & nihil nocet illis eius obligatio ad tantundem, quomodò poteſt dici ipſum efficaciter teneri damna reficere.*

40 *Læſio modica ſufficit ad reſcindendum contractum à minore initum.*

*Et prodeſt etiam fideiuſſori minoris reſtitutio in integrum.*

41 *Minor læſus reſcindens contractum ab alio eius nomine geſtum, in quo fuit promiſſa minoris ratihabitio, non operatur, ut ex hoc contra promittentem committatur ſtipulatio rati.*

*Idemque eſt pariter dicendum in Curatore promittente minoris ratihabitionem.*

42 *Juramētum, factum in re prohibita per legem civilē, quę primariò dirigitur ad bonum publicum, non obligare poteſt.*

43 *Lex, quæ immediatè dirigitur ad bonum publicum, nempè ad tollendas fraudes, obligat ad culpam.*

44 *Juramentum non obligat ad faciendum, quod ſit culpabile.*

45 *Juramenti materia non poteſt eſſe, quid peccaminoſum.*

46 *Cum non dicatur iuramentum vinculum iniquitatis.*

47 *Juramentum, quod directè vergit in*

Digitized by Google

*in aliquod præiudicium tertii, non poteſt, obligare.*

51 D. de Franch. dec. 247., *quòd per eundem impugnetur in ſua* deciſ. 624. *non eſt verum (ut alii perperàm ſupponunt.)*

*Et ratio, ac diſparitas utriuſque* deciſionis *aſſignatur num.* 52.

53 *Promiſſio acceſſoria ſequitur naturam actus præcedentis.*

54 *Obligatione ab alia ſeparata, non fit inter eas illatio.*

55 *Opinio, quòd teneat renunciatio beneficio alicuius legis, ſtatuti, & deciſionis, quãdo de illo dicitur renuncians certioratus, non ſemper eſt vera, & ratio num:* 56.

57 *Donatio revocatur ob ſupervenientiam liberorum, non obſtante renunciatione facta beneficio.* l. ſi unquam, ac tot. tit. de revoc. donat.

58 *Contractus irritantur ob enormiſſimam læſionem, non obſtante renunciatione facta beneficio,* l. 2. C. de reſcind. vendit.

61 *Contractus debet carere omni vitio, deceptione, dolo, & fraude.*

62 *Etiam ſi ſit vallatus iuramento., quod non debet eſſe vinculum iniquitatis.*

63 *Iuramẽtum ſequitur naturã actus, cui adhæret, ſeu promiſſionis, cui adnectitur.*

64 *Renunciatio mulieris, ſi non obligat propter læſionem, ita etiã viri promiſſio reficiendi de proprio, ei annexa licet cum juramento, nec pariter obligabit.*

65 *Iuramentum promiſſorium, adjectum fictæ promiſſioni, ex communiori ſententia non inducit obligationem.*

66 *Iuramenti ſubſtantia eſt, aliquem velle, ſe ad promiſſa obligare.*

67 *Matrimonium contrahens, animo non ſe obligandi ad reddendum debitum conjugale, non ſeriò contrahere velle cenſetur.*

68 *Nemo poteſt ſimul unico actu intendere contradictoria.*

69 *Deus non acceptat juramentum, niſi ſecundùm hominis intentionem.*

70 *Iuramentum, factum animo iurandi, ſed non ſe obligandi, nullam parit obligationem.*

71 *Promiſſio facti alieni à lege improbatur.*

73 *Qui cupit evitare Charybdim, incidit in Scyllam.*

74 *Læſioni enormiſſimæ, cui lex ſuccurrit, renunciari non poteſt, etiã cum juramento, præcipuè in præjudicium tertij, & in damnum publicæ utilitatis.*

75 *Renunciatio Clerici privilegio fori quamvis jurata, non tenet, quia favorem totius clericalis cœtus reſpicit.*

## ARGVMENTVM

Mulieris renunciatione reſciſſa ex capite læſionis, præſertim enormiſſimæ, ſivè per ipſam, ſivè per ejus liberos, poſt ejuſdem matris obitum ex propria perſona venientes, tanquam in legitima portione, ſivè paragio læſos, an vir, qui promiſerat ante, nec uxorem, nec filios eſſe illam revocaturos, neque alio quovis modo eidẽ renunciationi contraventuros, aliàs teneri, de proprio reficere omne id, quod ipſa mulier, vel ejus liberi, ultrà dotes habitas conſequi vellent, efficacitèr obligetur: an verò irrita principali renunciatione, irritetur paritèr, & viri obligatio, uti acceſſoria, illique adhærens?

At non dari locum ullo modò præfatæ viri promiſſioni, in caſu dictæ reſciſſionis ex capite læſionis, præcipuè ſi mulier tempore renunciationis erat minor, claris rationibus, ac Iuris principiis demonſtratur; Nonnulliſque pariter rerum judicatarum authoritatibus confirmatur; Et rejectis tandem adverſariorum oppoſitionibus, nec etiam juramento firmari, oſtenditur; Atque iſta occaſione quamplura de juramento promiſſorio tractantur,

tur, ſignanter ſi ſervandum ſit juramentum in promiſſione contra diſpoſita per Legem Civilem, & bonũ publicum, vel adiectum fictæ promiſſioni, aut quæ aliis nocet, vel quæ adhæret cauſæ de ſui natura inſubſiſtẽti, ſivè legali vitio affectæ; Aliaque de fideiuſſorum obligatione, quando dicatur nimirum illa extincta; Ac varia de variis Jurium beneficiis, dilucidè enucleantur.

Cum haud me lateat, aut nunquam mihi viſũ fuerit ambiguum, nec anceps pariter magnum illud Ulpiani Juris Conſulti Conſilium, quodvè con-
1 tinua quidem experientia didici: *Plus eſſe in opinione, quàm in veritate, L. is, qui putat, ff. de acquir. hæredit.* Nil mirum igitur, ſi ingenuè fatear, vulgarem valdè illam cautionem, noſtris temporibus introductam, ac magis uſitatam (licèt antiquitus etiã aliquoties eadem etiam ſervabatur) in renunciationibus mulierum, acceptis dotibus, pro quibus etiam viri promittũt, illas ſemper habere ratas, & reficere de proprio, quicquid uxores ultra dotes, vel ex eis filii naſcituri, præmortuis matribus, conſequi vellent, eſſe plus in opinione, quàm in veritate, quoties mulier dotata reperitur læſa in ejus paragio, juxtà
2 vires patrimonii dotantis, cujus favore renunciavit, & præſertim, ſi enormiſſimæ læſionis labe, tàm à Legibus, & Statutis, in quolibet reprobata contractu, item inquinata, nec non alio patenti vitio prorsùs affecta videatur.

Hinc libenti profectò animo, ad veri-
3 tatem tantùm dilucidandam in prę ſenti, quæ mihi accidit facti conſimili ſpecie, cujus nempè opinionis debeat eſſe hujuſmodi cautio, quandò robur habere poſſit, & in quibus caſibus ſit efficax, anvè eidem detur locus, ſtante enunciata præcipuè enormiſſima lęſione, ut clarè oſtendam, calamum arripere decrevi.

Licèt enim prima facie videatur in ea ſpecioſus nimis apparatus, quòad id, quod adverſus mulierem renunciantem, virum promittentem, & filios cum matre læſos, dicto primo frontis aſpectu demonſtrat; Nihilominus *Dom. Præſ. Vinc. de Franch.* nunquam ſatis commendati, ſi niteamur authoritati, & decantatæ nimis ejus *deciſioni 247.* rationes adamuſ-
4 ſim perpendamus, luce meridiana clarior apparebit verus, & germanus hujus cautionis intellectus, immò receptior, & communis opinio, minimè ſcilicet obſtare, hujuſmodi renunciationem, ſtatim fulgebit, quoties illa reſcindi debet propter læſionem, præſertim enormiſſimam, ut nec minus officere poſſit viro, promittenti de proprio reficere, quoties reſciſſa pręfata renunciatione per vxorẽ adhuc viventem, vel à fortiori per liberos ex propria venientes perſona, mortua iam eorum matre, ex capite, ut diximus, enormiſſimæ læſionis.

5 Prior itaque, & potiſſima ex rationibus, ad hoc dignoſcendum, ſe offert illa decantata nimis Iuris regula, acceſſorium nempè ſequi naturã ſui principalis, *cap. acceſſorium de rę-*
6 *gul. jur. in 6.* Vnde ſi maritus habetur in hoc caſũ, ut acceſſorium, quia fidejuſſor; quando per mulierem, vel ejus filios, ex propria venientes perſona, reſcinditur renunciatio ex capite læſionis, ſcilicèt enormiſſimæ pręſertim; quo pacto ipſe vir fidejuſſor, ut diximus, de proprio tenebitur? Cum principalis cõtractus ex remedio, & juris communis diſpoſitione
7 reſcindatur, ſcil. *ex l. 2. C. de fidejuſſor. minor. l. 1. ff. de minorib.* ubi *Paul.* adducens exemplum reſciſſionis contractus per *l. 2. C. de reſcind. vendit.*
8 dicit fidejuſſorem minimè teneri, eo po-

potiori motivo, quia æquius eſt, ut adverſarius, qui læſionis fuit cauſa patiatur, potius quàm fidejuſſor, qui bona fide, neſciens læſionem fidejuſſit, de proprio ſolvat, cum minimè ei detur recurſus cõtra principalem, cujus intuitu id promiſerat, & per quem fuit læſivus revocatus contractus.

Additur etiam ſecundò in excluſionem
9 præfatæ obligationis viri de proprio, quæ prorſus ruit, & ipſo jure irrita redditur ob reſciſſionem contractus renunciationis ex capite dictæ læſionis; quia habemus, nimis vulgatum eſſe illud aliud Iuris adagium, quo erudimur, quamlibet obligationem, ac promiſſionem ex facto alieno dependentem eſſe omninò inutilem, nulliuſq; momenti, & propte-
10 rea non ſubſiſtere; cum proprium tantùm, non autem alienum factum quis promittere poſſit, juxtà *tex. in l. inter ſtipulantem* 83. *ff. de verb. obligation.* ibi: *Itaque alius pro alio promittens, daturum, facturumvè eum, non obligatur, nam de ſe quem-*
11 *que promittere, oportet. Et huic concordat alius conſimilis tex. in l. ſicut reus* 66. *ff. de fidejuſſ.* ibi: *Sicut reus principalis, non aliàs, quàm ſi de ſua perſona promittat, obligatur; ita fidejuſſores non aliàs tenentur, quàm ſi ſe quid daturos, vel facturos promittant, nam reum principalem daturum aliquid, vel facturum fruſtrà promittunt, quod factum alienũ, inutiliter promittitur.* Et tandem addi-
12 tur *tex. in l. ſtipulatio iſta* 38. *cit. tit.* ibi: *Videtur igitur alienum factum promiſiſſe; nemo autem alienum factũ promittendo obligatur.* Idemque ple-
13 nè per *Io: Godde. de contract. ſtipulat. cap.* 6. *concluſ.* 16. *num.* 182. & 183. & *num.* 201. *cum ſeq.* Undè non poteſt obligatio viri ſubſtineri pro fa-
14 cto mulieris, & filiorum, qui inſiſtunt pro nullitate contractus, propter enũciatam renunciationis læſionem.

Nec relinquendum eſt, etiam ad propoſitum perpendere S. C. deciſionem
15 relatam ab *Afflict. deciſ.* 295. ubi ex ſumma eiuſdẽ authoritate habetur, fuiſſe decretum favore illius, qui cũ promiſiſſet, quòd uxor ſua renunciabit ad favorem fratrum dotantium, & cum effectu id curare, ac facere omni conatu deberet (ut fecit, & obtinere non potuit) producens ipſe conventus, ob obſervantiam propriæ obligationis, fidem autenticã, quòd omnem ſuam adhibuit induſtriam, & diligentiam, preces, & tandem minas, adhoc ut mulier ſuæ promiſſioni pareret, propterea fuit abſolutus, quam deciſionem nonnullis aliis doctrinis exornat *Vrſill. & Gramm. in addit.* & idem *Gramăt. dec.* 101. & 102. & *quæſt.* 2. *poſt deciſ. S. C. Maranta diſp.* 7. & *conſ.* 41. *Sanchez de matrim. in moralibus part.* 1. *lib.* 1. *tit. de ſponſal. diſp.* 24. & 25. *Reg. Rovit. in pragm.* 1. *n.* 179. *de tit. ſeu inſcrip. abuſu.* & noviter *Card. de Luca de dot. diſc.* 62. *num.* 7. *dè donat. diſc.* 2. *num.* 8. & *de cred. diſc.* 124. *num.* 11. & 12. Sicque, quemadmodum minimè videtur hæſitandum, invalidam eſſe obligationem viri, qui
16 promiſit, uxorem ſuam renunciaturam, quando ipſa renunciare nolit; ita pariter ſi ſe obligaverit ad faciendam ſemper veram, ac ſubſiſtentem eiuſdem renunciationem, quæ fuit poſtea revocata, tanquam ipſo jure irrita ex capite enormiſſimæ leſionis, ipſe nec etiam teneatur vir ita, ut ſupra, promittens.

Accedat prædictis etiam tertia ratio
17 deducta ex diſpoſitione duobus *text.* nempe primò in *l. cum minor ff. rem rat. hab.* ubi traditur, quòd ſi aliquis contraxiſſet nomine minoris, & promiſiſſet, eum ratum habiturũ, quicquid ſtipulatus fuit; ſi minor poſtea læſus, remedio reſtitutionis jn integrum reſcindat illum actum, contrà præfatum promittentem, non committatur ſtipulatio rati, & ſic non teneatur ad illius obſervãtiam; ergo

ſi

Digitized by Google

ſi mulier, vel filii reſcindant renun-
ciationem, non tenebitur vir. Secun-
dò ex *tex. in dict. l. 2. in fin. C. de fi-
dejuſſ. minor.* ubi deciditur, minorem
dolo adverſarii, inductum ad contra-
18 hendum, reſtitui in integrum, eius-
que reſtitutionem fideiuſſori etiam
prodeſſe; Et ſic, cum ex muliere, aut
ex eius filiis, ex propria perſona ve-
nientibus, reſcindatur renunciatio, ob
læſionem non ſolùm enormiſſimam,
ſed etiam enormẽ ob dolum re ipſa,
19 qui dolo ex propoſito comparatur *l.
ſi quis cum aliter ff. de verb. oblig.*
videtur viro omninò eſſe ſuccurren-
dum, tanquam fideiuſſori, ut annui-
mus, & deciſum refert antè alios *An-
char. conſ.* 330. *num.* 9. *col.* 2. *verſ.
deſcendo uſque in fin.* ibiq; conſuluit,
20 Curatorem promittentem ( quod
minor, factus major, liberationem à
ſe factam ratam haberet, cum pro-
miſſione indemnitatis, ſi contraveni-
ret ) non teneri, quoties ipſe minor
docuerit illam liberationem nullam,
& iniquam dolo ex propoſito, vel re
ipſa: Et hoc per quamplures alias ra-
tiones, quas ſequitur *Socc. conſ.* 22. *in
fin. vol.* 4. *&* *conſ.* 215. *vol.* 2. *Corneu.
conſ.* 11. *vol.* 3. *cum Ruin. conſ.* 132. *n.*
10. *vol.* 1. Ex quorum dictis deduci-
tur textũ *in dict. l. 2. C. de fideiuſſ. min.*
21 procedere etiam, quando quis prin-
cipaliter, & non acceſſoriè pro alio
ſe obligavit, ſecundùm quam *An-
charani* ſententiam, quam commu-
nem appellat, iudicavit etiam *Ludo-
vic. deciſ.* 27. quos cum aliis refert
*dict. Præſ. de Franch. dict. deciſ.* 247.
*ſub num.* 4. ubi idem pluries deciſum
tradit per S.C., & præſertim referen-
22 te Conſil. Felice de Rubeis in cauſa
Portiæ Brancatiæ, cujus renuncia-
tionem, ſervandam in futurum vir
promiſerat, quæ reſciſſa fuit ſtante
læſione, & vir fideiuſſor fuit abſolu-
tus, & aliter etiam ſimilem deciſio-
nem teſtatur *Præſ. de Franch.* in ca-
uſa Annibalis GambaCurta cum he-
23 redibus Franciſci GambaCurta, ipſo
Præſide relatore, ibiq; ſubdit, omnes
de aula dixiſſe, hæc omnia eſſe nota-
tu digna; quia data enormiſſima læ-
ſione, ſeu dolo ex propoſito, non po-
teſt inveniri modus, quo is, qui obti-
nuit mulieris renunciationem, præ-
fatamque viri promiſſionem, prorsùs
poſſit dici tutus, & ſecurus, cum non
queat ænormiſſima hæc læſio qua-
cumque verborum generalitate re-
mitti *l. creditor §. lucius ff. mandati
l. libertus ita juravit ff. de oper. lib.*
Et tandem tertiam S. R. C. deciſio-
24 nem adducit ipſe de *Franch. dict.
deciſ.* 247. in cauſa, de qua ibi ageba-
tur, nempè Deliæ Sanſeverinæ Bria-
tici Principiſſæ renunciantis, pro qua
Comes eius vir promiſerat, dictam
non controventuram eius renuncia-
tioni, & in caſu cõtraventionis tãtun-
dem de proprio promiſerat, & tamen
fuit deciſum, non teneri iuxtà ſupra
tradita, quia dicta comitiſſa fuit
enormiter læſa.
Sequitur etiam alia quarta ratio, non
25 mediocris conditionis, ad idem fun-
dandum, deducta pariter ex Iuris re-
gula, nimirum, quod infecta primiti-
va, etiam derivativa infecta dicitur,
*ad tex. in l. ſi viva matre, C. de bon.
matern.* Si enim negari non poteſt,
primitivam radicem, pro qua ſe quis
obligavit, eſſe infectam ob læſionem
enunciatam, ita pariter derivativa il-
26 lam pariet obligationem; quia cum
nullus contractus adſit, nec adeſſe
poſſit, dum jam reſciſſus per læſionẽ
de dolo ex re ipſa fuit, ſic nec pariter
ſubſtineri poteſt amplius promiſſio,
pro obſervantia ipſius contractus.
Nec ulterius etiam omittam, quod
27 à ſimili argui poteſt, & in propriis
terminis, nimirum exiſtente nulla
obligatione principali, ut cenſeatur
pariter nulla obligatio illius, qui in
ſolidum cum principali ſe obligavit,
prout in caſibus ſimilibus huic, de
quo agitur, ſubſtinent DD. commu-
niter apud *Ceſal. conſ.* 115. *num.* 3.
*lib.* 1. *conſ.* 457. *num.* 15. *lib.* 3. *Pariſ.
conſ.*

Digitized by Google

*conſ.* 110. *num.* 75. *lib.* 1. *Odd. conſ.* 41. *num.* 23. *Ludou. deciſ.* 27. *par.* 1. *num.* 8. & 11. *Caball. conſ.* 24. *num.* 15. *Gratian. diſcept. for. cap.* 122. *nu.* 4. & *cap.* 348. *num.* 3. *Theſaur. pater deciſ.* 165. & *filius ibi in addit. Burgos conſ.* 28. *Gamma deciſ.* 198. *Seraph. deciſ.* 1324. *Mareſcot. var. cap.* 65. *lib.* 2. & poſt præfatos idem apud *Herring. in tract. de fidejuſſ. cap.* 20. §. 9. *num.* 130. *Card. de Luca de alienat. diſc.* 42. *num.* 4. & 64. *num.* 8. & *de Cred. diſcur.* 101. *num.* 4. *Odd. de reſt. in integr. par.* 1. *cap.* 46. *art.* 5. *num.* 5. *Montan. de tutel. cap.* 33. *num.* 494. qui omnes cũ aliis ferè innumeris, ex brevitate prætermiſſis, cuncti uno ore fatentur, ut ſupradicta de promiſſione reficiendi de proprio, in quolibet contractu appoſita, minimè officiat partibus (quamvis quis promiſerit, ſe
28 facturum, & curaturum obſervantiam contractus, ac cum effectu teneri ſemper de proprio) quoties ratione enormiſſimæ læſionis principalis contraveniat; quia nullo pacto, aut
29 modo, poteſt excludi à contractibus hujus læſionis remedium, ex citatis, ac decantatis *text.* tàm *d. l.* 2. *C. de fidejuſſ. minor*, quàm alterius *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.*

Ità etiam ex noſtratibus perbellè hoc
30 examinant, eandemq; tuentur ſententiam *P. Molfeſ. in comment ad Conſuetud. Neapol. tit. de renunciatione q.* 1. *nu.* 24. *Præſ. Amat. conſ.* 54. *Capyc. deciſ.* 159. *num.* 21. & omnes *Adden. ad Præſ. de Franch. deciſ.* 247. *ut ſupra cit. cum de Luca* præſertim. *Conſil. Hodier. ad Surd. deciſ.* 134. *num.* 11. *Gizz. ad Reg. Latr. deciſ.* 19. *num.* 10. *tom.* 1. ubi ita noviſſimè deciſum refert. *Donad. in ſuo tract. de renunciat. cap.* 8. 9. & 10. *per tot.* omninò videndus, cũ nõnulla ad propoſitũ colligat. *Conſ. Rocc. reſp.* 71. *lib.* 2. & ante pręnominatos Au-
31 thores idẽ deciſum tradit *Gram. dec.* 102. *num.* 85. ibi enim teſtatur, filios cuiuſdam mulieris, ita renunciantis fuiſſe admiſsos, ad reſciſſionem renunciationis, factæ per matrem, ſtante lęſione, aliaq; legitima cauſa, & nõ obſtante, quòd eſſent hæredes patris, qui renunciationem uxoris promiſerat ſalvam facere, ac ſemper teneri de proprio ad tantundem in caſu dictæ contraventionis, ut nos diffusè etiam demonſtravimus *contr.* 23. *lib.* 1. *à num.* 88. *cum ſeqq.* præſertim, quando filii poſt matris obitum venirent ex propria tantùm perſona.

Ad confirmationem denique eiuſdem
32 concluſionis, nimis faciunt allegata per *D. Reg. Merlin. in ſua contr.* 55. *lib.* 1. ubi, ex piiſſima Senat. Conſulti Vellejani diſpoſitione, qua mulierum fragilitati conſulitur ex *l.* 1. & *tot. tit. ff.* & *Cod.* adiuncta *Reg. Pragmat.* huius Regni, ſub eadem rubrica, ex quibus quando prorſus annullantur contractus obligationis mulierum, quæ etſi reperiantur cùm aliis fidejuſſoribus, vel pro viro, & filiis
33 etiam, ſine Regio aſſenſu, vel cum illo, ſed vi, dolo, & metu, obligatæ, tamen reſciſſo eodem publico cõtractu, ita celebrato, & conſtituto poſtea invalido, ac nullo ex decantato hoc beneficio *Senat. Conſult. Velleian.* juvantur pariter eodem beneficio nullitatis contractus alii fideiuſſores,
34 iuxta *l. ſi mulier* 16. §. *fin. ad Vellejan.* & *l. mulierem, C. eod. tit.* & ità deciſum refert prius per M. C. V.
† & poſtea idem confirmatum fuiſſe per S. C. ipſo Reg. Merlino relatore, qui hoc quampluribus rationibus comprobat, & præcipuè, quia nulli-
35 tas principalis obligationis, quæ eſt propter defectum formæ, efficit, ut contractus ab initio non valeat. Vnde in caſu noſtro idem dicendum eſt, prout nonnullis aliis Rotæ Romanæ deciſionibus habemus apud *Farinac. deciſ. nempè* 152. *num.* 3. *deciſ.* 372. & antea *deciſ.* 118. cum aliis DD. per ipſum adductis, ad hujus noſtræ concluſionis confirmationem.

His

Digitized by Google

His [illegible] remanet modò, ut [illegible] conclusionis veritas magis [illegible] & ſolummodo quicquid [illegible] conſiderari poteſt, illam- [illegible] re queat, breviter etiam [illegible] pungamus.

Et principaliter non obſtat, quod af- firmat conſulendo *Conſil. Camill.*
36 *de Medicis conſ.* 113. cui adherent *Conſil. Prat. diſcept foren. tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 77. *circa fin.* & *D. Rodoer. conſ.* 25. *per tot.* Nam adverſus di- ctum Conſilium, & rationes addu- ctas ibi, ut ipſemet inquit *Conſil. de Medic.* ortum habuit illa nimis de- cantata deciſio S.C. relata ultimo lo- co, inter cæteras à *D. Præſ. de Fran- chis d. deciſ.* 247. vnde remanet pro- pterea ejus Conſilium nullius robo- ris, propter præfatam deciſionem, in contrarium ſequutam, ex qua cum aliis duabus deciſionibus, ut ſupra re- latis ab eodem *Præſ. de Franch. ibid.* pendet tota ferè noſtræ concluſionis vis in beneficium viri, promittentis de proprio tantundem, quoties renũ- [illegible], ob ejus lęſionem enunciatam, vel ipſa adhuc vivens, vel filii poſt ejuſdem obitum ex propria perſona, prędictę renunciationi contravenire, omninò voluiſſent.

Nec valet, ulterius dicere, quod utiq;
37 non fuiſſet contractum matrimo- nium, niſi hujuſmodi præcedente re- nunciatione mulieris, ac dicta pro- miſſione, ſcilicet viri, de proprio re- ficiendi in caſu contraventionis, aliàs [illegible] contrarium ſenſiens doloſè, & fraudulenter in damnum dotanti ũ lucraretur, ſi hoc ageret, ut aſſerit idem *Camill. de Medic. dict. conſ.* 113. *in fin.* & poſt eum obiter *Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit.* 9 *nu.* 11. & 12. *de ſucceſſ. mulier.* Nam
38 haud ipſe vir contra dictam renun- ciationem venit, ſed mulier, aut filii ex propria perſona poſt matris mortẽ, cõmunis Juris diſpoſitione, ex capite nempè dictæ læſionis venientes, ad illam annullandam concurrunt.

Si ergo nihil prodeſt obligatio, etiã ipſius
39 viri, pro ſubſtinenda mulieris renun- ciatione, contra Legum placita perfe- cta, & poſſunt, hoc non obſtante, vel ipſa renuncians, vel eius filii læſi, con- trà illam venire, quomodo poteſt no- xã, damnũq; poſtea afferre dicto viro ſe obliganti, & qui promiſit obſerva- tiam illius, quod penitus ſubſtineri non poterat; unde dolus, & fraus po- tius conſiderari debet in damnum, &
40 reſpectu ipſius viri, circa invalidita- tem promiſſionis, ut ſupra factæ pro ſimplici urbanitate, & conſuetudine ita complacendi voluntati dotantiũ, qui dolo, & re ipſa, ſtante enunciata enormi lęſione, vel à fortiori enor- miſſima, ſic contrahentes, verè ipſum virum, inſcium de fraude, & hoc pro- mittentem, deciperent; Nam ſi utiq; ille certior factus eſſet de vera, & rea- li hac lęſione, proteſtatus ſaltem fuiſ- ſet antecedenter, hoc facere ob merã morũ urbanitatem, nõ quia vult verè cum iuramento promittere, quod iu- re ſubſtineri non poteſt, & ſeparatè dixiſſet, nolle unquam, ſe obligare ad obſervantiam actus, ſeu promiſ- ſionis, quæ adnectitur naturæ actus, quæ de iure ſubſtineri nequit, ut ſu- pra diffusè diximus.

Idq; precipuè dicendũ eſt à fortiori, quo-
41 ties mulier, quæ patrimonij paterni vires melius ſcire poſſet, tempore re- nunciationis reperiretur in minori ætate, nam tunc etiam modica læſio ſufficeret, ad reſcindendum ipſius re- nunciationis actũ, ſicuti & quemlibet alium contractum, à minore initum, ut apud DD. eſt hæc receptior ſen- tentia. Ità *Gloſ. in l.* 2. *Cod. de re- ſcind. vendit. Tiraquell. in l. ſi un- quam verb. omnis num.* 15. *Pinell. in dict. l.* 2. *Cod. de reſcind. vend. par.* 1. *cap.* 1. *num.* [illegible] *Maſcard. de pro- bat. concl.* [illegible] *num.* 5. *Valaſc. con- cluſ.* 112. *num.* 2. & *de por. cap.* 39. *num.* 38. *Galeſi. de in integr. reſtit. cap.* [illegible] *num.* 104. cum aliis relatis per *Donad. in eius tract. de renun- ciat.*

Digitized by Google

*ciat. cap.8. à num.12. & cap.9. per tot.* & præſertim *à num.93. cum ſeqq. & Reg. Sanfelic. deciſ.384. n.10.*

Fideiuſſori verò prodeſſe etiam reſti-
42 tutionem in integrum, minori conceſſam, dolo inducto ad contrahendum, clarè habetur ex *text. in l. 2. in fin. C. de fidejuſſ. minor.* præcipuè quando minor, ejuſque fidejuſſor in eodem contractu, & non ſeparatim interveniunt, ut tradit idem *Conſ. de Medic. d. cõſ. 113. n. 11. & 13.* licet aliqua ſemper requiratur læſio, cum non ſufficiat tantùm minor ætas, *l. nam, & poſtea, ff. de jur. juran.* Sicuti ubi eſt dolus, in quo ſolùm prodeſt minor ætas, inquit *Gloſ. ibid. verſ. dolo modo*; nam tunc ob dolum adverſarii reſtituitur minor, & fidejuſſor. Idq; pariter confirmatur ex *tex. in l. cum minor, ff. rem rat. haberi*, ex quo minor læſus, reſcindens contractum, ejus nomine geſtũ, etſi fuerit promiſſa minoris ratihabitio, non operatur tamen, ut ex hoc contra promittentem committatur ſtipulatio rati, ut ait *Rom. in ſing. 551.* idemque conſuluit in curatore, promittente ratihabitionẽ minoris, qui noluit factus major, ex cauſa doli, & læſionis, *Anchar. conſ. 330. num. 9.* & ſequitur *Socc. conſ. 22. in fin. vol. 4. & conſ. 215. vol. 2. Ruin. conſ. 132. num. 10. vol. 1. Iaſ. in l. pacto, quo pœnam in fin. C. de pactis, & Corneu. conſ. 1. vol. 3.* quibus non plenè ſatisfacit *Camill. de Medic. loc. cit. num. 16.* Sed tantùm ſe remittit ad ſecundum caſum, conſideratum *in d. l. cum minor*, ubi ſi quis promiſerit, non ſolùm minorem ratum habiturum actum geſtum, verùm etiam, quòd nec reſtitutionem peteret, tunc minore actum reſcindente, promittens tenetur; ſecus verò, ſi tantùm ratihabitionem promiſerit, ut optimè advertit *Paul. de Caſtro ibid. num. 2.*

Et quòad juramentum, factum cum
43 promiſſione de re, prohibita per legẽ civilem, quæ primariò, & immediatè dirigitur ad bonum publicum, nõ obligare, ut in caſu noſtro, communis eſt ſententia inter Moraliſtas DD. relatos *à Bonac. ſecundi præcepti decal. diſp. 4. qu. 1. punt. 5.* & etiam proba-
44 tur ea ratione, non ſolùm quia lex, quæ immediatè dirigitur ad bonum publicum, nempe ad tollendas fraudes, & læſiones, obligat ad culpam;
45 juramentum autem non obligat, ad aliquid faciendum, quod ſit culpabile, & peccaminoſum; cum materia
46 juramenti non poſſit eſſe peccatum, ne vinculum dicatur iniquitatis *cap. quanto, tit. de judic.* tum etiam, quia
47 juramentum, quod directè vergit in aliquod injuſtũ, & prejudicium tertij, non obligat *ex cap. quamvis, de pact. in 6.* alioquin aliquis ita obligaretur ad rem injuſtam. Ergo multò minus obligat, ſi fiat de re aliqua prohibita per legem Civilem, quæ immediatè dirigatur ad bonum commune, & ad
48 Reipublicæ utilitatem, ne ſcilicet mulieres, præſertim in legitima, & pupilli fraudẽtur, tali parentum promiſſione, oppoſita omninò diſpoſitioni legis Civilis, læſionem prohibentis.

Cum igitur dolus, & fraus, ut diximus, in hujuſmodi obligatione viri favore
49 dotantium, intercedat verè reſpectu ipſius promiſſionis, quæ licet ſit ſpontanea, nec vi, aut metu fuerit facta, tamen non videtur id ritè, & rectè fuiſſe perpenſum, quoad futura contingẽtia, ac varios temporis eventus, ſed tantùm ad finem præſentem, nẽpe contrahendi matrimonium, & ſatisfaciendi voluntati dotantium, qui equidem in fraudem, & ex dolo, & re ipſa hoc fecerunt, quia certò eis cõſtabat mulieris dotatæ læſio, & tamen voluerũt hanc viri promiſſionẽ, reficiendi de proprio tantundem, in hoc caſu ſæpè enunciatæ contraventionis, ad quam ullo modo concurrit, ipſe vir in agendo, ſed tantummodò ſe tuetur, ad illam pariter irritandã, ſuam promiſſionem, tanquam acceſ-
50 ſorium, ſequens naturam præfatæ



Digitized by Google

principalis renunciationis, quæ ex capite læſionis irrita declaratur.

Item nec denique officit, quod aſſerit
51 poſt *Conſil. Prat. dict. cap.* 14. *diſcep. for. tom.* 1. etiam *D. Rodoer. in dict. eius conſ.* 25. nempè præfatam Deciſionem *Preſ. de Franch.* 247. in ſuis propriis terminis impugnari, & confundi, ex deductis per eundem *Preſ. de Franch.* in alia ſua *deciſ.* nimirum 624. ubi ſtrenuè tuetur validitatem promiſſionis viri in capitulis matrimonialibus, nempè quando promiſit ille, mulierem renunciaturam; ibique nonnulla iura theoricè pōderat, multaſque rationes pariter adducit, ex quibus (*ut Rodoer. Prat. & Staib. reſ.* 28. perperàm ſupponunt) reſultare etiā videtur validitas promiſſionis, factæ à marito, quòd mulier propriæ renunciationi minimè contraveniet.

Magna etenim (& ſit pro omnium co-
52 ronide) aſſignatur per nos diſparitas, inter utrumque caſum, ex rationibus etiam, ut ſupra cumulatis. Quoniam in caſu, de quo in præſentiarū agitur, iuxtà *d. dec.* 247. *D. Preſ.* prefata renunciatio jam dicitur peracta cum viri promiſſione, de proprio teneri in caſu contraventionis, & hæc promiſſio, uti acceſſoria ſequitur na-
53 turam, & vim principalis actus, nempè renunciationis jam factæ, quæ ſi prorſus irrita remanſerit, propter enunciatam læſionem, irrita pariter remanebit ejuſmodi obligatio, quia infecta primitiva, & derivativa pariter inficitur. In caſu verò alterius *dec.* eiuſdem *Praſ. de Franch.* ſcilicet 624. ſimpliciter ex ſe, nempè à viro, tanquam principali fuit promiſſū, omni via curare, ut eius mulier renunciet in beneficiū dotantis, & ideò rectè concluditur ibidem, pro validitate dictæ promiſſionis; Nam vir non ſe ad hoc obligavit unà ſimul cum uxore, ut in caſu noſtro, tanquam
54 fidejuſſor, ſed ſeparatim, & ex ſe antea obligationem contraxit; quo caſu cum ſit ſeparata, & principalis obligatio, ab ea non ſit illatio *l. Papinianus ff. mand.* Undè in hoc ſecundo caſu, tenetur omni conatu idem vir, facere omnes diligentias, ut mulier ſervet promiſſa ab ipſo viro, quæ verò, ſi uxor poſtea nolit obſervare, nec viro ullo modo parere, tunc ipſe vir abſolutus ab omni obligatione remanet; quemadmodum, conſtito de diligentiis, fuit liberatus vir ab impoſitis, pro renunciatione mulieris, ab ipſo promiſſa, & quam mulier facere noluit, in ſupra allegata *Afflict. deciſ.* 295. cum DD. ibi allegatis.

Additur rurſus his etiam, quòd in ca-
55 ſa, de qua tractat egregius *I. C. Dinard. Rodoer. in dict. ejus conſ.* 25. ut ipſemet teſtatur, expreſsè fuit huic *deciſ. Preſ. de Franch.* 247. renunciatum per virum, qui erat conſcius tanquam Juriſconſultus de illius robure, quia erat ipſa deciſio valde nota eidem viro promittenti.

Quæ ponderatio, nec etiam nobis arri-
56 det; Nam quotidie id praxis edocet in quolibet contractu, tàm lucrativo, quam oneroſo, & paſſim leguntur renunciationes in contractibus, quæ nōnullas leges, certioratis prius partibus, ut aſſeritur de valore, & illarum vi, ſcilicet *l. ſi unquam, ac tot. tit. revoc. donat.* & tamen revocantur donationes ob ſupervenientiam liberorum. Item renunciatur diſpoſitio-
57 ni, *l.* 2. *C. de reſcin. vend.* & non per hoc præcluditur omninò via, nempè ex capite dictæ enormiſſimæ læſionis contractum irritari, & nullum reddi. Et denique, aliis relictis, ut breviùs conſulam, quotidie, ut diximus, per mulieres renunciatur beneficio *Sen.*
58 *Conſ. Velleiani,* certiores factæ de illius vi à Jurisperitis, etiam præcedente Regia diſpenſatione, iuxtà requiſita per *Reg. Pragm.* alias tabelliones ſtipulari non potuiſſent, & nihilominùs continuò audiuntur in quolibet Foro, dictis non obſtātibus renun-
59 ciationibus, aſſidua jurgia; ac lites quāplures pro nullitate, ac reſciſſione hu-

hujuſmodi contractus, & irritantur [illegible] ac mulierum obligationes [illegible] ex capitibus, nempe dictæ [illegible] læſionis, ex vi, metuve, [illegible] ſimilibus, quæ paſſim nos edocet experientia rerum omnium, & cujuſcumque eventus magiſtra.

Unde à primo ad ultimum, his clarè
60 aſſertis in reſponſionem ad adverſariorum dicta, videtur, non eſſe locum Conſilio *Camill. de Medic.* nec pariter militare, quod aſſerunt cum *Reg. de Pont. ubi ſupra, & Prat. & Rodoer.* Et non poſſe tandem dici quicquid inutili, ac fallaci ſuppoſito ajunt, matrimonium ſcilicet non fuiſſe contractum, niſi huic viri obligationi daretur effectus. Quem enim latet,
61 unumquemque contractum carere omni debere patenti vitio, deceptione, fraude, atque dolo ex re ipſa, nam ſtatim rejicitur omni Iure, tam divino, quam humano, canonico, & Civili, immò proprio naturæ inſtinctu, quæ abhorret à fraudibus, & deceptione. Idque, licet contractus idẽ reperiretur omni ſolemnitate, ac juramento etiam vallatus. Iuramen-
62 tum enim, ut ſupra annuimus, non debet eſſe vinculũ iniquitatis *d. cap. quanto, de judic.* quinimmò non inducit obligationẽ in re doloſa, ac fraudibus plena, præſertim ſi in eodem contractu inveniatur enormiſſima læſio, de qua hic ratiocinatur.

Iuramentum namque ſequitur naturã
63 actus, cui adhæret, ſeu promiſſionis, cui, ad[illegible] ita *Bondc. ubi ſup. Diana reſol.* [illegible] *5. tit. 14. reſ. 33. & 34. Leſſ.* [illegible] *& iure tit. de juram. lib. 2.* [illegible] *dub. 8. nu. 37.*
64 Sed renunciatio [illegible], in caſu de quo loquitur, non [illegible] læſionem; ita etiam [illegible] de viri promiſſione, reficie[illegible] juramento, licet eidem renunciationi adnexa, quæ tanquam acceſſoria, nec pariter ullo modo obligabit.

Immò apud nuper citatos DD. [illegible] liſtas pro communi opinione hoc [illegible]-
65 ſinetur, & ex probabiliori ſententia, quoad obligationem juramenti promiſſorii etiam habetur, illud ſcilicet ficta promiſſione, vel dum proteſtatione antea peracta, nonnullis rationibus, minimè inducere obligationẽ: primò quia opponitur proteſtationi præmiſſæ, & clauſulæ de non ſe obli-
66 gando, quæ eſt contra ſubſtantiã juramenti, id eſt velle, ad promiſſa ſe obligare: ſecundò quia fictè promittens, etſi juret, re vera non habet, animũm ſe obligandi, & ſeriò jurandi, ſed id ſolũ agit exteriùs verbis, & non animo interiùs; Sicuti qui contrahit matrimonium ſtabili corde, & fixo
67 animo, non ſe obligandi, ad reddendum debitum conjugale, non cenſetur velle ſeriò cõtrahere: nemo enim
68 poteſt ſimul, & unico actu intendere contradictoria, quod ſi putet, poſſe tali modo contrahere, decipitur, nec ideò contractus vim habet; Et tertiò tandem, quia Deus non acceptat
69 juramentum, niſi ſecundùm hominis intentionẽ, juxtà *tex. in cap. humanæ aures 22. q. 5.* ubi dicitur, *divina judicia talia foris noſtra verba audiunt, qualia ex intimis proferuntur*, ita cũ nõnullis aliis *Petrus Ochagavia de Sacram. tract. 1. de matr. q. 6. num. 3.* quem ſequitur *Diana ubi ſup. dict. reſol. 34.* Et hæc tot rationibus munita eſt verior apud om-
70 nes ſententia, nempè ex juramento, facto animo jurandi, ſed non ſe obligandi, ulla oriatur penitus obligatio ex vi juramenti, ut poſt relatos DD. teſtatur *Azor. lib. 11. p. 1. cap. 4. q. 2. Sanchez in ſumma cap. 10. nu. 8.* & melius *dict. lib. 1. mor. tit. de ſponſ. diſp. 24.* ubi ait hoc eò fortius militare, ut in caſu noſtro, quando promittitur factum alienum, quod à le-
71 ge eſt improbatum, quia tunc illa promiſſio etſi juramento firmata, ad nihilum obligat *Cajet. 2. 2. qu. 89. art. 7. Suarez cap. 7. lib. 2. Valentia 2. 2. diſp. 6. qu. 7. pun. 4. Filiu. tract. 25. cap. 6. qu. 1. num. 141.* cum aliis

D 2 in-

Digitized by Google

innumeris apud *Bonac. in ſecund. pręcep. decal. diſp. 4. qu. 1. punct. 5. 6. & 7. cum ſeqq.* Et hactenus de præfata obligatione, licet juramento vallata, quę tanquam de facto alieno, & de re, à lege vetita, cum tacita proteſtatione, & voluntate non ſe obligandi, niſi ad ea, quæ de jure ſuſtineri poſſunt, in nihilum obligat.

His igitur congeſtis, examinatis, ac de-
72 nique ex nonnullis doctrinis, authoritatibus, rationibusq; quamplurimis, & deciſionibus, comprobatis, atque exploſis omninò aliorum placitis, ex adverſo adductis, firma remanet noſtra concluſio, maritum nempe, ſe obligantem, reficiendi de proprio tantundem, ad hoc ut mulieris renunciatio ſemper, favore renunciatarii ſuum conſequatur effectum, ad nihilum teneri, ſi ab ipſamet uxore poſtmodum dicta renunciatio, vel à ſuis filiis, poſt mortem matris revocaretur, ex capite præſertim enormiſſimæ in legitima læſionis; ad quem caſum, tanquam contra juris diſpoſitionem, nec non commune bonum, atque in perniciem tertii, ſcilicet totius liberorum cætus, cum illi privarentur etiam bonis paternis, quoties in legitima portione lęſi, venirent ex propria perſona adverſus matris renunciationem, & propter obligationem paternam, & promiſſionem ut ſuprà, reficiendi tantundem, minimè eis eſſet hoc permiſſum, ſi ejuſdem patris, ac præfata viri promiſſio tali caſu ſuſtineretur, nec eſſet, ut clarè fundavimus, prorſus irrita, nulla, omniquè fundamento carens.

Inciderent enim ipſi filii in Scyllam cu-
73 pientes evitare Charybdim (quod non eſt permittendum) tanquam contrà juſtitiam ſimul, & æquitatem, ut liberi nimirum, obtinentes ex pia Iuris diſpoſitione, quicquid in materna legitima ad eos ſpectabat, uti læſos propter maternam renunciationem, idem amittant poſtea in bonis paternis, ob eorum genitoris promiſſionem, reficiendi de proprio, quod filii obtinuiſſent adverſus ſæpè enunciatam renunciationem, eis ita nocuam, ut diximus, & uti apertis nimis Iuribus improbatum id eſſe, exaravimus; cum omni alio caſu fortaſſè poſſe dictam viri ſuſtineri obligatio-
74 nem, DD. communi ore admoneant, atq; alia qualibet cauſa, præter hanc, nempè læſionis, præſertim enormiſſimæ, ut ait *Pręſ. de Franch. d. dec.* 247. cui renunciari non poteſt, nec etiam cum juramento, in publicæ utilitatis damnum, & in tertii præjudicium. Sicuti namque non tenet, & eſt prorſus invalida etiam Clerici renunciatio, quamvis jurata, privilegio fori, ex *Cap.* nempe *ſi diligenti, de for. compet.* quia favore totius Clericalis ſtatus hoc privilegium eſt cōceſſum; Ita pariter aſſerendum eſt, de præfata renunciatione, cuilibet læſioni peracta, ac pro valida ſemper à parentibus promiſſa, in liberorum perniciem, & damnū, cum illa prorſus nulla, & irrita omninò dici debeat, ne fraudetur legitima portione totus liberorum cętus, quibus, ex utraq; parte læſis, ſuccurrere, eorumque aperto, ac evidenti præjudicio ita conſulere, nobis viſum eſt, quemadmodum pro eis ſemper eadem Iura in contingentiis eſſe alleganda, omni procul dubio arbitramur.

## CONTROVERSIA V.

Donatio ad pias cauſas ordinata, in qua præſertim fuit promiſſum, illam minimè poſſe ullo caſu, aut ex quolibet eventu revocari, utrum irrita illicò cenſeatur, anvè in totum revocari queat, vigore *leg. ſi unquam, C. de revoc. donat.* per nativitatem filii, qui antea donanti non erat?



Digitized by Google

## SUMMARIUM.

1 *Conſilium ſemper dari debet ad jurgia ſedanda, & ad reſecandum lites, & controverſias.*

2 *Caſus controverſi ſpecies exponitur ad pacem obtinendam.*

3 *Donatio per liberorum ſupervenientiam revocata, an reconvaleſcat, ſi filii demum nati, illicò moriantur, patre adhuc vivente?*

4 *Donatio revocata per nativitatem filiorum, non reconvaleſcit per mortem poſtea illorum, ſi validè revocata ſit.*

5 *Donatio ad pias cauſas ordinata, nonnulliſque gravata oneribus piis, an revocetur per ſupervenientiam liberorum, & num. 6. & 9.*

7 *Renunciatio* l. ſi unquam, C. de revoc. donat. *in inſtrumento adjecta, quid operari debet, niſi ut illa locum non habeat, ſaltem ob cauſam, & præſertim piam. & nu. 11. & 13. apertè oſtenditur.*

8 *Clauſula appoſita in donatione, ut in nullo eventu, caſu, & cauſa, etiam à legibus permiſſis, illa revocari poſſit, an adamuſſim operari debeat, & num. 11.*

9 *Donatio favore piæ cauſæ facta, ſaltem non eſt revocanda, niſi in quãtum lædit legitimam liberorum, qui poſt illam nati ſunt, & num. 12. & 13. idem fundantur.*

10 *Sicuti nec etiam, ſi dicta donatio reperiretur facta uni ex filiis, quia non revocaretur, niſi in quantum eſt inofficioſa. & num. 12.*

11 *Validitas contractus, promiſſa ſervari omni futuro tempore, eſt attendenda.*

12 *Pia, & liberorum cauſa, à pari procedere videtur.*

13 *Donatio per ſupervenientiam liberorum, ipſo jure revocata, an reconvaleſcat, ſi donans dum vixit, non declaravit, velle donationem revocare: anvè cẽſeatur, velle illã potius taciturniate confirmare. & num. 16.*

14 *Filii nativitas debet eſſe tempeſtiva, & vitalis, ſcilicet ſeptimo, vel nono menſe, ad hoc ut donatio revocari poſſit.*

15 *Dos mulieris, nato filio octimeſtri, defuncta, non acquiritur patri; ſed dotantibus eſt reſtituenda.*

16 *Exponitur utilitas pro utraq; parte requiſita in tranſactionibus.*

17 *Concluſio conſilii debet eſſe proficua, & utilis, & num. 18. & 19.*

19 *Cauſæ forenſes habent ſua Sydera.*

20 *Melius eſt hodie habere, quam cras poſſidere, & illo nunc frui, quod tractu temporis amittere poſſumus in totum, vel in partim.*

21 *Melius eſt parum ſtatim poſſidere liberè, quàm tractu temporis, multum ſub onere habere.*

## ARGUMENTUM.

Donatio, quæ ob filiorum ſupervenientiam (vigore *Legis, Si unquam*) ipſo jure revocatur, num reconvaleſcat, ſi liberi, qui poſtea nati ſunt, illicò moriantur: & an favore piæ cauſæ ſubſtineri poſſit, ut non revocetur ſaltèm, niſi in quantum ſit inofficioſa, & legitimam illorum lædat?

At quemadmodum in donatione, à Patre uni ex ejus liberis facta, per aliorum ſupervenientiam, non in totum illam revocari, ſed in quantum ipſorum legitimam lædit, laconicè ſubſtinetur: ità & in ſimili facti ſpecie, concinna methodo fertur ſententia.

INter tres favorabiles cauſas, Liberorum videlicèt, Eccleſiæ, ac pij operis Inſtituti, tanquam ille famigeratus Paris, coram tribus notis, ſed vanis numinibus, de meo tam judicio, quàm utili conſilio requiſitus, in exponendi caſus contingentia, pro dirimendis partium con-

Digitized by Google

controverſiis, veritatis tantùm lumine utens, nec ad majora bella ferenda, paſſione captus, ut ipſe Priami natus, apud Argivos, Troiani excidii origo fuit, at potius ad iurgia ōninò tollenda, de proprio more, & ad forenſes reſecandas diſſentiones, atque ad ſedandas animi tempeſtates, pro optata tranquillitatis pace obtinenda, libenter hujuſcemodi breve reſponſum petitis dare, conatus ſum, in facti ſpecie, quę modò proponitur.

An ſcilicet, ex diſpoſitione nimis decan-
1 tatæ, *legis ſi unquam, C. de revoc. donat.* Donatio irrevocabilis intervivos, ordinata à Joſeph Genſano, in beneficium Sacræ Domus Sanctiſſimæ Annunciatæ Neapolis, tertio Kalendas Decembris anno 1687. ducatorum ferè biſmille, ſuper duabus partitis *Arrendamẽti Ferri*; Quamvis ab eodẽ, per ſupervenientiam filii, ei de recenti orti, ad præſens exiſtimetur irrita; atque iam ipſo jure re-
2 vocata: Et ſic irritam, & revocatam remanere, ſupponat, etſi præfatus filius, ei natus, è vita etiam illicò decederet, ipſo ſuperſtite donatario, eius genitore, adhuc vivente; Quemadmodum, eandem ſubſtinere ſententiam, inquit, ex allegata *l. ſi unquam*, inter cæteros *D. R. Revert. in deciſ.* 477. authoritate etiam *Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donat. & in l. Titia §. Imperator ff. de leg.* 2. ut nimirum
3 donatio, quæ ob filiorum ſupervenientiam ipſo jure revocatur, reconvaleſcere non poſſit, adhuc ſi liberi qui nati ſunt, ſtatim moriantur, prout etiam tenet *Andr. Tiraquell. in dict. l. ſi unquam, in verbo ſuſceperit liberos, num.* 103. *de revoc. donat.* reprobata ab ipſo aliorum ſententia, quos refert *num. ſeq.* 104. ubi in fine addit, frequentiorem eſſe opinionem illorum, qui negarunt, confir-
4 mari donationem morte filii, ea ratione, quia ſemel illa revocata per nativitatem, & ſupervenientiam liberorum, ſemper revocata remanere debet, ſi validè revocetur, non obſtante obitu poſtmodum eorundem liberorum, qui cauſa revocationis fuerunt. Immò ſimili modo deciſum per Rotam Avenionenſem, teſtatur *Hierony. de Lauren. deciſ.* 23. *à nu.* 8. eumque ſequitur *Epiſcopus Ricc. in collect.* 728. quem refert *D. Reg. de Marin. in obſerv. ad dict. Reg. Revert. deciſ.* 477. *num.* 2.

Nihilominus, recognito præfatæ dona-
5 tionis inſtrumento, æquè ac viſis deniquè videndis, nempè clauſulis, conditionibus, & oneribus, præſertim piis, quibus preſſa ipſa donatio videbatur, nec non, recognita difficultate prætenſæ revocationis, & tandem perpenſis non ſolùm ſpontanea oblatione ipſius Joſeph Genſano donantis, æquè ac cupientis, ſolvere eidẽ S. Domui A. G. P. liberos, & de pecunia ſtatim numerata, ducatos quatuorcentum, abſque ullo onere, ſine
6 aliqua mora, atq; illicò, non autem ſequuto prius eius obitu, ſicuti erat effectus donationis prædictæ, verùm etiam utilitate, & commodo ipſius S. Domus, quæ frueretur oblatis, abſq; alio onere, & de præſenti, non expectata, ut ſupra ipſius donantis morte. Mihi fuit viſum, ſic conſulere, ut infra dicemus, dummodo ambarum partium conſenſu, dictæ donationis inſtrumento, eiuſque vi ad invicem amplius non detur locus, ſed omninò, annulletur, & irritetur, & dicta pecunia oblata, ac ſtatim numerata, cum aliis centum adauctis, abſq; ullo onere pręfata Sacra Domus lucretur.

Donatio etenim, de qua agitur, cum ſit
7 nonnullis munita clauſulis, & præſertim reperiatur in ea ſpecialis iurata renunciatio *dictæ legis ſi unquam*, ac toti *tit. de revoc. donat.* certiorato, ut aſſeritur, ipſo donante de vi prædictæ renunciationis à ſuis peritis, & cum fuerit etiam in ea promiſſum, ut pro ſpeciali cautione ipſius S. Domus donatariæ, aſſignetur dictum capitale certum ipſius Gubernatoribus pręſenti-

ſentibus, & acceptantibus: nec velle amplius eidem donationi contravenire, ex qualibet cauſa, & caſibus
8 etiam à legibus permiſſis (ut eſſet caſus præſens revocationis prætenſæ, ob filii nativitatem) ipſe donans expreſsè promiſerit, dictæque donationis ad vim perpetuam, omni tempore ſcilicet valituræ, etſi in totùm, vel quoad partem revocaretur, ex legis diſpoſitione, immò ad defentionem, & evictionem deſcripti capitalis, idem ſe obligaverit; videtur propterea omninò ſuſtinenda, nec ullo modo irritanda, ut ſupponitur.

Rurſus, cum eadem donatio ſit facta favore piæ cauſæ, & ad ſuſtinenda
9 opera pia, in ea impoſita, aut non exiſtimatur revocanda, aut ſaltem, ſequuta morte ipſius donantis, in quantùm eſſet inofficioſa, & legitimã ipſius filii, nuper nati læderet, ſit tantùm revocanda, nec aliter irritari poſſe cenſeatur, ut fuſius demonſtravimus, de hac eadem materia tractantes *contr.* 27. *noſtri* 2. *vol. per tot. & præſertim num.* 48.

Quemadmodum namquè donatio, quæ à Patre fit uni ex ſuis filiis, per ſuper-
10 venientiam aliorum liberorum, non debet revocari, niſi uſque ad valotem legitimæ portionis, in qua videntur læſi ceteri filii, per dictã donationẽ, uni ex eis à parente factam, ex diſpoſitione *tex. in l. ſi toties, C. de inof. don.* ut ajunt *Tiraquell. in dict. l. ſi unquam, verſ. libertis dub.* 74. *& Cutell. de donat. diſp.* 1. *ſpec.* 3. *num.* 3. relictis aliis, ut brevitati con-
11 ſulam. Ità pari paſſu dici debet, de donatione, facta favore piæ cauſæ, cũ aliter non ſit cautum, vel potius, contrarium minimè argui poſſit, velut in præſenti caſu præfatæ donationis, in qua fuit promiſſa ſemper illius validitas, in omni futuro tempore, omniq; eventu, etiam revocationis prædictæ à legibus permiſſæ, ut annuimus. Revocanda igitur, ſaltem videtur ipſa donatio, per nativitatẽ enunciati filii, poſtmodum orti, pro quantitate tantùm, in qua læſi inſpiciuntur ceteri filii in portione legitima; cũ à pari procedere videatur, iuxtà cõmune DD. placitum, & pia, & libero-
12 rum cauſa. *Auth. ſi qua Mulier, C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. ult. verſ. quidem* 17. *quæſt.* 4. *& cap. ut ex lex q.* 1. *Bartol. in dict. l. Titia Seio; §. Imperator num.* 6. *ff. de leg.* 2. *Bald. in l.* 1. *num.* 17. *C. de inoff. donat. Abb. in dict. cap. fin. nu.* 5. *de donat. Hurtad. diſp.* 11. *num.* 3. *Molin. tom.* 2. *diſput.* 282. *num.* 10. *Cancer. var. reſol. par.* 1. *de donat. num.* 125. *Gram. deciſ.* 240. *Merlin. de legitima, lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 21. *num.* 22. *&* 27. *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *par.* 3. *à num.* 18. *Montan. contr.* 63. *Conſil. Rocc. reſp.* 98. *num.* 6. *lib.* 2. *Conſil. Staib. reſol.* 123. *num.* 10.

Quicquid autem teſtatur *Reg. Revert.*
13 *in alleg. deciſ.* 477. poſt alios, nempè quòd poſſit donatio revocari, etiam ſi filius natus illicò moreretur, vivẽte adhuc ipſo donante, locum non ſibi vindicat, ubi adeſt piæ cauſæ favor: vel etiam in extraneorum beneficium, quoties donans diù vixiſſet, ſequuta morte ſui filii, poſt donationem orti, & ſtatim revocare nõ curaviſſet enunciatam donationem; Nõ poſſent enim, deinceps illam amplius irritare, vel nullam dicere, nec ipſe, nec ſui hæredes, cum hoc temporis ſpatio decurſo, cenſeatur ita approbata, & confirmata, ac ſi illam noluiſſet amplius donans revocare, etſi à legibus eſſet ei permiſſum, ut ſupra demonſtravimus.

Ita advertit *Tiraquell. loc. cit. verſ.*
14 *ſuſceperit liberos, à num.* 187. *uſque ad nu.* 204. *& nu.* 205 notat etiam, ſuprapoſitam ab ipſo concluſionem eſſe intelligendam, dummodo fætus poſt donationem natus, ſit tempeſtivus, & ſic vitalis, ita ut ſecundùm naturã vivere poſſit; nimirũ, ut ſit ſeptimo, vel nono mẽſe ortus, & ad hoc plures citat DD. relatos per noſtrum

*Afflict.*

Digitized by Google

*Afflict. deciſ.* 236., ubi per Sacrum Conſilium deciſum teſtatur, mulie-
15 rem, nato filio octimeſtri, defunctá, dici, non poſse, cum liberis deceſſiſſe, ad effectum, ut defuncto demùm filio, poſſit eius pater in dotibus maternis ſuccedere, ſed dotantibus dotem fore reſtituendam, ac ſi ipſi matri filius natus non fuiſset; Quemadmodum *num.* 211. *idem Tiraquell. loc. ubi ſup.* dixit, donantis hæredes non poſse, dictam donationem amplius revocare, quoties donans, qui
16 diù vixit poſt filii ortum, & voluntatem ſuam non declaraverit, ſed tacuerit, & ſic mortuus ſit; vide ad propoſitum *Theſaur. deciſ.* 121. *Ant. Gom. lib.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 17. *P. Afflict. contr.* 34. *nu.* 28. *Reg. de Marin. loc. cit. & Conſil. Staiban. dict. reſol.* 123. *num.* 13. cum aliis concluſionibus, & DD. authoritatibus, per nos adductis, in præſenti materia revocationis inofficioſæ donationis, per ſupervenientiam liberorum, *d. contr.* 27. *lib.* 2 precipuè *à nu.* 40. *cum ſeqq.*

His igitur exaratis, atque præmiſſis, cũ
17 præſens donatio, de qua fit ſermo, ſi benè perpendatur, tàm quòad valorem, aſcendentem ad ducatos mille, noningẽtum viginti, ſuper dictis duabus partit is Arrendamenti Ferri, quà quoad cauſas pias, ad quas fuit ordinata, nec non conſideratis pariter ære, ac peculio ipſius donantis, qui (abſque inveriſimilitudinis ſcrupulo), poteſt credi, quòd habeat de proprio, extrà dictas partitas Arrendamenti, alia bona, unde fundari poſſit, & certè præſumi, dictum filium, ei ultimò natum, non eſſe læſum in legitima, omninò dici deberet, eſſe ſalvam legitimam, tàm præfato, quàm aliis filiis etiam procreandis, ſuper aliis bonis ipſius donantis, & propterea non parum tenuis eſt oblatio, quæ fit ab ipſo Ioſeph Genſano, ducatorum tantùm quatuorcentum, etſi de pecunia pręſenti numerata, libera, & abſque ullo gravamine, nec expectato obitu ipſius donantis, ex Iuribus, præſumptionibus, promiſſis, rationibus, & authoritatibus deſuper allegatis.

Verùm, conſiderantes funditùs utilita-
18 tem, quæ de recenti haberetur, non expectato totius vitæ curſu ipſius donantis, qui cum ſit, haud in ſenili, ſed in virili quidem ætate, per nonnullos annos vivere poſſet; nec non proſpicientes onera pia, quibus hæc Sacra Domus donataria gravaretur (poſsi eſſent eiuſdem ſpeciei illorum, quæ de facto ſubſtinet) ſi donatio prædicta locum ſibi vindicaret; ac etiam exonerationem conſiderantes, iſtorum onerum, per hanc recentem oblationem ducatorũ quatuorcentum, aut plus, abſq; gravaminibus antea iniunctis, de pecunia præſenti; quando pro dictæ donationis exequutione, & poſſeſſione dictorum capitalium, eſſet expectanda ipſius donantis mors; & neſcientes certò quid, & quale ſit peculium ipſius Ioſeph Genſano, cui nonnulli alii filii naſci deinceps poſſent, & ſic augeretur illorum legitimæ valor; ac denique dubium litium eventum, præ oculis pręſertim ſemper habentes (cum habeant in Foro
19 ſua ſydera cauſę,) exiſtimatur itaquè proficua concluſio conſilii, ſi pręfatę oblationi aliquid aliud, ſcilicet uſque ad centenarium addatur, & ſic etiam liberè, & abſque alio onere, ut ſupra, recipi benè illam poſſe conſulimus; cum ex communi adagio, quod
20 in ore currit omnium, melius ſit hodie habere, quàm cras poſſidere, imò nunc frui illo, quod deinceps tractu temporis, ac mutato rerum ſtatu, amittere in totum, vel in parte possumus: Æquè, ac melius ſit parum illicò poſſidere liberè, quàm
21 multum curſu temporis ſub onere.

Concluditur propterea, dandum eſſe locum tranſactioni prædictę, pro communi pace, & utilitate, tàm pręfati donantis, quàm dictę Sacrę Domus donatarię, eo magis, quia quoad onera pia impoſita in dicta donatione

ne

ne, non lęderetur jus tertii, cum ipſa onera, non ſint alterius, ſed ejuſdem ſpeciei illorum, quæ eadem Sacra Domus A.G.P. ſubſtinet, & ſic in illorum auxilium, quo frui ſtatim poſſet, haud expectata ipſius donantis morte, etſi donationis enunciatæ revocatio non pręſumeretur, per nativitatem præfati filii, ut diximus. Et ità undique, & ex omni capite, pro communi partium pace, & utilitate, conſulere, nobis denique viſum fuit.

Anno 1693. præfatus Ioſeph Genſano ad tranſactionem cum effectu devenit, juxtà expoſiti conſilii dogmata, cum Domin. Gubernatoribus dictæ Sacræ Domus, eiſque pro omnibus ſolvit ducatos quatuorcentum ſexaginta de pecunia præſenti, abſque ullo alio onere iniuncto, mediante inſtrumento dictæ tranſactionis manu Not. N. Collocola de Neap., & quòad omnia, de communi conſenſu partiũ, irrita dicta donatio fuit declarata.

## CONTROVERSIA VI.

Legitima, Matri debita in bonis filii, denuò altercatur; An ſit tertia tertiæ, vel tertia totius hereditatis, quoties fuit ei relicta ab illo, Eccleſia univerſali ſua herede inſtituta, præterito nepote ex ſorore, ſed legato tantùm relicto alteri ſorori, medietatis bonorum antiquorum, ei ſpectantis vigore Noſtrarum Conſuetudinum Neapolis.

### *SUMMARIUM.*

1 *Caſus diſcutiendi ſpecies breviter proponitur.*

2 *Legitima matris in bonis filii quãta ſit, ſi particulariter in ea inſtituatur, univerſali verò herede pia cauſa relicta, cæteriſque collateralibus, etſi primi ordinis abſque cauſa præteritis?*

3 *Diſſeritur, ſi ſit tertia tertiæ? ſed eſſe tertiã totius hæreditatis, ſubſtinetur num. 4. cum ſeqq. uſque ad fin. Et de communi opinione, oſtenditur num. 5. ac rationibus comprobatur à num. 6. & 12.*

6 *Legitima ſicut debetur deſcendentibus, ita & aſcendentibus.*

7 *Aſcendentium legitima portio eſt aucta, non aliter ac deſcẽdentium.*

8 *Legitima fratribus, aut Sororibus nulla debetur ex teſtamento, niſi inſtituta turpi perſona.*

9 *Legitima matris eſt tertia totius, quoties fratres, aut ſorores defũcti, à quo non fuit turpis perſona inſtituta, non concurrunt cum Matre, nec faciunt partem, quia finguntur, ac ſi non eſſent.*

10 *Fictio idem operatur in caſu ficto, quod veritas in caſu vero.*

11 *Opinio benignior, etiam in dubio eſt ſemper amplectenda.*

13 *Legitima regulatur ſecundùm modum ſucceſſionis ab inteſtato; ſed cum illis ſolũ perſonis, quæ etiam æqualiter concurrunt in legitima, condito teſtamento, num. 14.*

15 *Legitima non debetur inter Collaterales, niſi turpi aliquoties perſona inſtituta.*

16 *Fœmina per ſtatutum excluſa, maſculis exiſtentibus, non poteſt dicere teſtamentum nullum, ſi fuerit præterita; maſculis exhæredatis, & extraneo inſtituto.*

17 *Fœmina à ſucceſſione per ſtatutum excluſa, cenſetur exhæredata.*

18 *Subtilitas nimia, eſt valdè pernicioſa, & facilis in errando.*

19 *Pernicioſum eſt ſcrupulis vexari.*

20 *Frater, aut ſoror, cenſetur tanquã præteritus, quando ei relinquitur medietas tantùm bonorum antiquorum, ei debita vigore Conſuetudinis Neap.*

21 *Item ſi eidem relinquatur, quid teſtator ei ſolvere debet.*



Digitized by Google

22 *Faciens actum, ad quem tenebatur, & cogi poterat, non dicitur illum voluntariè feciſſe.*

23 *Medietas bonorum antiquorum, proximioribus relicta, non judicio defuncti agnati, ſed providentia Neapolitanæ Conſuetud. debetur.*

24 *Teſtator agnatus, relinquens proximioribus medietatem conſuetudinariam, neceſſariò eis ſpectantem, non dicitur exercere liberalitatē.*

25 *Beneficium non præſtat, qui impendit debitum.*

26 *Fratribus, aut ſororibus præteritis, non inſtituta turpi perſona, matris legitima eſt totius hæreditatis tertia.*

28 *Legitimæ favor præponderat, & eſt potior favore piæ cauſæ.*

## ARGUMENTUM.

Super famigerato illo Juris articulo, iterum, nova exponendi facti ſpecie, in noſtris Supremi Senatus ſubſelliis cōtendi accidit: an ſcil. legitima, à teſtatore ſuæ matri relicta, ſit tertia tertiæ, vel tertia totius hæreditatis, Eccleſia univerſali hęrede inſtituta, pręterito nepote ex ſorore prædefuncta, ac alteri ſorori utrinque conjunctæ relicto tantùm legato, tam medietatis antiquorum bonorū, vigore Parthenopeæ Conſuetudinis ei debitæ, quàm proprii crediti, cenſualis contractus cauſa, eidem neceſſariò ſpectantis ſuper bonis ipſius teſtatoris?

Quemadmodum de tribus altercari, noſtrum fuit, *Superiori Controverſia*, ita pariter eādem modò proſequentes legitimæ materiam, trium contentiones hìc ad nos dirimere ſpectat; in præſenti, quę brevi methodo proponitur facti ſpecie, notatu digna: videlicet.

1 Extremum cum iam clauſerit diem, è vinculis huius mortalis ſarcinæ ſolutus, Octavius Ciminus, eius univerſali hærede inſtituta Venerabili Parochiali Eccleſia, tantummodò Aureliæ de Amphora ſuæ genitrici legitimam, de iure naturæ ei ſpectantem reliquit, Victoriæque Ciminæ ſuæ ſorori utrinque coniunctæ bonorum antiquorum medietatem, à communi Patre obventorum, vigore Neapolitanæ Conſuetudinis ei addictam legavit, præterito tamen nepote ex Hieronyma ſua pariter ſorore utrinque coniuncta, ei parùm antea prædefuncta.

In præſentiarum, pro Aurelia matre
2 agitur de celebri illa, iterum diſcutienda theſi, contra præfatam Venerabilem Eccleſiam, pro integra legitima, unà cum fructibus à die obitus teſtatoris, quam de Iure aſſeritur pro actrice, eſſe tertiam totius hæreditatis, iuxtà communiorem Iuris prudentum ſententiam.

At quia repugnat dicta Venerabilis Eccleſia, contendens, eſſe tertiam tertiæ; Quæritur idcircò quid Iuris? Et
3 quamvis in hoc articulo non minus doctè, quàm copioſè, de jure ſcriptum ſit pro matre, ac propterea inanis mea opera videatur, quia tamen efflagitantibus amicis, deeſſe nequeo in tàm honeſta petitione, ideò hæc, qualiacumque ſint, non piguit, bre-
4 vitèr annotare. Opinor etenim, iuxtà terminos propoſitæ quæſtionis, ità decantatæ, matris legitimam eſſe omninò tertiam totius hæreditatis.

Et hæc mea ſententia duplici præcipuo innititur fundamento, altero quia frequentiori ſcribentium calculo eſt recepta, altero verò, quia munitur, & efficaciter probatur (ni fallor) irrefragabili ratione.

Sed quòd hæc opinio ſit magis com-
5 munis, quam uti veriorem libenter amplexi ſunt, *Butrig. Bald. Cin. Salic. Alber. Crauet. Alex. Cret. Oldr. Fulgoſ. Rubeus, Bertran. Rolandin.*

Fe-

*Fabian. de Giocchis*, *Rolan. à Vall. Peregrin. Cacher. Cardin. Zabarel*, cæteriq; DD. authoritate, ac eruditione inſignes, luculēter citati à *Gaſp. Theſ. deciſ.* 172. *num.* 2. nec non à *R. P. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. par.* 4. *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.* 46. *nu.* 10. *in addit.* & à *Thoro in ſuo compendio deciſ. in verb. legitima aviæ, in ſecunda editione, fol. mihi* 317. & *in ver. legitima matris fol. mihi* 318. ubi pluries ità per Sacrum Conſilium teſtatur deciſum; videndi ſunt etiam *Anton. de Roſellis in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. in fin. Surd. conſ.* 404. *nu.* 6. & *Bell. de jur. accreſ. cap.* 6. *qu.* 16. *num.* 53. *Gratian. diſcept.* 178. *Mareſcot. var. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 47. *num.* 17. & idem *Thoro in par.* 3. *ejus compend. ſect.* 2. *Franciſc. Bec. apud Jaſon. conſ.* 61. *lib.* 3. *lit. A.* & his adſtipulantur *Vivius deciſ.* 405. *num.* 19. & *ſeq.* ubi bis pariter deciſum refert, & *Reg. de Ponte conſ.* 66. & *conſ.* 68. *num.* 1. & 2. ubi ita per S.C. fatetur ter deciſum *lib.* 1. *Surd. conſ.* 388. *num.* 17. & *conſ.* 404. *num.* 9. *lib.* 3. *Rabin. citatus à Riccio in Collect. Deciſ. coll.* 105. & 841. *propè fin. verſ. animadvertas*, *Petrus Anton. Faber ad* 6. *lib. C. tit.* 8. *defin.* 22. *Camill. de Medic. conſ.* 41. *num.* 10. *Farinac. in collect. deciſ. Rot. Rom. dec.* 419. & *Ann. conſ.* 130. *num.* 18. *lib.* 2. & noviter *De Luca ad Præſ. de Franch. deciſ.* 63. *num.* 5. *Conſ. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 4. *nu.* 41. & ibi *Conſ. Prat. in addit.*

Hæc inquam opinio, quòd ſit receptior certè patet ex numero DD. ſi quis velit illos ſigillatim dinumerare, cum ceteris per allegatos relatis.

Quòd autem efficaciter probetur irrefragabili ratione; Suppono primò,
6 ita deberi legitimam aſcendentibus, ſicut & deſcendentibus, *tex.* eſt ad literam in *l. nam*, & *ſi parentibus* 15. *ff. de inoff. teſtamento.*

Suppono ſecundò, quòd aſcendentium
7 legitima eſt aucta non aliter, ac deſcendentium, ut elicitur ex *tex. in §. ſi verò*, *verſ. hoc obſervando, in auth. de triente*, & *ſemiſſ.* atque unanimi conſenſu ita explicant DD. *in auth. noviſſima, C. de inoffic. teſt.* quos ſequitur, & de communi teſtatur ſententia *Rolandin. in tract. de teſtam.* & *ult. volunt. rubr.* 20. *nu.* 5. *fol.* 23.

Suppono tertiò, quòd fratribus, vel ſororibus nulla debetur legitima ex teſtamento, niſi inſtituta perſona tur-
8 pi, *l. fratres* 27. *C. de inoff. teſtam.* ibiq; aſſeverant *gloſ.* cæteríque illius legis interpretes, quibus accedunt *Afſl. deciſ.* 204. *Crau. conſ.* 256. *nu.* 4. *Caſſan. in conſuet. Burgund. tit. de ſucceſſ. rubr.* 7. § 2. *num.* 10. & *Suarez in l. quoniam in prioribus*, *C. de inoff. teſt. ampl.* 16. *in princ.*

His ſuppoſitis, reſultat irrefragabilis ratio, noſtram concluſionem mirificè
9 probans; nam in hiſce terminis propoſitæ quæſtionis, ideò legitima matris non deſinit eſſe tertia totius hæreditatis, quia ſorori, condito teſtamento per fratrem, & non inſtituta turpi perſona, nulla de jure debetur legitima; Si ergo nulla ei debetur legitima, non concurrit cum matre, cui debetur ipſa legitima, & conſequenter non facit partem, & ſi non concurrit, neque facit partem, nulla juris arte poteſt minuere legitimam
10 matri debitam, quæ eſt tertia totius hæreditatis, ut ſuperiùs dictum eſt; eò fortius, quia fingitur, ac ſi non exiſteret illa; & idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in caſu vero, *l. is, qui pro emptore*, *ff. de uſu-*
11 *capion.* Et hæc opinio tanquam benignior etiam in dubio erit ſemper amplectenda in favorem matris, cui pietatis, & miſerationis gratia debetur legitima, *l. ſcripto*, §. *final. ff. unde liberi.*

Ita in individuo, ac ſatis egregiè ratio-
12 cinantur, *Imol. in l. planè*, § *ſi duob. col. fin. ff. de leg.* 1. *Fabian. de Giocch. in d. auth. noviſſ. C. de inoff. teſtam. num.* 43. & *ſeq. Albert. Brunus de*



Digitized by Google

*ſtatut. art.*12.*num.*110.*Reg.de Pont. conſ.*66.*num.*1. *& conſ.* 68.*num.* 11. *&* 12. *lib.*1. *ac Surd. conſ.*404. omninò legendus poſt *num .*5. *verſ. verior tamen mihi videtur alia ſententia uſq; ad fin.d.conſil.lib.* 3. Quo loco doctiſſimè explicat, idem concludendum eſſe, quamvis aliquid ſorori relictum eſſet, quia tunc dicetur, honorari,tanquã quilibet extraneus, & conſequenter ſubeſt eadem ratio excluſionis legalis.

Neq; refragatur, quòd legitima regu-
13 latur ſecundùm modum ſucceſſionis ab inteſtato,quo caſu ſoror ſuccedit fratri ſimul cum matre,ex *auth. defuncto, C.ad Senat.Conſ.Tertull.*

Quoniam reſpondetur,hanc propoſitionem eſſe veram reſpectu illarũ per-
14 ſonarum, quæ non ſolùm æqualiter ſuccedũt ab inteſtato, ſed etiã æqualiter concurrunt in legitima,condito teſtamento, quales ſunt deſcendentes, & aſcendentes.

Secus autem affirmari,neceſſe eſt reſpectu illorum, qui licet æquis portioni-
15 bus ſuccedant ab inteſtato, condito tamen teſtamento, non concurrunt in legitima, quales ſunt fratres, vel ſorores, quibus nulla debetur legitima, non inſtituta turpi perſona, ut claris Juribus ſuperiùs latè probatũ eſt. Ita perbellè hanc regulam declarant ex doctrina *Bald. in d. auth. noviſſima,num.*11.*Oldrad. conſ.*123. *in fine, Gabriel conſ.* 94. *num.*12. *& ſeq. lib.* 1. *Petra de fideicom. qu.* 15.*num.* 75. *verſ. ad ſecundam autem reſpondet*: *Peregr. de fideicom. art.* 38. *num.* 13. *verſ* 3. quia legitima, *Surd. cit. conſ.*404.*num.*7.*verſ. non autem adverſatur*, citantes *Alber. Caſtrenſ. Salicet. Rubeum*, *& Pancyrolum*.cum aliis.

Neq; prædictis obeſt abſurdum, conſideratum à *Franciſ. Aretino in d. l.*
16 *planè*, §.*ſi duobus*, *ff. de legat.* 1. & accuratè ponderatum à Dom. *Præſ. de Franch. d.deci.*63. *nu.*11. ubi ait, quòd fœmina, excluſa per Statutum à ſucceſſione,ſtantibus maſculis, non poterit dicere teſtamentum nullum, ſi fuerit præterita, maſculis juſtè etiã exhæredatis, & extraneo à teſtatore inſtituto hærede.

Quippequi ( ut planè verum fatear) ipſe tanquam tardi ingenii, nunquam percipere potui, hoc abſurdum, contrà ſupradictam declarationem *Baldi*,communiter receptam,nam in hiſce terminis filia cenſeretur excluſa etiam à legitima, & à jure impugnãdi teſtamentum paternum, vel maternum : Quinimmo à ſucceſſione
17 fœmina per ſtatutum excluſa, cenſetur exhæredata, ut copioſè teſtatur *Peregr. de fideicom. cit.art.*38.*n.*16.

Quarè ſi privatur ſucceſſione, tàm ex teſtamento,quàm ab inteſtato, ceſſat prorſus abſurdum, ſupra omnem opportunitatem, ab *Aretino* excogita-
18 tum; Nec certè mirum, cum nimia ſubtilitas pernicioſa ſit,ac errandi det occaſionem, ex *l. ultima*, §.*præterea in calce*, *C.de jur. dot.* ibi, quod ſatis ſcrupuloſum, & per nimiam ſubtili-
19 tatem pernicioſum eſt : & ad rem plura congerunt *Lapus alleg.* 50.*nu.* 9. *Brunonus à Sole in compend. jur. in ver. ſubtilitas*, *Barzius deciſ.Bonon.* 68. *num.* 29. *cum ſeqq.*

Patet igitur,hanc ſententiam eſſe proculdubio de jure veriorem, & frequentiori ſcribentium auctoritate receptam, quam *Præſ. de Franch.* in præallegata *deciſ.* 63. *num.* 10. non audet reprobare,inquiens,quòd S. C. in quãcumq; opinionem inclinaſſet, minimè erraſſet.

Sed eſto, citrà veri præjudicium, repugnantem opinionem eſſe præferen-
20 dam, adhuc tamen, retentis terminis præſentis controverſiæ, judicandum erit pro Aurelia matre; ſiqui dẽ Victoria defuncti ſoror, fuit ab Octavio fratre teſtatore præterita, dum ille in teſtamento ei reliquit tantùm medietatem bonorum antiquorum, de quibus non poterat teſtari, noſtra Neapolitana Cõſuetudine reluctan-

te

te,& in codicillis aſſignavit ducatos quincentos, ei debitos vigore inſtru-
21 menti cenſualis, pro ſorte principali, & uſuris decurſis, de jure etiam ſpectantes. Quo fit, ut reſpectu ſuorum bonorum, eandem ſororem prę-teriiſſe videatur, *argum. tex. in l. noviſſimè 7. ff. quod falſo tutore, & in l. unum ex familia 69. §. ſi de falcidia, ff. de leg. 2.* ex quibus legibus deducitur, quòd faciens actum, ad quę tenebatur, & cogi poterat, non dici-
22 tur, illum voluntariè feciſſe, & ita concludunt *Dec. conſ. 22. num. 2. Moronus de tregua, & pace quæſt. 111. num. 12.* & in terminis noſtrarum Conſuetudinum, ità & loquitur *Scipio Buccin. in Conſuet. incipien. Et ſi teſtator, in Apoſtill. incip. Circa hanc Conſ. attende, quia iſtam medietatem habent proximiores, non ex ju-
23 dicio defuncti agnati, ſed ex providentia huius conſuetudinis, per tex. in l. arrogator, ff. de adopt.* & paulò poſt ſubdit etiam, quòd propterea, ſi iſti proximiores inſtituantur ab agnato defuncto hęredes particulares; quòad medietatem, illam dicuntur habere ex providentia conſuetudinis, non ex
24 facto hominis; Nam reſpectu huius medietatis, debitę vigore conſuetudinis, nullam dicitur exercere liberalitatē defunctus, cum agnatis neceſſariò debeatur, iuxta *tex. in l. unum ex familia §. ſi de falcidia ff. de leg. 2.* undè hæc addit propria verba *lit. B. fol. mihi* 174. ibi: *Nec etiam præſtat beneficium, qui impendit debitum,* &
25 allegat *Bald. in l. manumiſſiones, C. de ope. lib. & Gul. de Bened. in cap. Raynutius, num 215. 148 & 149.* Idem aſſerunt *Conſil. Minad. deciſ. 25. num. 28. Menoch. de præſumpt. præſump. 79. lib. 4. num. 4. Præſ. de Franch. deciſ. 200. nu. 20. Surd. dec. 305. num. 28. P. Molfeſ. ad conſuet. Neap. dict. par. 4. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 60. num. 7. tom. 1.*

At ſorore teſtatoris præterita, non inſti-
26 tuta turpi perſona, matris legitima eſt triens totius hæreditatis, iuxtà tradita ex crebriori, & veriori Juriſconſultorum placito, & ut perbellè aſſeverant etiam, *Thobias Novius conſ. 20. num. 15. Petra de fideicom. quæſt. 16. num. 133. verſ. contrariam partem, Theſaur. deciſ. 172. num. 6. verſ. ſecundus caſus eſt, Burſat. conſ. 115. num. 6. Peregrin. de fideicom. art. 38. num. 23. verſ. quartò adducitur inconvenientia, Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 27. verſ. conſului, quòd dicta mater, Gratian. diſcept. for. lib. 3. cap. 447. num. 19. Conſil. Paſcal. de vir. patr. poteſt. d. par. 2. cap. 4. num. 44.* cum cæteris ſupra allegatis. Concludendum igitur clarè patet, ut præterita prænominata Victoria ſorore, cui nihil ipſe
27 Octavius teſtator de propriis ſuis bonis reliquit, legitima præfatæ Aureliæ matris, debeat eſſe integrum triēs totius hæreditatis, ut fundavimus.

Qua poſita concluſione, ullam denique
28 vim habere poteſt favor piæ cauſæ, nempè Eccleſiæ hæredis; nam præſens quæſtio verſatur circa legitimā, matri debitam, cujus favor præponderat, & eſt fortior in hoc caſu privilegio piæ cauſæ, cum agatur de legitima, ut tradunt, præter alios *Robert. rer. jud. lib. 1. c. 1. v. pro parte, Gail. obſ. 119. n. 5. Surd. conſ. 565. n. 24.* & apertè depromitur ex *tex. in Auth. ſi qua mulier, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Nam quamvis ibi loquatur de liberorum legitima, eadem nihilominus militat ratio, quòad parentum bonorū ſubſidium. Et hactenus perpenſa, ſatis videntur, ut favore præfatæ Aurelię in medium afferantur. Cætera verò ſuppleat eminens Jus dicentium doctrina, eximiaque Cōſcriptorum Patrum religione conjūcta, cui libenter exarata ſubiicimus.

Poſt hæc ſcripta Partes acquievere, & ſecundùm allegata eorū Cauſa, quæ erat apud acta in Bāca olim de Martino, ſignanter favore matris, fuit utili tranſactione ſopita.

CON-

Digitized by Google

## CONTROVERSIA VII.

**Filia, etſi appareat à patre congruenter dotata, tàm dotationis, quàm mortis tempore, an cognita poſtea enormiſſima ejus læſione, in renunciatione facta dotantis favore, poſſit paragii, ſivè legitimæ ſupplementum petere; Idemque ea præmortua, à fortiori num prætendere queant ſui filii, ex propria perſona venientes, attentis etiam facultatibus, forſan auctis tempore obitus ejuſdem patris, & avi reſpectivè, cum tunc, & non antea ipſa legitima debeatur?**

### SUMMARIUM.

1 *Filia juxtà vires paterni patrimonii dotata, an ipſa vivens, aut ſui liberi, ea præmortua, petere poſſint dotis, & legitimæ ſupplementum, poſt patris obitum; ſi auctæ illæ invenirentur?*

2 *Opiniones inter ſe adverſæ recensētur, & Author tuetur affirmativam ſententiam à num. 27.*

3 *Tempus paternæ mortis, & non dotationis attendi debet, ad dignoſcendam in dote læſionem, & in legitima. num. 4.*

5 *Actio ad ſupplementum dotis, & legitimæ datur poſt patris obitum.*

6 *Fœminę per Conſtitut. Regni ſtantibus maſculis, excludantur, dummodò cōgruè dotentur de paragio.*

7 *Dos, præſertim in Regno ſuccedit loco legitimæ portionis.*

8 *Filiæ nuptæ præferuntur ab innuptis, & in capillo exiſtentibus, juxtà* Conſtitut. Regni.

9 *Patrimonium dotantis attendi debet in dotis conſtitutione.*

10 *Legitima, à patre in vita filio aſſignata, auctis paternis facultatibus, an augeatur poſt patris obitum? & num. 53.*

11 *Filia à patre dotata cenſetur ſemper congruenter dotata.*

12 *Pater ſemper præſumitur benè conſulere Filiis.*

13 *Dos in filia nupta non debet eſſe minor legitima portione.*

14 *Filia dotata à patre de bonis paternis, debet conſequi etiam paragium in bonis maternis, de quibus non fuit dotata.*

15 *Dotata ab extraneo, petere poteſt paragium in bonis parentum, de quibus non fuit dotata.*

16 *Filia à patre dotata, non excluditur à conſecutione cōgrui paragii, eiuſque ſupplementi.*

17 *Paragii ſupplementum uſque ad quantitatem legitimæ, competit, etiam maritatis, & excluſis à ſororibus in capillo.*

18 *Paragium, quod de jure Regni non poteſt eſſe minus legitima, aliquādo ultrà legitimam liquidatur, prudentum conſilio.*

19 *Paragii in liquidatione, non attēditur quantitas ſolùm legitimæ, ſed etiam illa, quà poſſit mulier condigno viro nubere.*

20 *Statutum excludēs fœminas à ſucceſſione propter maſculos, non excludit eas à legitima, ſivè ſupplemento ipſius.*

21 *Dos, ut dicatur congrua, Judicis, ac boni viri arbitrio juxtà quantitatem legitimæ liquidari debet, & num. 27. & 28.*

22 *Et aliquando excedit legitimam, & uſque ad virilem portionem etiam traſcendit.*

23 *Quod juris eſt in augumento, debet quoq; eſſe de diminutione.*

24 *Quod operatur propoſitum in propoſito, idem operatur oppoſitum in oppoſito.*

25 *Paragii quantitas debet eſſe juxtà paternum patrimonium, & qualitatem matrimonii.*

26 *Paragii liquidatio diverſimodè practicatur, juxtà varias facti contingentias.*

27 *Paragium liquidatur, non ſolùm juxtà*

Digitized by Google

juxtà quantitatem legitimæ, ſed etiam attentis Conjugum dignitate, & facultatibus dotantis.

29 Reipublicæ intereſt, mulierum favori, & utilitati proſpicere.

30 Filiis competit actio de inofficioſa dote, ad eorum legitimam conſequendam, poſt patris mortem.

31 Querela de inofficioſo teſtamento conceditur liberis, mortuo patre.

32 Dotis inofficioſæ titulus Codicis eſt introductus, ad inſtar querelæ de inofficioſo teſtamento.

33 Filii dotem inofficioſam revocare non poſſunt, ex conſenſu parentum adhuc viventium.

34 Dos, quæ fuit minus legitima, ejuſque ſupplementum, debet liquidari, attento tempore mortis patris, & non antea, cum tunc legitima portio debeatur.

35 Quod de dotis diminutione, ob inofficioſitatem, diſpoſitum invenitur, idem de illius augumento, ob læſionem, à pari dicendum eſt.

36 Filia dotata à patre in vita, non poteſt cogi ad reſtituendũ id, quod recepit ultra legitimam, habito reſpectu ad tempus mortis patris, in caſu diminutionis patrimonii.

37 Aliquis non debet petere id, cujus contrarium in caſu contrario non fuiſſet poſtulaturus.

38 Dos de paragio vario modo conſtitui, & taxari poteſt, ob varias facti circumſtantias in matrimoniis contrahendis.

39 Jura ſuccurrunt filiis, læſis in legitima, vel dotis ſupplemento, poſt patris obitum, & non antea.

40 Tempus dotationis pro filiabus nubendis conſiderari debet, in dote eis conſtituenda ex neceſſitate paterni muneris: & pro nuptis, & dotatis tempus mortis patris, pro ſupplemento paragii, ſive legitimæ, ſtante læſione.

41 Officium paternum eſt, dotare filias.

42 Dos competens intelligitur uſq; ad legitimam tempore paterni obitus.

43 Filia naturalis, ſivè illegitima à patre dotata, an poſſit petere dotis ſupplementum ab hæredibus paternis?

44 Filia dotata à patre, quòd non poſſit petere ſupplementum, intelligitur, ubi ſtatutum diſponit, ut ultra paragiũ, nihil aliud ulteriùs petere poſſit.

45 Conſtitutio Regni in aliquibus diſponit excluſionem fœminarum, ſtantibus maſculis: ſed vult, ut dotentur de paragio, & ſic non excludit eas à petitione ſupplementi ipſius paragii.

46 Lex patris dotantis, opportuno conſilio confidit.

47 Patri quod competens viſum fuit, minimè debet alteri videri incompetens.

48 Amor paternus omnia vincit.

49 Læſio enormiſſima ubi adeſt, ibi & dolus etiam.

50 Parentes quandoque malè ſe habent ergà filios, præſertim ubi conſideratur læſio.

51 Filia, ſi ſciviſſet maiorem dotem ſibi competere in bonis paternis, non renunciaviſſet.

52 Mulierum genus eſt tenaciſſimum; & rarè donant, & renunciant.

53 Filius, qui accepit in vita à patre legitimam, eiuſque ſupplemento renunciavit, an poſt patris mortem id petere poſſit, auctis paternis facultatibus? Et quid in filia dotata, ſtante læſione num. 54. & 59.

55 Legitima eſt quota bonorum, & attento patrimonio mortis tempore, liquidatur.

56 Legitima verè non dicitur, quod in vita filiis à patre aſſignatur.

57 Filius conferre debet, quod habuit in vita patris, cum cæteris fratribus in compotum legitimæ.

58 Legitima, & dos augetur, auctis paternis facultatibus, ex cauſa de præterito, nempè negotiationis, litis inceptæ, aut ſimilibus.

60 Opinio non prævalet veritati.

AR-

## ARGVMENTVM.

Nonnullos poſt conflictus, ac varias, tàm ex noſtratibus, quàm exteris inter Scribentium altercationes, illa diù nimis agitata, denuò pro veritatis indagatione, examinanda proponitur quæſtio: Nùm ſcilicet filia, à Patre dotata, habito reſpectu ad facultates. quæ ei erant tempore dotationis, poſſit renunciatione non obſtante, poſt ejuſdem genitoris obitum agere, aut ejus filii ex propria queat venire perſona ad dotis, & legitimæ ſupplementum, auctis poſtea paternis facultatibus, præſertim ex capite enormiſſimæ læſionis, quæ tempore paternæ mortis manifeſtè appareat, licèt ſit dubia tempore dotationis?

Et plenè examinatis, tàm favorabilis, quàm adverſæ opinionis argumentis, nec non perpenſis hinc inde deciſionibus, ac DD. placitis, tandem communi Reipublicæ bono, dotium, ac legitimæ favori, æquè, ac læſis ſuccurrendum eſſe, concludit Author, qui rejectis contrariis, pro indubitato duo tempora eſſe in dote, ejuſque ſupplemento attendenda, fundare conatur: nempè dotationis, vivente patre, ut congruè filia dotetur, & condigno viro nubat: & tempus poſtea obitus ipſius patris, pro agnoſcenda læſione in legitima, cujus loco ſuccedit dos, & pro cujus liquidatione paterna mors eſt expectanda, cum antea, vulgatis nimis Juribus, minimè debeatur; Vndè, auctis paternis facultatibus, benè ad petendũ dotis, & legitimæ ſupplementum, dari actioni locum, ſignantèr, ubi adeſt enormiſſima læſio, evidenter oſtendit, hancque uti mitiorem tuetur ſententiam.

POſita inter ancipites, æq; ac omninò adverſas JuriſConſultorum ſententias, & ex diametro quidem oppoſitas, illa nobis occurrit iterùm di-
1 ſcutienda theſis, poſt nonnulla, non parvi momenti certamina, quæ diffusè paulò antea exaravimus, *præcedēti Controverſia quarta*, præſertim ex noſtratibus, quòad læſionis materiam in mulierum renunciationibus, acceptis dotibus: num ſcilicet in enunciata læſione attendi debeat tẽpus dotationis, an verò obitus genitoris dotantis; itaut filia, quæ videbatur congruè à patre dotata, attento patrimonio tẽpore dotationis, & quòad bona, quæ ei tunc erant, ſignantèr, quando legitimæ, ac dotis ſupplemento ipſa renunciavit, poſſit nè poſt patris obitum agere, vel eius filii ex propria venire perſona, matre renunciãte præmortua, ad præfatũ dotis, ſivè legitimæ ſupplementum, & ſupra dotem conſtitutam aliud petere, ob enormiſſimam læſionem in paternis hiſce facultatibus, quæ reperiantur auctæ, ac notabilitèr excedentes?

At quia in quæſtione propoſita ſunt de
2 more DD. in duas acies diviſi, ut cõtroverſi caſus deciſioni occurramus, de bellatorum robore quamplura priùs ſunt pro utraque parte inquirenda; nec non unà cum vi valorem pariter, eorumque in auctoritatibus pondus ſpectemus, oportet, & ità quibus ſit adhærendum, pro veritate diſcamus.

Prima quidem facie pro parte aſſeren-
3 tium, nullam competere actionem, nec ipſi filię, viro condigno nuptæ, ac congruentèr dotatæ, nec eius filiis poſt eius mortem, tàm quòad legitimam, quàm ad ipſius legitimæ, & paragii ſupplementum, defuncto patre dotante, virtute non ſolùm Conſtitutionis Regni, verùm etiam pręfatæ renunciationis vi, inter cæteros ſe offerunt, poſt *Peregrin. de fideicom. art.* 42. *nu.* 40. ubi *Cenſal. Maſcard. concl.* 983. *num.* 9. *de probatian. Boer. deciſ.* 62. *Menoch. de Arbitr. Judic. caſu* 149. *num.* 17. *& caſ.* 156. *nu.* 35. cum aliis, quos refert *Reg. Rovit. conſ.* 36. *vol.* 2. inter noſtrates hujus ſententiæ, acerrimus propugnator,

ex

ex doctrina præſertim *Aſſlict. in conſtit. in aliquibus nu. 37. & Marantæ in diſp. 10. num. 22. verſ. non inſpicitur tempus*, ſcilicet mortis, ipſe ait, ſed dotationis factæ, & congruenter aſſignatæ, licet facultates paternæ poſtea accreverint in maxima quantitate; non enim eſt habenda ratio augumenti poſtea contingentis, nec eſt inſpiciẽdum tempus mortis ipſius dotantis, ſubdit ipſe *Reg. Rovit. loc. cit. num. 11.* ubi *Conſil. Altomar.* qui ad propoſitum allegat *Cavalcan. deciſ. 32. num. 15. lib. 3. Graſſ. deciſ. 2. num. 21. Maſtrill. dec. 1. nu. 15. Caſtill. controv. 2. num. 43. lib. 3. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. par. 1. num. 8. Mantic. de tac. & ambig. tom. 1. lib. 12. tit. 24. num. 4. & ſeq. Ciarlin. contr. for. lib. 1. cap. 97. Alex. conſ. 180. & 181. Amat. reſol. 23. num. 5.* & præſertim in filia moniali hoc teſtatur *Merlin. controv. 3. num. 12. lib. 1. Thor par. 1. compend. dec. verb. filia congruè dotata, Camil. Salern. in conſuetud. ſi moriatur in apoſtill. incip. Paragium, verſ. & in iſto caſu fol. 96.* cũ aliis id aſſerẽtibus, quos refert *P. Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. par. 3. quæſt. 7. nu. 12.* ubi pariter meminit deciſionum, quas tradit *Camil. Salern. loc. cit. lit. F.*

Ex altera verò parte, læſis ſuccurrunt
4 alii maximi nominis DD. acerrimè ſuſtinentes, minimè attendi debere tempus dotationis, ſed tempus mortis patris dotantis, ut videri poſſit, ſi filia eſt enormiter læſa in paragio, ſeu legitima, ad quam petendam poſt ipſius patris obitum, nec anteà
5 datur ei, aut filiis ex ea natis, actio, per *tex. in l. cum quæritur, C. de inoffic. teſtamento*, & præcipuè inter anteſignanos, inſpiciatur queſò *Luc. de Penn. in l. in his col. 3. in fin. verſ. item pone, C. de præd. & omni. rebus navic. lib. 11. Conſil. de Medic. conſ. 25. per tot. & ſignanter num. 11. & 12. Gramm. deciſ. 101. num. 27.* ubi ita deciſum refert poſt *Deci. conſ. 276. num. 5. vol 1.* cuius meminit *Danza ad Gram. ubi ſupra & deciſ. 57.* & in propriis terminis *dict. Conſtit. Regni in aliquibus*, ſic judicatum pariter refert *Afflict. deciſ. 160. ubi Vrſill. & idem Afflict. in conſtit. Regni, Fratribus num. 12. Peregrin. dec. Patau. 3. num. 5. Reg. de Ponte conſ. 65. tom. 1. & in tract. de poteſt. pror. tit. 9. de ſucceſſ. mulier. in princip. num. 3.* ubi de illa tàm decantata deciſione, Duciſſæ Nuceriæ, cum Principe Oſtiliani, mentionem facit; & advertit, quod poſt ſententiam partes devenerunt ad concordiam, & fuerunt auctæ dotes, uſque ad alios ducatos trigintamille. Quemadmodum pluries pro augumento legitimæ, & ſupplemento paragii, deciſum etiam tradũt *Theſaur. queſt. for. lib. 4. q. 4. nu. 11. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 99. & conſult. 77. num. 47. Præſ. Amat. conſ. 59. nu. 5. Thor. in compend. dec. tom. 1. verb. filia congruenter dotata, Reg. de Marin. cap. 93. reſol. lib. 1. ubi Rodoer. Conſil. Rocc. reſp. 66. num. 9. lib. 1.* poſt alios innumeros allegatos à *Cutell. de donat. tract. 1. diſc. 2. par. 14. à nu. 18. Camill. Larat. conſ. 26. à num. 36. Conſil. Provenzal. ad Conſuetud. Neap. obſerv. 12. & Paſcal. de vir. patr. poteſt. par. 2. cap. 4. num. 186.*

Pro priori autem parte, in pugna
6 capeſſenda, militant primi ſupra denunciati DD. nonnullis muniti rationibus, & principaliter, quia præallegata noſtri Regni *Conſtitutio, in aliquibus*, excludit omninò fœminas, ſtantibus maſculis, à ſucceſſione paterna, dummodò ipſę dotentur congruenter de paragio, quæ dos, ut alibi pluries dictum eſt, & ex communi omnium ore, ſuccedit loco legiti-
7 mę, & in legitimam eſt omninò ſubrogata; ergo nulla alia portio, jure naturæ debita, ad dictas fœminas ſpectare poteſt, nec aliquid aliud eis ſupra dotem conſtitutam debetur, ut expreſſim etiã tradit *Bald. in l. maximum vitium, quæſt. ult. C. de lib.*

*præter. Angel. conſ.* 105. *in fin. Clar. in §. teſtamentum quæſt.* 32. *Menoch. de arb. Jud. d. lib.* 2. *caſu* 149. *num.* 5. 13. & 25. *Boer. quæſt.* 62. *num.* 1. & 14. cum aliis, quos cumulat, & ſequitur *Burſat. conſ.* 248. *à num.* 1. *cum ſeqq. vol.* 3.

Moventur ſecundò alia præcipua ratio-
8 ne, priori etiam innixa, quia eadem Conſtitutio, ut clarè conſtat ex verbis, nihil diſpoſuit circa filias, jam nuptas, & dotatas, ſed tantùm colligitur ex ea, fuiſſe proviſum circà innuptas, & in capillo exiſtentes poſt patris obitum; & ità omiſſis, filiabus nuptis, quæ præſumuntur congruenter dotatæ, voluit ſolùm Conſtitutio conſulere innuptis, quibus patri, morte prævento, proſpicere, non fuit permiſſum.

Item his tertiò addunt, attendendum eſſe patris dotantis patrimonium, nõ
9 mortis, vel ſucceſſionis, ad dotem congruam inſpiciendam, ſed dotationis tempore, maximè accedente ſolemni renunciatione, cum juramento facta per filiam dotatam, tempore receptionis dotis, ut ajunt *Bald. in l. pactum quod dotali,* 6. *oppoſ. C. de collation. Boer. deciſ.* 62. *Cephal. conſ.* 501. *num.* 58. & 59. & *conſ.* 502. *num.* 11. *vol.* 4. *Jaſ. conſ.* 104. *col.* 3. *poſt med. lib.* 2. *Burſat. conſil.* 249. *num.* 18. & *conſ.* 250. *num.* 67. *Peregrin. de fideicom. d. art.* 42. *nu.* 40. *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 12. *num.* 26. *Ruin. conſ.* 56. *vol.* 3. quos cum aliis refert ad propoſitum *Reg. Rouit. d. conſ.* 36. *num.* 12.

Rurſus hoc idem corroborari, etiam fatentur, data legitimæ paritate, quæ
10 licet debeatur tempore mortis patris, per *d. tex. in l. cum quæritur, C. de inoffic. teſtam.* tamen ſi ipſe pater illam filio congruam in vita aſſignaverit, & filius legitimę, ejuſque ſupplemento in ſpecie renunciaverit, auctis poſtea paternis facultatibus, minimè augeri poſſe videtur, ex traditis per *Alex. cit. conſ.* 180. & 181. *Ant. Gomeſ. in l.* 22. *tauri num.* 4. *Præſ. de Franch. deciſ.* 133. *num.* 8. & *Præſ. Amat. conſ.* 23. *num.* 5. & 6. cum aliis, per eos relatis.

Idq; ulteriùs confirmant ex nonnullorũ
11 ſententia, abſolutè aſſerentium, filiã, à patre dotatam, ſemper cenſeri congruenter dotatam; ità *Bald. in auth. res quæ, nu.* 16. *C. de legat. ubi Paul. de Caſtr. num.* 8. & *conſ.* 275. & 408. *num.* 2. *Afflict. in d. conſtitut. in aliquibus in fin. Maſtrill. deciſ.* 11. *nu.* 15. *Fontanell. de pact. nuptial. loc. ubi ſup. num.* 8. *Maſcard. de probat. concl.* 621. *Staiban. conſ.* 11. *num.* 9. *Molfeſ. in comm. ad Conſ. Neap. tom.* 1. *par.* 4. *quæſt.* 12. *num.* 23. *Præſ. de Franch. in addit. ad Conſuetud. Si moriatur incipient. circa principium fol.* 94. *Caput. ſup. d. Conſuet. par.* 2. §. 3. *num.* 29. *Theſaur. d. lib.* 4. *quæſt. for.* 4. *num.* 11. *Farinac. tom.* 2. *deciſ.* 940. *num.* 6 *Anton. Fab. lib.* 2. *Cod. tit.* 3. *de pact. defin.* 21. *R. Capyc. Latro deciſ.* 49. *Conſil. Rocc. d. reſp.* 66. *num.* 9. *lib* 1. ea præcipua
12 ratione, quia nemo præſumitur meliùs, quàm pater benè conſulere filię, nec eam voluiſſe fraudare, cenſetur, præſertim tempore dotationis, ex *tex. in l. nec in ea, ff. de adult. l. fin. C. de Curat. fur.* & *aliis, l. patre furioſo, ff. de his, qui ſui, &c. Paul. de Caſtr. conſ.* 275. *num.* 6. *p.* 1. quem ſequuntur *Dec. conſ.* 26. *num.* 88. *vol.* 3. *Cephal. conſ.* 502. *num.* 3. & 16. *vol.* 4. *Burſat. conſ.* 248. *num.* 4. *vol.* 3. *Decian. conſ.* 6. *num.* 40. *cum ſeqq. vol.* 1. & *Anton. Fab. ubi ſup. defin.* 20. *num.* 13. *lib.* 2. *C. tit.* 3.

Nec tandem hi, qui ſunt de hac claſſe,
13 obſtare ajunt *deciſ.* 160. *Afflict.* in cõtrarium adductam, ex qua fuit decretum, dotem in filia nupta non debere eſſe minorem legitima portione, ei de jure naturæ ſpectante; quia non loquitur quando filia fuit dotata ab ipſo patre in vita, de ſuis bonis, ut poſſit poſt ipſius patris obitum in eiſdem bonis paternis legitimam

Digitized by Google

14 timam, aut ejus ſupplementum habere; ſed ut dotata à patre de bonis paternis, tantùm conſequi poſſit paragium in bonis maternis, de quibus non fuit dotata, quod nequit, eſſe minus legitima: aut dotata ab extraneo,
15 ut poſt patris mortem paragium in bonis paternis etiam petere poſſit; Qui duo caſus procedunt abſque ea DD. controverſia, de qua hìc agitur, nempè de filia, à patre dotata de bonis, quæ ipſi erãt dotationis tempore.

Ex adverſo verò adſunt cęteri, contra-
16 rium ſtrenuè ſuſtinentes, ut antea annuimus, aliiſque non mediocris conditionis armati argumentis, ad prælium accedunt: Primò etenim aſſerentes, quòd ex præfata *Conſtitutione in aliquibus* diſpoſitum, licet inveniatur, filiam à patre dotatam repelli à ſucceſſione ipſius patris; attamen non excluditur illa à conſequutione cõgrui paragii, nec ab illius ſupplemento uſque ad valorem legitimæ, attento tempore mortis patris, ut in terminis eiuſdem *conſtitutionis* judicatum refert *Afflict. dict. deciſ.* 160. & etiam inter noſtrates defendit *Conſil. de Medic. dict. conſil.* 25. *num.* 9. & teſtatur pariter idem *Reg. Rovitus*, quamvis adverſarius *dict. conſ.* 36. *num.* 1. *lib.* 2.

Secundò inſurgunt, ipſi etiam aientes,
17 [illegible] paragii ſupplementum, uſque ad quantitatem legitimæ unicuique competens, mortis tempore inſpecto, [illegible] non poſſe: quia præcitata *Conſtit. in aliquibus* habet locum, mortuo [illegible] ab inteſtato tãtùm, non autem [illegible]mento (prout eſt caſus præſentis controverſiæ) & in concurſu maritatæ cum cæteris ſororibus in capillo, quæ non fuerũt dotatæ, ut ab illis dotata excludatur, ſed non ab hoc ſupplemento, ſi nimirum ipſa reperiatur læſa in legitima portione, juxtà declarationem *Andr. de Iſern. in d. Conſtitut. In aliquibus col.* 3. *in verbo, quintum decimam circà princip. & Afflict. ibid. col.* 5. *in* 5. *quæſt.* & prout in ſimilibus caſibus voluit *Bald. conſ.* 452. *lib.* 1. *Dec. conſil.* 180. *col.* 1. *in fin. & Ruin. d. conſ.* 40. *lib.* 3.

Tertiò addunt etiam, quòd quamvis
18 filia maritata, & à patre dotata de jure ipſius *Conſtitutionis Regni in Aliquibus*, repellatur à ſucceſſione patris; tamen ſibi debentur dotes de paragio, non ſimpliciter, ſed ſecundùm facultates paternas, & numerũ filiorum, æquè, ac congruas, cum viro condigno ſit nupta; quod paragiũ, ex communi Sapientum interpretatione, minus legitima eſſe non poteſt; Quinimmò, ut poſſit etiam eſſe quandoque ultra legitimam, tàm attenta hujus *Conſtitutionis*, quàm etiam noſtræ *Neapolitanæ Conſuetudinis* diſpoſitione habetur, ex traditis per *Andr. in d. Conſtitut. In*
19 *aliquibus num.* 9. *verſ. nos dicimus, in dando paragio, non attendi quantitatem valoris portionis tertiæ, vel etiã dimidiæ, ſed illam quantitatem, pro qua poſſit pari nubere*. Et *Napodan. in Conſuetud. Si moriatur, verſ. eas autem, in gloſ.* ſuper verbo, *paragiũ*, cum *Afflict. in Conſtitut. Ut de ſucceſſion. verſ. conjugata num.* 23.

Statutum enim, item aiunt, repellens fęminas à ſucceſſione propter ma-
20 ſculos, non cenſetur excludere eas à legitima, ſivè ſupplemento ipſius; Immò ſi mandat [illegible] nõ debet eſſe [illegible] legitima. Ita *Salicet. in auth. res quæ;* C. *commun. de legat. Alex. conſ.* 7. *num.* 6. *cum ſeq. vol.* 2. *Curt. ſen. conſ.* 27. *nu.* 43. *& conſ.* 37. *num.* 6. *Bened. in cap. Raynutius in verb. duas habens filias, de teſtam.* hancq; eſſe communem ſententiam apud omnes, dixit *Socin. in l. Hæredes mei,* §. *cum ità, col. pen. ad Senat. Conſ. Trebell. & conſil.* 150. *circa fin. Loffred. conſ.* 26. *col.* 4. *verſ. præfatis, Curt. conſ.* 25. *vol.* 2.

Et denique, prò confirmatione eorum
21 ſententiæ, concludunt à fortiori, quòd illa nempè regula ex omnium

mente deſumpta, ut ſcilicet iuxtà
quantitatem legitimæ, ſemper para-
giũ liquidari debeat, & ità iudicis,
aut boni viri arbitrio, dos congrua
intelligatur, ut ſuprà retulimus, & ali-
bi ſæpiſſimè, præſertim *contr.27.vol.*
*2. à nu.68. cum ſeqq.* & fallit ubi, nec
22 legitima ſufficeret ad inveniendum
virum condignum; nam tunc dos de
paragio legitimam excedere debet,
& uſque ad virilem, aliquando etiam
aſcendere poteſt, ut ex noſtratibus,
fatentur *Capyc. in addit. ad Conſuet.*
*Neapol. incip. ſi moriatur fol. mihi*
*94. in addit. incip. an mulier. Io. An-*
*gel. Piſanell. ibid. in addit. incip. cir-*
*ca paragium, & Ant. de Alex. in ad-*
*dit. 1. ad eandem conſuet. in princip.*
*ex Soccin. in conſ. 288. num. 20. verſ.*
*confirmantur.* Vndè ſequitur, quòd
ſicuti aliquando dos debet, legitimã,
23 cauſa dignioris matrimonii, excede-
re, & poteſt etiam uſque ad virilem
traſcendere, ità pariter ullo modo
debet, eſſe minus legitima, nimirum
minus dimidia, vel tertia parte bono-
rum; Nam quod iuris eſt in augu-
mento, debet eſſe de diminutione. *l.*
*in ratione 30 & l. in quantitate*
*33. ff. ad leg. Falcid.* Et quod opera-
tur propoſitum in propoſito, idem &
24 operatur oppoſitum in oppoſito *l.*
*& ſi contra 35. ff. de vulg.* Et ita in
propriis terminis augendæ, vel mi-
nuendæ dotis argumentatur *Soccin.*
*dict. conſil. 288.* alioquin ſequeretur,
quòd ſi filia abſque paterna dote poſ-
ſet pari nubere, minimè teneretur
pater eam dotare de paragio, quod
eſt falſum, & contra *tex. in l. cum ibi,*
*& l. fin.* C. *de dot. promiſſ.* maximè
cum *in Conſtit. Regni in aliquibus*
non dicatur, ut annuimus, ſimplici-
ter, ut detur dos ſecundùm paragiũ,
ſed additur ibi: *pro modo facultatum*
& ſic inquit *Dec. conſ. 26. num. 5.*
verbum *paragium*, non importare,
25 quòd æqualiter filiæ ſint dotandæ,
ſed ut pari nubant, iuxtà paternum
patrimonium *Preſ. Amat. dict. conſ.*
*59.* Et dotem hanc de paragio mul-
tipliciter liquidari, ac vario modo ta-
26 xari in hac Civitate, & Regno Nea-
polis, fatentur inter alios *Conſ. Staib.*
*reſol. 102. tom. 2.* & præſertim *à num.*
*37. & Reg. Capyc. Galeota contr. 16.*
*tom. 2.* ubi diverſas S. C. deciſiones ad
propoſitum refert, iuxtà varias facti
contingentias, ſed paragium ſemper
fuiſſe liquidatum, ait, iuxtà legitimã
portionem, & plus equidem, ſed non
minus legitima, & præcipue *à num.*
*22. cum ſeqq.* attento ſcilicet tempo-
re mortis illius, ex cuius bonis ipſa le-
gitima debetur.

His igitur poſitis, ac pro utraque parte
27 exaratis, ſuiſque aptiſſime, ſedibus
collocatis, quis unquam dubitabit, vi-
ctoriam ſemper pro hac ſecunda Do-
ctorum claſſe eſſe ſperandam, in qua-
libet facti conſimilis contingentia, eiſ-
dem profectò munita circumſtantiis,
minimè refragantibus dictis per aſ-
ſeclas primæ claſſis, aſſerentes nem-
pè, tempus dotationis eſſe inſpicien-
dum, & non mortis patris dotantis,
quo tempore oritur jus ad legitimã,
& ad illius ſupplementum, ut princi-
piò annuimus, *ex tex. in l. cum quæ-*
28 *ritur C. de inoff. teſtam.* Nam tunc
congrua dos exiſtimatur, quando
juxtà qualitatem legitimæ eſt taxa-
ta, tàm Iudicis, quàm boni viri arbi-
trio, non dum ex natalium dignitate
coniugum, ſed ex modo, & qualitate
facultatum dotantis, ex cuius bonis,
nõ minus legitima debetur, & ſic poſt
eius obitum, & non antea *l. quæro*
*61. & l. cum poſt 70. §. Gener ff. de*
*iur. dot. l. ſi filiæ pater 41. ff. de leg.*
*3. Bald. conſ. 68. num. 3. conſil. 457.*
*num. 4. in fin. Salicet. in auth. noviſ.*
*quæſt. 11.* C. *de inoff. teſtam. & dict.*
*auth. res quæ in prin.* C. *commun. de*
*legat. l. ſancimus in fin.* verſ. 4. C. *de*
*nupt. Dec. conſ. 89. num. 4. verſ. cu-*
*ſu, conſ. 106. verſ. & quia conſ. 180.*
*num. 5. conſ. 379. nu. 13. & 14.* poſt
*Andr. de Iſern. in d. Conſtitut. in ali-*
*quibus col. 7. verſ. ſed hoc paragium.*

*Dec.*

*Dec. conſ.* 392. *num.* 2. *Andr. Gaill. pract. obſer. lib.* 2. *cap.* 147. *num.* 6. *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.* 2. *caſu* 149. *per tot. Soccin. d. conſ.* 100. *num.* 11. *vol.* 3. inquiens ibi, in cauſa nimis ardua, fuiſſe pro filia pronunciatum, juxtà Conſilia quamplurimorum Juriſprudentũ in Civitate Florentiæ, & idem *conſ.* 57. *nu.* 28. *vol.* 4.

Vnde ipſe, ut ingenuè fatear, licet ſu-
29 ſtineri, poſſe cenſeam aliquoties priorem ex præmiſſis ſententiis, attentis aliquorum Doctorum placitis, ac rationibus per eos adductis, iuxtà varias facti circumſtantias, quæ diverſimodè accidere poſſunt; Nihilominus minimè ab hac ſecunda recederem, clariori opinione, huicque adhærere mihi valdè placet: non ſolùm, quia reperitur illa validioribus munita rationibus, ac ſolidiſſimis vallata argumentis, & S.C. aliorumque Tribunalium deciſionibus, ac prudentum maximæ æſtimationis, authoritatibus, ſed etiam quia naturali lumine magis clareſcit, & fulget pro mulierum auxilio, quibus etiam ſuccurrere, earumque filiis proſpicere, nimis Reipublicę intereſt, æque ac pietati conſonum, non parum videtur.

Eandemque libenter etiam opinionem
30 amplector, ex eo potiſſimùm, ultrà rationes adductas, quia neminem latet, ut diximus, *dict. contr.* 27. actionem de inofficioſa dote filiis competere, uſque ad eorum legitimam con-
31 ſequendam, attenta diſpoſitione *tit. C. de inoff. dot.* prout de teſtamento ex *tex. in l. un. C. de inoff. teſtamen.* mortuo nempe patre dotante, ſecus verò eo adhuc vivente. Eſt enim
32 *Titulus Codicis de inoff. dotibus* introductus, ad inſtar quærelæ de inofficioſo teſtamento, quæ filiis tantum poſt genitoris obitum competit, & non in vita, *Glos. in l. ſi totus ubi Bart. & Salicet. C. de revoc. donat. Napod. ad conſuetud. Neap. in* §. *eas autem num.* 60., *Afflict. deciſ.* 86. *ubi Add. Gram. dec.* 90. *Præſ. de Franch. deciſ.* 170. Ex quibus habetur, filios
33 non poſſe dotem inofficioſam revocare, etiam ex conſenſu parentum, qui uti adhuc viventes, non debent permittere contra factum proprium in vita, quod poſt mortem tantùm ad filios ſpectat, & non antea, ob varios temporis, & fortunæ eventus, *l. poſt mortem ff. de adoption. de Luc. in addit. ad dec.* 120. *Præſ. de Franch. Ricc. collect. deciſ.* 180. *Molfeſ. tom.* 1. *comment. ad Conſuetud. par.* 4. *qu.* 26. *num.* 7. *Vrſill. ad Afflict. dec.* 86. *Reg. de Ponte dec.* 39. *num.* 29.

Ità à pari, quo pacto poteſt eadem dos,
34 quæ fuit minus legitima, vel paragium, ejuſque ſupplementum, ex cauſa præfatæ læſionis liquidari, niſi poſt patris mortem, cum eo tempore taxari debeat legitima, inſpectis nempè paternis facultatibus, & ſtatu patrimonii ipſius, tempore obitus, cum nulla penitus in dicta legitima, vel dotis ſupplemento, antea competebat actio, ex eiſdem regulis, ut quicquid ſcil. propoſitum operatur in propoſito, idem & operatur in oppoſito, *d. l. etſi contra, ff. de vulg.* &
35 idem, quod de dotis diminutione, ob inofficioſitatem, diſpoſitum invenitur, idem de illius augumento, ob læſionem, dicendum omninò videtur, ex *d. l. in ratione* 30. *& l. quantitate* 33. *ff. ad leg. Faicid.*

Nec valet dicere (ſi quis arguere vellet) cũ *Rou. d. cõſ.* 38. *n.* 13. *& Molf. loc. cit.* ut ſicuti filia dotata in vita, non poteſt cogi ad reſtituendum id, quod recepit ultra legitimam, habito re-
36 ſpectu ad tempus mortis patris, in caſu diminutionis ipſius patrimonii, ità in caſu augumenti patrimonii paterni, non debet petere ſupplementum, attento eodem tempore mortis, ex alia vulgata nimis Juris regula, quòd quis non debet petere id, cujus contrariũ in caſu contrario non fuiſ-
37 ſet poſtulaturus, *l. pen. ubi gloſ. C. de ſolut.* Nam diſpar eſt ratio, quia in primo caſu dos haud poteſt minui, cum

Digitized by Google

cum ſit aſſignata, & conſtituta juxtà conditionem matrimonii contracti,
38 paterni patrimonii facultates,& numerum filiorum tunc temporis, & juxtà normam à Jure, & per DD. ſtatutam in paragii taxatione, quæ vario modo practicatur,juxtà varias facti circumſtantias, quæ accidere poſſunt, in matrimoniis contrahendis, ut diffusè teſtantur *Reg. Capyc. Galeota d. controu.* 16. *per tot. & Conſil. Staib. d. reſol.* 102.*tom.* 2. & poteſt pariter aliquãdo traſcendere,
39 virilem portionem.In ſecundo verò caſu, de quo hic agitur, dotis ſupplementum debetur propter læſionem,cui jura ſuccurrunt,ſtatim poſt patris obitum; ſicuti quando cæteri filii,ob dotem inofficioſam ſunt læſi etiam in eorum legitima; & ita ſemper in caſu læſionis, & non alia cauſa datur poſt patris obitum hęc actio ad legitimam,ſive ad eius ſupplemẽtum,nec aliter,aut alia via.

Reſpondetur item ſecundò huic, atque
40 cæteris ex adverſo oppoſitionibus, juxtà mentem *Conſtitutionis Regni*, circa excluſionem dotatę à ſupplemento paragii, inſpectis facultatibus tempore mortis patris; Nam nulli dubium eſt,quòd favore filiarum,nubentium, & nuptarum,duo conſideranda ſunt tẽpora, ut dos de paragio dicatur congrua,& competens,attenta qualitate matrimonii: Alterum ſcilicet,vivente patre,ex neceſſitate paterni muneris, dotandi filias,*ex l.qui liberos ff.de rit.nuptiar.* Et hoc tem-
41 pore congruitas dotis æſtimatur iuxtà facultates paternas,numerum filiorum,& conditiones perſonarum *l. quæro ff. de iur. dot. & l.ſi filiæ ff.de leg.3.* Et ſic non conſideratur, ut legitima portio, tanquam illa quæ poſt mortem debetur, ſed prout dos de paragio,quæ iuxtà coniugũ conditionem, & facultates paternas in vita debetur, quo tempore non tractatur de tali eius excluſione à ſucceſſione patris: Alterum verò tempus conſideratur in dotis competentia,quo filia à ſucceſſione patris omninò exclusditur, ut in terminis præfatæ *Cõ-*
42 *ſtitutionis Regni in Aliquibus*; Et hoc tempore dos competens intelligitur uſq; ad legitimam, ità ut dos minor ea, eſſe non poſſit; & tunc ſi fuerit ipſa filia dotata à patre in eius vita, minimè prohibetur petere poſt ejus mortem legitimæ ſupplementũ, ſignanter ſi reperiatur in ea læſio, ità *Dec.* in terminis ejuſdem *Conſtitutionis*, hanc eſſe communem ait ſententiam *d. conſ.* 276. *Luc. de Pen. loc. cit. Bald. novell. de dote privil.* 17. *Jaſ. in d. auth. noviſs.col. pen. de inoff. teſtam.* Corn. *conſ.* 100. *vol.* 3. *Brun.de ſtatut.exclud. fæm.à ſucceſſ. in* 2. *caſ. num.* 6. *Benedict. de Peruſ. conſ.* 6. ubi Bononiæ, ità ſæpè fuiſſe
43 judicatum tradit; & idem deciſum contra *Reg.de Marin.*refert *Reg.Capyc.Latr. d. deciſ.* 99. in cauſa etiam naturalis filiæ, à patre in vita dotatæ, cui non fuit denegatum,potuiſſe petere dotis ſupplementum, præter cæteros DD. relatos à *Conſ. de Mediciſ.,d conſ.*25.*nu.*12.& *Conſil. Provenzal.ad* Conſuetud. *Neapol. dict. obſeruat.* 12. *num.* 6.

Neque rurſus obſtat, quod inquiunt
44 Adverſarii de ſtatuto, excludente fęminas propter maſculos, ut eo attento, filia à patre dotata in vita non poſſit petere ſupplementũ congruæ dotis poſt ejus mortem, ſcilicet uſq; ad legitimam; nam hoc procedere ſanè poſſet, quando ſtatutum diſponeret, ut filia à patre dotata,nihil ulterius petere queat, tunc enim eſſet pœnitùs excluſa à petitione ſupplementi legitimæ; non ita in caſu præſenti, cum ex *præcit. Conſtit.in ali-*
45 *quibus*,minimè habeatur, quòd filia nihil ulterius petere poſſit, ſed ut, ſtantibus maſculis, fęminæ non ſuccedant, at eis conſtituatur de paragio dos, quæ ullo modo poteſt, eſſe minor legitima poſt patris mortem.

Vndè nec etiam dicere valet, quod lex in

46 in patre confidit, cum nemo præſu-
matur,melius conſilium capere pro
filiabus, niſi ipſe pater, eis dotem aſ-
ſignando, ex *l.nec in ea 22.in fin.ff.*
47 *de adult.* Et quod patri competens
viſum fuit, non debet alteri incom-
petens videri, *l. ſi furioſo 16.ff. de*
*Curat.furioſ.* dum nullus amor vin-
cit paternam charitatem, *l. fin. in*
48 *princ.C. eod. tit.* Quia hi DD. ſu-
ſtinentes, non poſſe filiam, ultra do-
tem in vita congruè ei conſtitutam,
aliud petere poſt patris mortem, ex
*Dec.* præcipuè *conſ.*26. non benè cō-
ſiderant, quòd hæc obiectio in pro-
poſita ſpecie facilè tollitur; nam da-
ta pro vera *Decii* opinione, & aliorũ
ubi ſupra, hoc intelligi debet, quo-
ties non adeſt dolus, & in dotatione
ulla læſio, ex *tex.in l. ſuperſtite*, C.
*de dol. Bart. in l. ult. ff. de præcar.*
49 *ſtipulat.* Quis enim dicet, nòn poſſe
filiam agere ad ſupplemētum dotis,
& legitimæ, ſi in ea enormiſſimè in-
veniatur læſa, ut etiam *Paul. de Ca-*
*ſtr. in d. conſ.* 275. Qui licet anteſi-
gnanus fuerit contrariæ opinionis *n.*
6. tamē aſſerit, cum *Surd.conſ.*148.
*Dec.conſ.*26. *Soccin.conſ.*288. de pa-
tre non præſumi pravum conſilium,
50 niſi ex magno exceſſu dolus argue-
retur, ſcilicet enormiſſimæ læſionis,
ut in caſu noſtro. Quandoque enim
parentes malè ſe habent ergà filios,
51 *l. 4.ff.de inoffic. teſtam.* Immò ſi fi-
lia ſciviſſet, magnam dotem ſibi de-
beri in bonis paternis, utique illis nō
renunciaſſet, *argum.l.cum in debito,*
*ff. de probat.* cum tenaciſſimum ſit
mulierum genus, *l. ſi ego, cum gloſ.*
52 *ad S.C.Vellejan.* & raròaccidit, mu-
lierem jus ſuum remittere, niſi dece-
ptam, *l. ſi ita à ſponſo, §. quod ſi à*
*ſponſa, C. de donat.ant-nupt.* & con-
trà eius naturam facit, quando do-
nat, *l. ſi ſtipulata, §. 1. de donat.* &
proinde de hoc conſilio paterno cu-
randum non erit, quoties ipſe in do-
tatione filiæ, excluſionem deducere
intendit, nam habetur tanquam præ-
do, & non bonus conſiliarius, ut opti-
mè obſervant *Ant.Fab. in tit. C. de*
*inoffic.teſtam. defin.*23. *verſ. ſin mi-*
*nus*, Camill. *de Medic. d. conſ.* 25.
*num.*4. *Præſ. Amat. d.conſ.* 59. *nu.*4.
& *Ferrer. in addit ad deciſ. Guid.*
*Pap.* 226. inquiens, quòd ſi prędicta
aſſertio de conſilio paterno eſſet ve-
ra, & non fallax, ut experientia nos
edocet, fruſtra Legiſlatores, tot tra-
ctatus de inofficioſo teſtamento, &
de inofficioſa dote, edidiſſent, ſi pa-
ter ſemper benè filiis conſuleret.

Ruit tandem ex his etiã Partis adverſę
53 argumentum, deductum à paritate
legitimæ, in vita filio aſſignatæ, cu-
jus ſupplemento, ſi ipſe in ſpecie re-
nunciaverit, auctis poſtea paternis
facultatibus, minimè ei permitti, ajũt
aliqui, actionem ad idem petendum,
& proinde ita etiam dicendum eſſe
in dotis ſupplemento, cui in ſpecie
renunciavit mulier dotata; nam in
utroq; caſu, tàm legitimæ filii in vita
conſtitutę, quàm dotis filiæ aſſigna-
tæ, quando adeſt læſio, præſertim e-
normiſſima, non datur ullo modo lo-
cus huic contrariæ ſententiæ, quod
54 nec minus, ſomniantes dixere DD.
ſed benè poſſunt læſi petere, & dotis,
& legitimæ ſupplemētum, auctis pa-
ternis facutatibus, ut teſtantur uno
ore in propriis terminis legitimæ, à
patre in vita ejus filio aſſignatæ, *Pe-*
*regrin. de fideicom. artic.*36.*num.*19.
*Graſ. §. legitimæ quæſt.*3.*Micharol.*
*de fratribus part.*1. *cap.*33. *num.*68.
& 69. *Gratian. diſcept.forenſ.* 249.
*nu.*4.*ubi de Luca*, & *idem ad Præſ.*
*de Franch. d.deciſ.* 133. & in eiſdēm
terminis *Cancer. lib.*3.*var.reſol.cap.*
15. *de renunciat. à num.* 65. & 68.
55 ea præcipua ratione, quia legitima
eſt quota bonorum, & attento tem-
pore mortis teſtatoris liquidari debet,
cum tunc de ejus ſucceſſione aga-
tur, *l. Papinianus, §. quarta, ff. de*
56 *inoffic. teſtam.* non enim quod ſolvi-
tur, vel aſſignatur in vita per patrē
filiis, dicitur propriè legitima, ſed do-
na-

Digitized by Google

natio. Donationes autem ponuntur, in cumulo, poſtea ad detrahendam legitimam, habitu reſpectu ad tempus paternæ mortis, & quilibet ex fi-
57 liis conferre debet, quod habuit in vita à patre in compotum legitimæ, ut teſtantur *Peregrin. d. artic.* 36. *n.* 18. *Fontanel.tom.*2. *de pact.nuptial. clauſ.* 5.*gloſ.*1.*par.*3.*num.* 19. *& dec.* 573.*num.*13. *& Maſtrill.deciſ.*408. *lib.* 3. Vnde concluditur, quòd tàm legitima, quàm dos de paragio auge-
58 tur, auctis paternis facultatibus; Idq; à fortiori dicendum eſt deniquè, quoties illæ augumentum receperunt ex cauſa de præterito, nempè negotiationis antea inceptæ, hæreditatis prętenſæ, litis conteſtatæ, aut ſimilium; nam tunc abſq; ullo dubio augeri debet legitima, attento patrimonio tẽpore mortis ipſius genitoris, ità *Vrſill.ad Afflict.dec.*382. *Præſ. de Frãchis deciſ.*61. *ubi addent.Peregrin de fideicomm art.*36. *num* 24. *cum ſeqq. Ant. Fab. in ejus C. defin.* 36. *lib.* 3. *tit.*21. *Altograd. controu.* 19. *nu.* 7. quibus adhæret etiam *Conſil. Altom. in obſer.ad d.*Conſ.36. *Reg.Rov.n.*13. Ex quibus igitur, ita perpenſis, ac ſigil-
59 latim (etſi quoàd noſtras exiguas vires) ad examen deductis, liquidò cõſtat, quàm parvi faciendæ ſint partis adverſæ oppoſitiones, cum imbecillioribus clarè videantur munitæ viribus, ut tàm facilè ſuſtineri haud poſſint, juxtà expoſitas rationes favore, tàm legitimæ, quàm dotis de paragio, ejuſque ſupplemento, quoàd illius liquidationem, habito reſpectu ad tempus mortis illius, de cujus ſucceſſione agitur, ac de cujus bonis debetur, non verò dotationis tempore, ſtãte læſione, præſertim enormiſſima, minimè obſtantibus DD. authoritatibus, & in contrarium deciſionibus ſupra adductis, cum intelligi debeant, & locum ſibi vindicare poſſint in caſu, ubi non adeſſet læſio, ut in noſtra facti ſpecie, nec aliter, aut alio modo;
60 Et ità equidem in contingentiis ſẽper conſulerem, juxtà *Vlpiani* monitum, ut plus non debeat eſſe in opinione, quàm in veritate, *l. is, qui putat, ff. de acquir. hæredit.* Et propterea non particulari, ſed univerſali Reipublicæ bono, & liberorum utilitati proſpicerem, ęquè, ac ità læſis, nõ minus piè, quàm juſtè ſuccurrerẽ.

## CONTROVERSIA VIII.

Conſuetudini hujus Civitatis Neapolis, ex qua in antephato ſuccedunt filii, uti patris hærèdes, an poſſint contrahentes ſpeciali conventione renunciare, juxtà id, quod hodiè in tabulis nuptialibus ex conſueta praxi in pactum deducitur?

### *SVMMARIVM.*

1 *Filiis præmortuis, matri antephatum competit, non tanquam illorum hæredi, ſed virtute pacti, & juxtà* Juris *cõmunis diſpoſitionẽ.*

2 *Filii, mortua matre, in antephato ſuccedunt uti filii, non ut patris hæredes, hoc ſtante ſpeciali pacto in capitulis matrimonialibus, & non obſtante Conſuetudine Neapolitana, contrarium dictante.*

3 *Antephatũ ad filios pertinet poſt matris obitũ ex propria perſona, & n.*4.

5 *Pactũ ut filii ſuccedant in antephato uti filii, non vti patris hęredes, ex conſueta praxi Neap. ſervatur.*

6 *Præſertim in creditorum excluſionem, qui poſt tale pactum cum patre contraxerunt.*

7 *Et ad evitadam diſpoſitionem* Conſuetud. incip. Quartam autem, *&* Reg.Pragm.ſub tit.de donat.prop. nupt. *ut num.* 8.

9 *Sed non habet locum adverſus creditores alterius filii, ſeu fratris præmortui, cujus portio erit ſemper ejus creditoribus obnoxia.*

10 *Fra.*

10 *Frater ſuccedit alteri fratri defuncto in medietate antephati materni, uti hæres, & non ex ſua perſona.*
11 *Proprietas antephati, in hæreditate fratris præmortui, ſpectat ad alterum fratrem jure hæreditario, & non iure accreſcendi.*
12 *Filii ſicuti ſuccedunt, ut patris hæredes in antephato, niſi expreſsè contrarium ſit cautum; ità & nepotes, ex* Conſuet. Neapol.
13 *Mulieres ſecundò nubentes nonnullis ſubiiciuntur pœnis, valdè notis.*
14 *Mater, ſi ſecundas feſtinaverit nuptias, tenetur relinquere filiis ex primo matrimonio proprietatẽ lucrorum, quæ à primo viro ei obvenerunt; cum ſolum uſus ei competat, ſua vita durante.*
15 *Matre defuncta, filii prioris matrimonii ad obvẽta à primo viro, ſuccedunt, excluſis cæteris, ex poſteriori matrimonio ortis, & ad alia bona, ipſi matri obventa ex ſucceſſione alterius filii d. primi thori.*
16 *Mater ſolùm uſumfructum retinet ex bonis, ei perventis à primo viro, vel à filio prioris thori, nam proprietas eſt filiorum.*
17 *Sed hoc intellige, in bonis perventis à paterna ſucceſſione, non aliundè*
18 *Et in caſu, quo mater primo nubat, & poſtea ſuccedat; nam ſi primò ſuccedat, poſtea per ſecundas nuptias non privatur proprietate.*
19 *Mater tenetur ſervare filiis prioris matrimonii etiam quę ex cauſa necis viri acquiſivit.*
20 *Viro mortuo, mulier nubat in Domino, inquit* Apoſtolus.
21 *Filiorum favorem reſpiciunt pęnæ, impoſitę ſecundò nubentibus.*
22 *Pęnæ ſecundò nubentium ceſſant decedentibus filis: vel præcedente ipſorum, aut primi viri conſenſu, quamvis tacito, ut num. 23.*
24 *Volenti, & conſentienti nulla fit prorſus iniuria.*
25 *Impuberis conſenſus non ſufficit ad remittendas pænas matri Secundò nubenti; Sed quid, tutore conſentiente? num. 26.*
27 *Vxori donata à primo viro nobilitatis, vel iuventutis cauſa, non ſubiacent diſpoſitioni* l. fœminæ, C. de ſecundis nuptiis.
28 *Mulier filiis prioris matrimonii ſervare non tenetur, quæ ei fuerunt donata à viro plebeio, aut ſeni, quia titulo oneroſo potiùs quàm lucrativo illa acquiſivit.*
29 *Verùm reſtringenda eſt hæc concluſio tantùm in donatione, facta tempore contracti matrimonii, non autem poſtea ſequuta.*
30 Tex. in l. fœminæ C. de ſecun. nupt. *non habet locum in donatione verè remuneratoria, vel ex quacumque urgenti cauſa, & non ficta.*
31 *Mulieri donata, viri contemplatione à conſanguineis ipſius mariti, an ſubiaceãt diſpoſitioni* l. fœminæ C. de ſecun. nupt.
32 *Gemmæ, traditæ ſponſæ, à viri conſanguineis, non cenſentur ei donatę.*
33 *Quod mei contemplatione datur, mihi tantùm, nec alteri acquiritur.*

## ARGVMENTVM.

Juxtà *Conſuetudinis* noſtræ Parthenopæę Vrbis diſpoſitionem, qua ſancitur ſub *tit. de Iure quartæ*, exordiente, *Quartam autem*, in antephato filios ſuccedere uti patris hęredes, utrũ contrahentes neceſſariò tabulas nuptiales ſubſcribere teneantur: an verò ab illa, & à *Reg. Pragm.* item ſub *tit. de donat. propt. nupt.* per ſpeciale pactum recedere poſſint, ac omninò ſubiici Juris communis ſanctioni, ex peculiari, quæ hodie in praxi ſervatur, cautione, ut filii nempè in antephato ſuccedant, matre defuncta, tãquàm filii, non uti patris hæredes, in excluſionem etiam Creditorum ipſius patris, qui poſt tale pactum contraxerunt, pro viribus examinatur; Nonnullaquè de pœnis ſecundò nubentibus impoſitis, ex *text. in l. feminæ*, C. *de ſecund. nupt.* plenè exarantur.

Liberis præmortuis, ante-
phatum matri compete-
re,non tanquàm illorum
hæredi,ſed virtute pacti,
ſecundùm Juris commu-
nis diſpoſitionem, per S.
1 C. deciſum tradit *Conſ.de Anna,conſ.*
74. Idemque nobis brevi methodo,
inter cętera examinare primò acci-
dit,in cauſa Tereſiæ Grimaldi, viduæ
quondam V.J.D. Dominici Coriglia-
no; Quemadmodùm judicatum pa-
riter refert *Reg.Capyc. Latr. dec.* 63.
filiorum favore,in caſu obitus matris,
illis ſuperſtitibus, minimè obſtantibus
noſtris patris ſanctionibus, quoties
ſpeciale hoc apponatur pactum in ca-
pitulis matrimonialibus, ut filii ſcili-
cet in antephato ſuccedant, mortua
matre, tanquam filii; non autem uti
2 patris hæredes. Quamvis contrarium
inveniatur diſpoſitum per noſtram
*Conſuet.* exordientem *Quartam au-
tem, de Iure quartæ*,ubi *Napod.* cum
cæteris *Addent.* qui plenè reſpondet
*Afflict. deciſ.* 314. ubi ſuſtinetur, an-
tephatum poſt matris obitum ad fi-
3 lios pertinere expropria perſona, non
uti patris hæredes, etiam de Jure
conſuetudinario, etſi tale non adeſſet
pactum expreſſum, quamplures etiã
deciſiones contrà eum colligentes in
*Addit. ad dict. deciſ.* 314. tàm *Vrſil.
num.* 5. quàm *Piſanell.* quibus adii-
citur *Præſ. de Franc. dec.* 106. eum-
què ſectantur *Surd. deciſ.* 322. ubi
*Hodiern. in addit.* & in *deciſ.* 8. *num.*
3. *Reg. Rovit. conſ.* 4. *num.* 8. *vol.*2.
ubi *Altimar. à num.* 11. *Capyc. Latr.
deciſ.* 10. *ſub num.* 7. & *deciſ.* 63. ubi
*Gizz. in obſerv. Camill. de Medic.
conſ.* 43. *num.* 19. *Staiban. reſol.* 32.
& 80. *num.* 24. *lib.* 1. *Provenzal. ad
Conſuetud. ſub tit. de ſucceſſ. ab in-
teſt. obſerv.* 13. *nu.* 7. *Reg. de Marin.
lib.* 2. *reſol. cap.* 22. *à num.* 10. *Botti-
lier. de ſucceſſ. ab inteſt. theor.* 14.
*Taſſon. de anteph. verſ.* 4. *obſerv.* 4.
& *P. Molfeſ. in comm. ad conſuetud.
Neapolitanas, par.* 1. *cap.* 3. *tom.* 1.

Quòd autem ſuſtineatur tale pactum,
4 dùm Jure communi inſpecto idem
ſancitur *ex tex. in Auth. hæres, C. de
ſecund. nupt.* non inconſultò dixerũt
ex noſtratibus omnes, qui de hujuſ-
modi cautione fuerunt plenè loquuti.
Immò ità obſervãdum eſſe ſcripſerunt,
5 ut de illius validitate amplius contro-
verti minimè queat, *Reg. de Pont. in
tract. de poteſt. Proreg. tit.* 9. *de ſuc-
ceſſ. mulier. num.* 25. ubi ponit,à quo
tempore fuit hic paciſcendi ſtylus ad-
inventus, ut filii tãquam filii,non tã-
quam patris hæredes in antephato
ſuccedant, & *idem in conſ.* 100. *num.*
16. *Reg. Capyc. Latr. d. dec.* 63. *per tot.*
ubi tale pactum valere,& proindè eſ-
ſe obſervandum, fundat *num.* 7. *Ricc.
collect. deciſ.* 777. *Thor. in comp. de-
ciſ. verb. filii mortua matre, tom.* 1.
*Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol. cap.* 22.
*Marcian. conſ.* 53 *num.* 7. *lib.* 1. *Taſſ.
d. verſ.* 4. *obſer.* 4. *num. verò* 62. qui
alios congerunt,poſt *Præſ. de Franch.
in d. dec.* 106. ubi bis oppoſitum,jun-
ctis Aulis, deciſum invenies, ex eo
quia tali pacto expreſſo non fuit con-
6 tractum, præſertim in cauſa Credi-
torum Comitis Montellæ, cujus de-
ciſionis meminit *Molfeſ. ubi ſup. nu.*
21. tradens à tempore deciſionis prę-
dictæ, fuiſſe ſemper appoſitum tale
pactum in Capitulis matrimoniali-
bus,ut filii in ãtephato ſuccedere de-
beant uti filii, & non uti patris hære-
des, ad evitandam diſpoſitionem, tã
7 præfatæ *Conſuetudinis, incip. Quar-
tam autem*, quàm *Reg. Pragm. unic.
ſub tit. de donat. propt. nupt. ſivè an-
teph.* juxtà quã antephatum reſtitui-
tur hæredibus patris, defuncta demũ
matre, ſivè illius vxore, extent, vel
non extent filii, prout etiam teſtatur
*Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol. cap.* 15.
*ubi Rodoer. in addit. Marot. diſcept.
forenſ. cap.* 15. Et ità paſſim practi-
catur, ac in dies hac moderni utun-
tur cautione, ad hoc ut omninò à
prædicto antephato paterni excludã-
8 tur creditores, quibus illud eſſet ob-
no-

Digitized by Google

noxium, ſi filii, uti patris hæredes ſuccederent, iuxtà *deciſ. Reg. Capyc. Latr.* 63. per quam fuerunt eſcluſi creditores, qui poſt hoc pactum cum Patre contraxerunt, ab illa antephati quantitate, ſuper qua filii penitùs moleſtari poterant, quemadmodùm moleſtarj potuiſſent, ſi præfata non urgeret conventio; Quæ nec etiam locum haberet adverſus creditores alterius filii, ſeù fratris præmortui, nam demptis portionibus cæteris filiis ſpectantibus, defuncti portio erit obnoxia creditoribus ipſius, uti hæreditaria, ſecundùm *dict. deciſ.* 106. *Præſ. de Franch.* Quam tradit etiam *Mol. feſ. par.* 7. *comm. ad conſuet. Neapol. quæſt.* 2. *nu.* 8. *cum Thor. in eius compend. deciſ. tom.* 1. *verb. antephatum col.* 2. Idque confirmatur ex traditis per *Napodan. in dict. Conſuet. quartam autem*, ubi in *Gloſ. liberis ſub num.* 84. ait, quòd quando unus ex fratribus prædecedit ſine liberis, tunc equidem ſuccedit eius frater, nec portio accreſcit matri; unde infertur, fratrem neceſſariò ad hanc antephati medietatem ſuccedere uti hæredē, & propterea teneri, uti hæredem creditoribus fratris præmortui, ut teſtatur idem *Præſ. de Franch. loc. cit. num.* 4. & 6. ubi ita deciſum refert, quia proprietas antephati remanſit in hæreditate prædicti fratris præmortui, ſicque iure hæreditario, non autem iure accreſcendi ſpectabit ad fratrem superviventem. Et licet contrarium ſenſiat *Montan. controverſ.* 10. *num.* 16. & cum eo *Novar. ſuper d. Pragm. de anteph. num.* 2. imò valdè dubitet de hac. *Præſ. de Franch. deciſione Borrell. tom.* 3. *deciſ. var. tit.* 8. *de anteph. num.* 98. Recepta nihilominus fuit ſemper prior opinio, quòd inſpecta Conſuetudine Neapolis, ſicuti filii, uti patris hæredes in antephato ſuccedunt, niſi expreſsè cautū eſſet, quòd tanquam filii poſt matris obitum ſuccedere debeant; Ità etiam nepotes, uti hæredes patris defuncti, & frater, uti fratris præmortui hæres, in illo ſuccedère debent, prout teſtātur *Reg. Revert. dec.* 23. ubi *de Marin. in obſeru. P. Molfeſ. par.* 1. *d. eius comment. cap.* 3. *num.* 21. *Barry. de ſucceſſ. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 13. & *Reg. Marcian. diſcept.* 93. qui omnes, rem extrà controverſiam eſſe, etiam fatentur cum *de Luca in obſervat. ad d. deciſ.* 106. *D. Præſ. de Franch. num.* 2. Et hactenus in hac facti contingentia, juxtà *Ann. coſ.* 74. protuli ſententiā.

9 [left column, beside "cum haberet adverſus creditores"]

10 [left column, beside "num. 84. ait"]

11 [left column, beside "in hæreditate prædicti"]

12 [left column, beside "inſpecta Conſuetudine"]

Verùm reſpectù alterius difficultatis, in
13 eadem cauſa ortæ, ex *tex. in l. fœminæ, C. de ſecund. nupt.* cujus etiam meminit *Conſil. de Anna d. conſil.* 74. obſervandum eſt, nonnullas reperiri impoſitas pœnas mulieri, ſecundò nubenti; Et præſertim in ore omnium eſt regula, quòd ſi mater poſt viri mortem ſecūdas feſtinaverit nuptias, proprietatem lucrorū, à præfato ejus viro perventorum, filiis ejuſdem matrimonii relinquere tenetur, uſufru-
14 ctu ei tantùm in vita reſervato, ex *d. l. fęminæ, §. illud, & auth. ex teſtam. C. de ſecund. nupt.* Hinc eſt, quòd defuncta demum matre, filii prioris matrimonii; etſi non ſint hæredes, ad prędicta bona ſuccedunt, excluſis penitùs filiis poſterioris, ſivè ſecūdi ma-
15 trimonii: Qnimò ex diſpoſitione ejuſdem *tex.* ad bona etiam quęſita ex ſucceſſione unius filii primi thori, ab inteſtato defuncti; cum in illis pariter retineat mater tantùm uſumfructum; & proprietas ſit aliorum filiorum, ſeù fratrū ex illo primo ma-
16 trimonio, ſi adſint; Nam ſi pręmortui reperirentur, tunc mater ipſa remaneret omninò dictorum bonorum
17 proprietaria. Quemadmodum tranſiens ad ſecunda vota, licet excludatur, ut diximus, à proprietate etiam bonorum filii; Tandem eſt intelligendum de perventis ex paterna ſucceſſione, non autem aliundè obventis, ut habetur ex *tex. in d. auth. ex teſtam. & in auth. ſed & ſi quis, C. de ſecund. nupt.* Idq; locum obtinet, quoties ma-



Digitized by Google

ter primò nubat, poſteà verò filio ſuc-
18 cedat; Nam ſi primò ſuccedat, & po-
ſteà nubat, nec etiam tunc proprie-
tate privatur, *l. mater*, *C. ad S.C. Tertull.* Ità poſt alios communi ore
teſtantur, *Faber in eius C. lib.5. tit. 5. defin.* 16. *Gome. ad l.* 14. *Tauri n.*
1. *Boer. deciſ.* 187. *Rub. deciſ. Rot. Roman. in noviſſ.* 80. *num.* 10. *Farinac. deciſ.* 771. *Affl. deciſ.* 75. ubi
*Vrſill. num.* 10. *& in addit. ad deciſ.* 44. *num.* 29. *Præſ. de Franch. dec.* 18.
595. 632. 655. *& ſeq. Gaſp. Theſaur. quæſt. for.* 29. *lib.* 1. *Surd. dec.*
99. *num.* 12. *&* 18. imò *in tract. de alim. tit.* 7. *quæſt.* 23. *num.* 9. *Gratian. diſcept. for. cap.* 702. *num.* 25. *Caſtill. in tract. de uſufr. cap.* 2. *nu.* 9. *Dec. conſil.* 396. *ſub nu.* 2. *Merlin. de legit. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 2. *per tot. Paſchal. de vir. patr. poteſt. par.* 3. *cap.* 10. *à num.* 47. *cum ſeqq. Camill. de Medic. conſil.* 99. *nu.* 68. *Thor. in eius compend. deciſ. tom.* 1. *verb. donatio, fol. mihi* 159. *Molfeſ. in comment. ad Cõſuetud. Neapol. par.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 4. *Reg Rovit. conſil.* 98. *lib.* 1. *Reg. Capyc. Latr. dec.* 131. *à num.* 7. cum
aliis innumeris ex brevitate præter-
miſſis, inter quos verò, ne deſinas vi-
dere *Reg. de Marin.*, qui ad hujus
rei ornatum quamplura cumulat
*cap.* 273. *eius reſol. tom.* 1. vbi pariter
19 advertit, mulierem, teneri reſerva-
re filiis prioris matrimonii, etiam ea,
quæ ex cauſa necis viri acquiſivit;
quævè ex Conſuetudine, vel ex pa-
cto lucrata eſt; Immò omne totum,
quod à Principe conſequuta eſt in
eius defuncti viri præmium, aut il-
lius intuitu; Et ibidem nonnullas ad
propoſitum recenſet rationes; tradẽs
etiam *præd. l. fœminæ* diſpoſitionem
procedere, quamvis matrimonium
ſubſequens non fuerit conſumatum,
ſed tantùm ratum. Aliaque ad ma-
teriam *dictæ legis* concinnè reſolvit.
Pœnæ namq; impoſitæ mulieri, ſecundò
nubenti, licet ſint ſublatæ, per illud
20 dictum *Apoſtoli* (mortuo viro, mu-
lier nubat in Domino) ut *in cap. penult. circà fin. de ſecund. nupt.* Com-
munis verò inter ſcribentes fuit ſem-
per ſententia, quòd iſtæ pœnæ rema-
neant incorrectæ, quoties liberorum
favorem reſpiciunt. *Luc. de Penna in l. mulieres, C. de incol. lib.* 10. *Grammat. conſil.* 36. *Afflict. deciſ.* 75. *num.* 5.
ubi *Vrſil. nu.* 14. *Paſchal. de vir. patr. pot. dict. par.* 3. *cap.* 10. *num.* 50. *Theſ. quæſt.* 28. *nu.* 5. *Boer. deciſ.* 186. *Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 88. *nu.* 39.
*Hodier. in l. hac edictali, quæſt.* 21.
21 *in fin.* Quæ lex, quòd nec etiam in-
veniatur per noſtras patrias ſanctio-
nes correcta, fatentur *Præſ. de Franch. dict. deciſ.* 632. *num.* 8. *& deciſ.* 666. *num.* 3. *Molfeſ. loc. cit. par.* 3.
*quæſt.* 22. *nu.* 4. *Ricc. collect.* 51. *Hodiern. dict. l. num.* 7. *& Reg. de Marin. dict. cap.* 273. *num.* 30. Deceden-
tibus autem liberis, pleno jure, tàm
quoad fructus, quàm in proprietate,
præfata lucra nuptialia matri ſecun-
22 dò nubenti acquiruntur; *Conſil. de Anna. lo. cit. Grat. tom.* 1. *diſc. for. cap.* 140. *num.* 22. *&* 23. cum aliis, quos
congerit *Paſchal. loc. cit. n.* 48. *&* 49.
Ceſſant etiam *præfatæ legis* pœnæ, quo-
ties Mulier tranſit ad ſecunda vota,
23 viri, aut filiorum conſenſu, etſi tacito
ità *Roland. à Vall. poſt varios refert conſ.* 81. *nu.* 10. *cum ſeqq. lib.* 3. *Mynſing. obſer.* 24. *cent.* 5. *Caſtill. in tract. de uſufr. cap.* 2. *num.* 8. *Menoch. conſ.* 155. *num.* 13. *& tract. de adip. poſſ. remed.* 2. *num.* 35. *Præſ. de Franch. dict. deciſ.* 632. *num.* 4. *ubi Add. Surd. deciſ.* 99. *num.* 12. *deciſ.* 100. *& conſ.* 164. *num.* 8. *Gratian. tom.* 1. *diſp. for. cap.* 140. *& cap.* 519. *num.* 16. *Paſchal. loc. cit. num.* 50. *Hodiern. dict. quæſt.* 21. *num.* 30. *Reg. de Marin. dict. cap.* 273. *num.* 190. [illegible] etenim hæc fue-
24 re introducta, [illegible] quò mulier ad ſe-
cunda vota [illegible]ens filiis primi tho-
ri iniuriam [illegible]rt; undè illis, aut patre,
conſentientibus ſecundis nuptiis, ma-
ter nu[illegible] tunc eis inferret iniuriam;
dum [illegible]nti, & conſentienti (uulgatis
juri-

juribus) nulla ſit iniuria. *l.1. §. uſque adeo, ff. de iniur. l. cum donationis, C. de tranſ.& c.ſciens,de reg.iur.in 6.* mirum itaque non eſt, ſi huius legis diſpoſitio ceſſet ex conſenſu primi viri, vel filiorum. Licet hoc ſit limitan-
25 dum in filio impubere, cujus conſenſus non eſt efficax, ad remittendas pęnas ſecundò nubenti, *Boer. deciſ. 185. num. 23. Menoch. conſil. 469. num.19. & conſil.470. nu.17. Gabr. com. op. lib.2. tit. de ſecund.nupt. concluſ.4. num.48. Surd. dict.deciſ.100. à num.2. ubi Hodier.* Idque, intelli-
26 gendum eſt,quoties pupillus conſentiret,ſine tutoris authoritate; nam ſi tutoris placito ſecundis nuptiis conſentiret, ſufficeret talis conſenſus ad remittendas dictas pænas,ut fundant *Beltr. conſil.58.col.fin. lib. 1. Gabr. l.c.& Præſ.de Franch. dec.632.nu.5.*

Limitatur ulteriùs *dict. l.fœminæ* diſpoſitio,quoties aliquid uxori fuerit à vi-
27 ro donatum nobilitatis, & juventutis cauſa,ſive ob eius pulchritudinem; tali enim caſu ſi mulier, viro demum defuncto, ſecundum contraxerit matrimonium, bonorum proprietatem, ei obventorum ex cauſa prædicta, filiis primi thori, nec etiam reſervare tenetur; ut teſtatur *Præſ. de Franch. deciſ. 428. num. 4.* & docet *Io Lopez in l. taur. gl.14. nu.8.* inquiens, mu-
28 lierem non teneri filiis prioris matrimonii reſervare, quæ ab eius viro plebeio, aut ſeni fuerunt ipſi donata nobilitatis, aut juventutis cauſa, ſed de illis ad libitum poteſt diſponere; quia ut plenè diximus *contr.22. tom. 1.* illa non titulo lucrativo, ſed potius oneroſo acquiſivit, eique fuerunt donata ex quadam quaſi permutatione ſuæ nobilitatis, & iuventutis; Idem teſtantur *Lopez in rub. de donat. inter vir. & uxor. §.50. num.35. Surd. conſ.164. 196. & conſil.471.num 28. Paſch.de patr.pot.par.3.cap.10.nu.58. & Reg. de Marin. dict. cap.273.num. 25.* Verùm præſens concluſio,reſtrin-
29 gi debet ad donationem tantùm, quæ ſit mulieri in recompenſationem nobilitatis, iuventutis, aut pulchritudinis tempore matrimonii,non autem poſtea; ut advertit *Iul.Clar. in §.donatio quæſt. 9. num. 5. verſ. ſed pone, Petr. Caball. conſ.169. nu. 37. lib.1.*

Idemque item dicendum eſt in donatione remuneratoria, vel ob cauſam,
30 nam *dict.lex fœminæ* tali caſu nō habet locum; ſicuti poſt cæteros tradit *Præſ. de Franch.dict. deciſ. 428.per tot. & deciſ.631.* dummodò adſit vera cauſa, nec merita ſint ficta; cum alio modo in fraudem facta pręſumeretur, ut admonet idem *de Franch. loc. cit:* quem ſequitur *Molfeſ.part. 3. ad conſuetud. quæſt. 24. num. 17. cum Reg.de Marin. loc. ſæpè cit.n.16.*

Et quamvis eiuſdem *l. fœminæ* diſpoſitionem limitare conentur, tandem aliqui DD. ex *Rom. conſil 405.* quem ſequuntur *Præſ. de Franch. dict. dec. 18.n.7. & Reg.Salern.dec.8. num.11.*
31 in donatis mulieri viri contemplatione, vel à conſanguineis ipſius viri, ut ſcil.de bonis illis, poſſit mater binuba ad libitum diſponere, nec reſervare teneatur filiis prioris thori quæſita, aut ſibi donata contemplatione primi eius viri; Inter recentiores tamen ſcribentes communiter iſtorum propulſatur aſſertum,& contrarium verius eſſe, fundatur, ex *Surd. in deciſ. 118. num. 9. ubi Hodiern. in add. à num. 3. cum ſeqq. Gaſp. Theſ. lib. 1. quæſt. for. cap.29. & Reg. de Marin. cap.90.eius reſol.iur.lib.1.ubi Rodoer & c. 91.lib.2.* ex quibus habetur etiā ut docet *Bartol. in l. ſed ſi plures, §. in arrogato, num. 14. ff. de uulg. &*
32 *pup.* iocalia, ſive gemmas, traditas ſponſæ à conſanguineis viri, non cenſeri ei donatas, cum ſponſi contemplatione donata illa videantur, & per conſequens, viro, eiuſque hæredibus non autem ſponſæ acquirantur. Nàm
33 quod mei intuitu datur,mihi acquiritur *l.dedit,ff.de coll.bon. Affl.d.315. Rou.d.c.12.Staib.reſ.24.Marci.cōſ.59 de Mari.d c.91.* Et hęc ſatis ſint dicta.

CON-

Digitized by Google

## CONTROVERSIA IX.

In matrimoniis contrahendis à Nobilibus, juxtà morem Procerum, & Magnatum Regni viventibus, debeat nè fieri expreſſa mentio, eos velle contrahere ſecundùm recentem uſum Sedilium Capuanæ, & Nidi hujus Civitatis: an verò tacita præſumptio ſufficiat?

### *SVMMARIVM.*

1 *Vſui Nobilium Capuanæ, & Nidi, an omnes de dictis Plateis ſubiaceant, etſi in ſpecie non fuerit expreſſum, voluiſſe juxtà hujuſmodi uſum contrahere?*

2 Conſil. de Anna *ſententia, quòd tacitè cenſeantur Nobiles, viventes more Magnatum, contraxiſſe ſecundùm uſum Capuanæ, & Nidi, non eſt recepta; ſed contraria ſuſtinetur communiter.*

3 *Contrahentes, niſi expreſè juxtà uſum Capuanæ, & Nidi paciſcantur, nunquam tacitè eidē ligātur.*

4 *Parentes juxtà uſum Capuanæ, & Nidi, per ſpontaneam renunciationem, privantur filiorum ab inteſtato decedentium ſucceſſione.*

5 *Contrahentes, etſi ſint Nobiles Sedilium Capuanæ, & Nidi, niſi exprimant, velle contrahere, juxtà recentem uſum harum Platearū, minimè eidem ſubiiciuntur.*

6 *Nobiles more Magnatum contrahentes, quamvis non exprimant moris capita, id agere intelliguntur. & num. 7.*

8 *Parentes, more Magnatum non excluduntur à filiorum ſucceſſione.*

9 *Vſus Nobilium Capuanæ, & Nidi, tunc tantùm habet vim pacti, quādo expreſſè in pactum deducitur.*

10 *Et pro ea parte, pro qua in contractibus exprimitur, effectū ſortitur.*

### ARGVMENTVM.

Viventes more Magnatum Regni, an attenta *Conſil. de Anna* ſententia cēſeantur, ſaltem tacitè matrimonia contrahere, juxtà recentem uſum Nobilium Capuanæ, & Nidi hujus Vrbis: an verò contrarium prorsùs ſit ſuſtinendum? præſertim ex *Reg. Rovit. conſ.* 98. niſi expreſſè in pactū id fuerit deductum (cum vim pacti, & non Conſuetudinis in ſe contineat deſcriptus uſus, ligans contrahentes, quoties ità paciſcantur) laconicè examinatur, & variis Sacri Coſil. deciſionibus receptior opinio fulcitur.

Nonnullis equidem difficultatibus obſtructa, atque adverſariorū viribus oppreſſa modò comperitur, etſi libentiùs antea ſuſtineri poterat *Conſiliarii*
1 *de Anna* in ejus *conſil.* 2. priſca opinio, quòad celebrem, ac decantatam nimis illam diſſertationem: ſi Nobiles nimirum Sedilium Capuanæ, & Nidi hujus Parthenopęæ Vrbis, viventes more Procerum, & Magnatum Regni, contraxerint matrimonium, non expreſſo quo jure, an cenſeantur contraxiſſe more Magnatum, vel ſecundùm novum uſum earundē Platearum? Attamen ex nuptialium tabularum tenore, & pactis ibi expreſſis, omninò decidendam eſſe quæſtionem, ſanè arbitramur.

Nam licet ſtrenuè defendat *de Anna*
2 *loc. cit.* cenſeri hujuſmodi matrimonium contractum, juxtà recentem hunc uſum Nobilium Capuanæ, & Nidi, ubi ambo conjuges ſint de prçfatis Plateis, quāvis id non ſit expreſſum, aut fuerit omiſſum, variis oſtēdat

dat rationibus; ejus tamen ſententia ad præſens prorſus rejecta videtur, cum junctis Senatorum aulis, bis cōtrarium per S. C. deciſum fuiſſe, te-
3 ſtetur ex cōmuniori noſtratum placito, *Reg. Rovit. conſ.* 98. *lib.* 1. *à nu.* 14. *uſque ad fin. & conſ.* 100. adverſus ea pariter, quæ ſcripſit *Præſ. Amat. conſ.* 26. in cauſa vertente inter D. Suevam de Aulos de Aragonia matrem, & D. Principiſſam Caſpoli amitam, ſuper ſucceſſione Ill. Principis Conchæ ab inteſtato defuncti, pro preambuli decreto, à M.C.V. interpoſito reſpectu burgenſaticorum in beneficium matris, quæ expreſsè non renunciaverat his bonis tempore matrimonii contracti: Immò propoſitis ab amita adverſus hoc ultimum S. C. decretum quinque nullitatibus, pro revocatione prædictæ ſententiæ, inter quas fuit quarta nullitas, fundata, in eiuſdem S.C. deciſione, à *Conſil. de Anna* relata, iunctis pariter aulis fuerunt reiectæ nullitates, ex traditis per *Reg. Rovit. dict. conſ.* 98. *&* 99. cuius deciſionis præſertim authoritati innixus idē fuſius tueri, conatus ſum *contr.* 17. *&* 18. *vol.* 1. ubi utriuſque moris capita inſeruntur, ibique notabilia habentur quamplura, eaq; non minus ad præſens, quàm ad præcedētis etiam conſilii *de Anna lib.* 1. ornatum pertinentia ponderantur.

Sed quòd recens hic uſus Sedilium Ca-
4 puanæ, & Nidi, vulgò dictus, *alla nuova maniera*, quo parentes per ſpontaneam renunciationem ſe ipſos de medio tollunt, ac filiorum ab inteſtato decedentium ſucceſſione privantur, eatenus attendi debeat, quatenus in pactum expreſsè deducatur, ſicque tantùm vim pacti, & non conſuetudinis habeat: adeo ut, ſi contrahentes iuxta illius diſpoſitionem, vel-
5 le contrahere, omittant, quamvis ſint Nobiles Capuanæ, & Nidi, intelligatur tamen inter eos contractum; ſecundùm conſuetudinem huius Civitatis in ſcriptis redactam, vel more Magnatum Regni, communi ore fatentur ex noſtratibus penè omnes, qui videri poſſunt apud eundem *Rovit. loc. cit.* ubi *Altimar. Conſil. de Georg. alleg.* 23. *Molfeſ. ad Neap. Conſuet. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. *Reg. Merlin. contr.* 7. *num.* 20. *& contr.* 49. *lib.* 2. *Montan. contr.* 1. *num.* 55. *Reg. de Pont. conſ.* 61. *num.* 48. *lib.* 1. & poſt *Afflict.* tàm in *deciſ.* 202. quàm in *deciſ.* 237. *Præſ. de Franch. deciſ.* 527. *num.* 16. *& deciſ.* 552. cum alis per nos *dict. contr.* 17. relatis, prout per S. C. idem deciſum, tradunt *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 35. ubi *Gizz. num.* 8. *& Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol. cap.* 298. *num.* 16. ex quibus concluſionem
6 hanc, eò fortius procedere, oſtenditur, quoties ſit dictum in capitulis matrimonialibus, contrahi more Magnatum, etſi de filiorum ſucceſſione nihil ſit expreſſum; nam etiam ſucceſſio tūc regulari debet ſecundùm præfatum morem Magnatum, ut etiam tenet poſt alios *Conſil. Provenzal. ſup. conſuet. obſer.* 27. *num.* 6. Eandem novitèr ſectantur opinionem *Reg. Marcian. diſp.* 44. *num.* 27. *& Conſ. Prat. lib.* 1. *diſcep. for. cap.* 12. *num.* 67. *cap.* 36. *num.* 31. *& cap.* 37. *num.* 34. ea
7 ratione, quia contrahentes iuxtà hūc morem, id agere intelliguntur, quamvis ipſius capita non exprimant. Et præſertim *Provenz. loc. cit.* Magnatum enim more non excluduntur coniuges à filiorum ſucceſſione, ut habetur ex dicto recenti uſu Nidi, & Capuanæ, ſed in quibuscumque bonis ſuccedunt, prout de iure commu-
8 ni aliàs ſuccederent; ità ex *capitulis moris Magnatum*, relatis à *Camill. Salern. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua fol. mihi* 132. Quod minimè habet locum iuxtà recentem hunc uſum Capuanæ, & Nidi; Nam ſpeciali pacto parentes per eorum renunciationem, à cunctis liberorum bonis excluduntur, ſicuti oſtendit idem noſter *conſil. de Anna ſeq. conſil.* 92. 118., *&* 119. & nos *loc. cit.* fuſius demonſtravimus.

Hinc

Digitized by Google

Hinc ergò lucidè conſtat, non eſſe am-
9 plius de hoc hodie differēdum, dùm pro indubitato apud noſtrates, eſt receptum, novum hunc uſum Capuanæ, & Nidi differre à Magnatum more, & vim pacti ſolùm habere, ubi in pactum expreſsè deducitur, ſecus ali-
10 ter; nam pro ea parte, qua in contractibus exprimitur, effectum ſortitur, cum pro non expreſſis, videantur ſanè contrahentes ſubiici, aut Juris cōmunis, aut Conſuetudinum diſpoſitioni, ut penès allegatos Authores ſępè repetitum invenies. Et proindè hæc breviter expoſita, clientum petitione, ſufficiant, & abſolutus remaneat articulus, non tàm ex tot pręſtantium Virorum, quàm magna rerum judicatarum authoritate, cui adhærere, valdè conſonum nobis viſum fuit.

## CONTROVERSIA X.

Receptiſſima illa Juris concluſio, ut ex morte filii non extinguatur uſusfructus, quem ſuper dotibus maternis ſemel Pater acquiſivit, an procedat pariter in hac Civitate Neapolis, quoties matrimonium fuit contractum more Nobilium Capuanæ, & Nidi, quo altrinſecus parentes filiorum ſucceſſioni renunciant?

### *SVMMARIVM.*

1 *Vſus frequens in Regno, contrahendi matrimonia, juxtà morem Nobilium Platearum Capuanæ, & Nidi, deſcribitur.*

2 *Coniuges contrahentes ſecūdum uſū Capuanæ, & Nidi, altrinſecus filiorum ſucceſſioni renunciant.*

3 *Uſusfructus adventitiorum, an poſt filii mortem remaneat penès patrē, quoties coniuges liberorum ſucceſſioni renunciavere, de more nobiliū Capuanæ, & Nidi?*

4 *Negativa refertur opinio; Sed affirmativam variis iuris concluſionibus, tuetur Author, confutatis contrariis à num. 5.*

6 *Vſusfructus in bonis maternis, patri quęſitus, eidē debetur mortuis filiis*

7 *Vſusfructus adventitiorum datur patri vigore patrię poteſtatis.*

8 *Vſusfructus, quem habet avus in bonis ex filio nepotis, non extinguitur morte ipſius, cui ſucceſſit mater.*

9 *Auus nō ſuccedit nepoti, ſtāte matre.*

10 *Afflicto non eſt addenda afflictio.*

11 *Vſusfructus legatus filio, & acquiſitus patri, non extinguitur morte ipſius filii, ſed penès patrē remanet.*

12 *Bona acquiſita per Clericum, ſemper quaſi caſtrentia dicuntur.*

13 *Pater, etſi in bonis filii Clerici uſūfructum non habeat; tamen retinet uſumfructum, quæſitum in bonis eiusdem filii ante clericatum.*

14 *Acquiſitionis initium attenditur.*

15 *Patris vita durante, uſusfructus ſemel ſuper bonis filii tempore habili quæſitus, amplius nō extinguitur.*

16 *Quæ requiruntur in jure acquirendo, non ſunt neceſſaria ad jus conſervandum.*

17 *Acquirere, & acquiſitum amittere, diverſimode ſe habet.*

18 *Vſusfructus patri quæſitus remanet penès ipſum jure retentionis, non verò ſucceſſionis; & ſic non tollitur ex pacto ſucceſſionis excluſivo.*

19 *Vſusfructus, ſemel patri quæſitus ſuper bonis filii, non extinguitur vigore renunciationis, more Nobiliū Capuanæ, & Nidi, quia cū retinet, nec ad illum ſuccedit, & num. 42.*

20 *Jure vario acquiritur, & retinetur.*

21 *Diverſa ſunt, ſucceſſio, & uſusfructus retentio, & num. 45.*

22 *Faciēda facilè impediuntur, nō facta*

23 *Aliquis faciliùs repelli poteſt ab obtinendo, quā ab eo, quod obtinuit.*

24 *Quod ordinādū, nō impedit ordinatū.*

25 *Retèntio eſt facilior, quàm petitio.*

26. *Renunciatio nō præſumitur; & quò minus fieri poteſt; alteri nocere debet.*

27 *Iu-*

27 *Iura quando ſunt ſeparata, uno ſublato, alterum non tollitur.*

28 *Interpretatio pacti eſt facienda, quo minus corrigat Ius commune.*

29 *Receſſus à Iure communi ita facilè non debet fieri, niſi ipſi derogetur.*

30 *Statutum contra leges communes recipit arctam extentionem.*

31 *Vſufructui non intelligitur renunciatum, niſi ex actis certè inferatur.*

32 *Pater renuncians ſtatuto Vrbis, quoad lucrum dotis, extantibus liberis, nō cenſetur, renūciaſſe Iuri communi, quo eſt uſufructuarius.*

33 *Pater retinet uſumfructum, etſi non admittatur ad filii ſucceſſionem.*

34 *Succeſſio facit ceſſare uſumfructum.*

35 Conſtit. Cathalonię, los impubres, *eſt uniformis uſui Capuanæ, & Nidi.*

36 *Pater, præter legitimam, retinet uſumfructum, quo ante filii obitum fruebatur in adventitiis, ex vi Patriæ poteſtatis num. 37.*

38 *Lex municipalis, dubiis verbis nō tollit, quod claris Ius cōmune ſtatuit.*

39 *Caſus omiſſus, nec expreſſus in ſtatuto, indiget peculiari explicatione.*

40 *Verba renunciationis ſunt ſtrictiſſimè intelligenda in contractibus.*

41 *Nobiliū uſus recēs traditur. & 42.*

43 *Renunciatio, quæ altrinſecus fit à parentibus ſucceſſioni filiorū, iuxta d. morem, andicatur extinctiva?*

47 *Hæreditas unum integrale cōſtituit in proprietate, & in uſufructu.*

48 *Verba, quæ de ſucceſſionis prohibitione loquuntur, niſi ſint expreſſa, non intelliguntur de reſtitutione uſusfructus, iam quæſiti.*

49 *Renunciatio quoad iura deferenda, non poteſt intelligi, quoad delata.*

50 *Bonorum reſtitutio non dicitur ſuſpendi, quando pater retinet uſumfructum in bonis filii, ei quæſitum.*

52 *Pater conſenſiens donationi adventitiorum, faciendæ per filium, non cenſetur remittere uſumfructum, niſi expreſsè id agat. & num. 53.*

54 *Clauſula, ad conſiliū ſapiētis, fertur.*

55 *Sapientis, conſilium debet eſſe, ut legitimè liget, de natura contractus.*

56 *Vſusfructus an debeatur patri, ſuper bonis filii, fideicōmiſſo ſubiectis?*

57 *Bona ſubiecta reſtitutioni, vel pro aliquo maioratu vinculata, dicuntur fideicommittentis, non filii impuberis, cuius morte extinguitur dominiū in uſufructu patri quęſito.*

58 *Secus verò quando in bonis filii nullum vinculum reperitur.*

59 *Pater, nolens ſuccedere filio, poteſt frui uſufructu in bonis, ab illo pervenientis alteri filio, fratriq; defuncti.*

60 Reg. de Marin. reſol. iur. cap. 345. *ab Authore oppugnatur, & n. 65.*

61 *Filius familias Neapoli, ſi nolit cū patre habitare, pleno iure bona materna conſequitur in proprietate, & in uſufructu.*

62 *Filius familias de patrio noſtro Iure poteſt teſtari de adventitiis, relicta patri tantùm legitima, cumque uſufructu etiam privare.*

63 *Bonus quandoq; dormitat Homerus.*

64 *Propoſitiones nonnullæ, melius conſideratæ, damnantur, etſi prius uti probabiles tranſire videbantur.*

66 *Aliquis multoties, vult potius cedere, quàm fortuna contendere.*

67 *Exempla bona, convenientia, & recta ſemper ſequi, debemus.*

68 *Ratio exemplis eſt anteponenda.*

## ARGVMENTVM.

Patrem retinere, filio defuncto, uſūfructū dotium, adventiorumq;, non obſtante renunciatione ſucceſſioni filiorū, ac promiſſione reſtituēdi dotes, iuxtà pactum, in tabulis nuptialibus appoſitū, de recenti more Nobiliū Capuanę, & Nidi, dilucidè oſtēditur. Idq; non tàm pio ęquitatis motivo ergà afflictū genitorem, ob filii obitū, quàm veris Iuris concluſionibus, & incōcuſſis principiis, aptiſq; I.C. placitis, & rationibus cōcinno ordine cōprobatur: Immò ex adverſo oppoſitis, plenè diſcuſſis, & cōfutatis, etiā aliarū municipaliū ſanctionū exemplo, Iuri cōmuni ſtādū eſſe, traditur. Nonnullaq; de dicto more exarantur.



Digitized by Google

QVam frequens in Regno
adeſt; atque inveteratus
uſus matrimonia contra-
hendi, juxtà recentem
Nobilium Platearum hu-
1 jus Civitatis Capuanæ, & Nidi mo-
rem, uulgariter, *alla nuova manie-
ra*, nuncupatum, quo ſæpè ſepius co-
gitur infelix parens, funera filio ante
pubertatem obeunti, ac maternas
opes, dotantibus, aut eorum hære-
dibus reſtituere; dùm huiuſmodi mo-
ris Nobilium noſtræ Vrbis, attenta
2 diſpoſitione, coniuges vigore pacti
in tabulis nuptialibus appoſiti, quo
altrinſecus filiorum ſucceſſioni in pu-
pillari ætate, vel quandocumque ab
inteſtato decedentium renunciavere,
ab illorum inteſtata hæreditate pe-
nitùs excluduntur, ſentientes, gemi-
tus, ac doloris tantùm hæredes, du-
plicem, extinctę nempè ſobolis, ac bo-
norum amiſſionis, iacturam; Ità, &
3 frequenter etiam diſputandum acci-
dit: an Pater, qui iuxtà novi huius
moris præſcriptum contraxit, licet à
filiorum ſucceſſione per eius defun-
ctæ uxoris dotantes, aut conſangui-
neos maternos excludatur, tamen
quoad vivat, uſumfructum ſaltem
retineat, quem ſemel in dictis eius
filii adventitiis bonis quæſivit?

Etquamvis ex noſtratibus nonnulli, in-
4 nixi præſertim authoritati *D. R. de
Marin. reſol. iur. lib.* 1. *cap.* 345. qua-
ſi communi teneant voto, dotium
reſtitutionem, defuncto iam filio in
pupillari ætate, vel ab inteſtato, poſt
eius matris obitum, eſſe ſtatim ple-
nariè faciendam, tàm quòad pro-
prietatem, quàm in uſufructu, in be-
ficium dotantium, aut ipſorum hæ-
redum, excluſo penitùs patre, vigore
huiuſmodi recentis uſus. Nihilomi-
nus ipſe, qui contrariam ſententiam
veriorem, & æquam ſemper arbitra-
5 tus fui, illam modò pro meo dilectiſ-
ſimo familiari, ut eum mærore affe-
ctum, ita conſoler, nèdum ſolo pieta-
tis intuitu, ſed variis Iurium innixus
diſpoſitionibus, clariſque argumen-
tis, ac inconcuſſis rationibus, luce cla-
riorem oſtendam: Immò ut ſolatii,
ac ſublevaminis loco, liceat afflicto
genitori, dotium uſusfructus emo-
lumento, ſua vita durante, frui, diſtin-
cta ſerie per ſequentes concluſiones,
Iuri nimis conſetaneas, eandem con-
firmare opinionem conabor, apertè
demonſtrans, huiuſmodi uſumfru-
ctum, in maternis filii bonis, patri
ſemel quæſitum, eidem ſpectare, do-
nec vivat, minimè obſtante, quòd
matrimonium, iuxtà præfatum No-
bilium Platearum Capuanæ, & Nidi
uſum, parentes ipſi contraxiſſent.

Prima namque ſe offert apud DD. illa
6 tàm priſcæ, quàm recentis ſcholæ re-
ceptiſſima concluſio, uſumfructum
ſcilicet, ſemel patri quæſitum in bo-
nis adventitiis filiorum, haud extin-
gui, ob mortem eorundem, ſed ad-
huc permanere penès ipſum patrem,
eius vita durante, ut probant nimis
aperta Iura *in l.* 3. *& fin. C. de uſufr.
ubi Bald. & in l. fin. C. ad Tertull. l.* 4.
*& l. quod ſcitis in fin.* C. *de bon. quæ
lib. & in l. ult. verſ. in omnibus*, C.
*commun. de ſucceſſ.* cum aliis concor-
dantibus, relatis per *Gomeſ. in comm.
ad leg. Taur.* 6. *num* 12. *& l.* 48. *nu.*
5. *Facchin. contr. Iur. lib.* 6. *cap.* 35.
*Vaſquez. de ſucceſſ. prog. lib.* 1. §. 1. *nu.*
39. *Aſcan. Clem. de patr. poteſt. affect.*
2. *num.* 34. *verſ. amplia*, *Rot. Roman.*
penès *Farin. par.* 1. *deciſ.* 600. *tom.* 2.
*inter noviſſ. Molin. de hiſpan. primog.
lib.* 2 *cap.* 9. *num.* 24. P*inell. in l.* 1.
*par.* 1. *num.* 39. *C. de bonis mater. Ca-
ſtill. de uſufr. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 44.
*& ſeqq. Grat.* qui ità per *Rot. Rom.*
deciſum refert *cap.* 781. *diſcept. for.
tom.* 4. *num.* 49. *& ſeq.* & pluries ſic
pariter iudicatum tradit *Fontanell.
de pact. nupt. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 7.
*pa.* 3. *num.* 12. *Guttier. pract. quæſt.
lib.* 5. *qu.* 78. cum cæteris congeſtis
per *R. Merlin. contr. forenſ. cap.* 29.
Idque non obſtante defectu patriæ
poteſtatis, cum iam acquiſitionis ef-
fectus

Digitized by Google

7 fectus fuerit ſemel conſumatus *l. fin.*
ibi: *nil obeſſe ei, quominus id, quod*
*acquiſivit retineat, ff. unde lib.* qui-
bus, præter alios, addūtur cum *Tira-*
*quel. Valaſq; conſult* 17. *pag.* 1. *Ricc.*
*in addit. ad dec.* 651. *Præſ. de Franch.*
*& Reg. Merlin. dict. cap.* 29. *num.* 4.
poſt *Napodan. in Conſuetud. ſi quis,*
*tit. de alim. præſtan. n.* 28. *& in conſu.*
*Si mulier, de jur. dot. verſ. verſatur.*
Huic ſecunda ſubnectitur concluſio de
8 uſufructu, avo quæſito ſuper bonis
ex filio nepotis, qui juxtà communē
ſententiam, à nemine impugnatā, nō
extinguitur, ipſo nepote demum de-
functo, & cui ſucceſſit ejus mater,
quæ præfatum avum, licet ex vulga-
ta diſpoſitione *tex. in auth. defuncto,*
*C. ad Senat. Conſ. Tertull.* penitùs
9 à ſucceſſione excludat; attamen uſū-
fructum, quem in bonis nepotis, ip-
ſo vivente, avus jure poteſtatis ha-
bebat, non amittit: Eſt favorabilis
10 enim cauſa avi apud *tex. in d. l. fin.*
*C. de uſufruct.* ubi ſtatutum compe-
ritur (nè afflicto ſuperaddatur affli-
ctio) ut uſusfructus patri, ex filio quæ-
ſitus, quāvis ipſi filio fuiſſet relictus,
vel legatus, eo mortuo non extingua-
tur, *ex d. l. fin. C. de uſufruct.* ità pari-
11 ter de avo, dicendum eſt, ut deciſū
per Sabaudiæ Senatū, teſtatur *Ant.*
*Fab. defin.* 14. *C. de bon. quæ lib.* cui
adhæret etiam *Reg. de Marin. d. cap.*
345. *ubi de Luca in addit. num.* 2.
Sequitur tertia Cōcluſio, deducta exē-
12 plo filiifamilias Clerici, cujus etenim
bona, undecunque acquiſita, licèt ca-
ſtrenſis peculii ſeu quaſi naturam
habeant, juxtà tradita ex *l. Sacro-*
*ſancta* 32. *auth. Presbyteros, C. de*
*Epiſc. & Cler.* uno ordine per DD. rela-
tos, præſertim à *Covarr. in cap. quia*
*nos, de teſtam. Pinell. in d. l.* 1. *par.* 1.
*num.* 41. *C. de bon. mater.* & à cæteris
apud *Reg. Conſtant. in tit. C. de filiis*
*official. milit. num.* 51. *lib.* 12. & per
conſequens, etſi pater ſuper illis bo-
nis filii Clerici uſumfructum non ha-
beat; ut fuſius diximus *in Controv.*
6. *num.* 27. *lib.* 1. bonorum acquiſi-
tio ſi fuerit tempore, quo filius erat
laicus, & poſtea Clericus efficiatur,
non tamen in illis, ità acquiſitis, ex-
13 tinguitur per Clericatum paternus
uſusfructus, ſed initium acquiſitio-
nis tali caſu attenditur; ac proinde
14 ex receptiſſima omnium concluſio-
ne habetur, ut donec patris vita du-
ret, uſusfructus ſemel ſuper bonis fi-
lii, tempore habili, ei quæſitus, nun-
15 quam ob ejuſdem filii mortem po-
ſtea finiatur, aperta ſunt nimis Jura
*in l. fin. verſ. ſin verò defuncta perſo-*
*na, C. ad S.C. Tertull. in l. fin. verſ.*
*in omnibus videlicet caſibus, C. com-*
*mun. de ſucceſſ.* cum aliis per *Roder.*
*Suar. in tit. majoratus, à num.* 31.
*uſq; ad* 38. *Joan. Lup. in rubr. de do-*
*nat. inter vir. & uxor.* §. 42. *num.*
12. *Dec. in cap. in præſentia nu.* 246.
*de probat. Cavalc. in d. eius tract.*
*de uſufruct. num.* 187. *Gratian. lib.*
3. *diſcept. for. cap.* 464. *& lib.* 4. *d.*
*cap.* 781. *num.* 49. *Paſchal. de vir.*
*patr. poteſt. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 6. aliiſq;
omiſſis, per nos relatis *d. Controv.* 6.
16 *lib.* 1. Eſt namq; regulare, quod ea,
quę requiruntur in jure acquirendo,
poſtquam illud fuit quæſitum, non
ſint amplius neceſſaria ad illius con-
ſervationem, prout de animo, in poſ-
17 ſeſſione quærenda requiſito, juxtà
diſpoſitionem *tex. in l. is, qui animo,*
*ff. de acquir. poſſeſſ.* & ſic uſusfructus,
patri quæſitus, remanet penès ipſum
jure retentionis, nō jure ſucceſſionis.
Vndè clarè deducitur, huiuſmodi uſus-
18 fructus progreſſu non tolli, ſeu impe-
diri ex pacto ſucceſſionis excluſivo,
nec propter dictam renunciationem,
per ipſum patrem factam in capitulis
matrimonialibus præfatæ ſucceſſioni
filiorum; nam talis uſusfructus, quæſi-
tus patri ex viribus patriæ poteſtatis,
19 nō dicitur, ut ſupra, remanere penes
eum iure ſucceſſionis, ſed iure retē-
tionis, meritòque, ex renunciatione
dictæ ſucceſſioni liberorum, à paren-
tibus peracta, recenti hoc more nobi-

H 2 lium

Digitized by Google

lium Platearum Capuanæ, & Nidi,
nihil poteſt inferri, quòad uſumfru-
ctum, iam patri quæſitum, de quo
caſu nulla fuit facta mentio, nec in
tabulis nuptialibus, nec in deſcripto
uſu aliquid diſpoſitum comperitur;
undè ſub enunciatis Juris Commu-
20 nis concluſionibus, quod ibi non fuit
conſideratum, penitùs remanere de-
bet; cum diverſum ſit ſuccedere, &
retinere, acquirere, & acquiſitum
amittere, ut inquit ex *Bald. in Auth.*
*excipitur num.* 1. *C. de bon. quæ lib.*
*Arius Pinell. in dict. l.* 1. *C. de bon.*
*matern. par.* 1. *dict. num.* 39.
Sunt enim toto cœlo inter ſe diverſa,
21 ſucceſſio, & uſusfructus retentio,
adeòut ab uno ad alterum, ut annui-
mus, minimè poſſit inferri, nec va-
leat ſic arguere; eſt excluſus pater à
ſucceſſione, ergò ab uſufructu; cum
diverſo jure unum, & alterum ei cō-
petat, nam hic reſpicit conſervatio-
nem juris quæſiti virtute patriæ po-
teſtatis, illaq; novam acquiſitionem
22 ex alio jure diverſo; Levius autem
eſt conſervare, quàm ſuſcitare; &
faciliùs impediuntur facienda, quàm
jam facta, citiùſq; quis repellitur ab
23 obtinendo, quàm ab obtento; & mul-
ta impediunt ordinādum, quæ haud
24 impediunt iam ordinatum, *Dec. in*
*l. ambiguis* 85. §. *non eſt verum in*
*princ. de reg. jur. Lanar. conſ.* 35.
*num.* 4. & retentio magis admittitur,
25 quàm petitio, *l. per retentionem, C.*
*de uſur. l. Paulus, ff. de dot. except.*
*Dec. in l. Divus, num.* 2. *ff. de reg.*
*jur.* cum aliis penès *Surd. conſ.* 4. *nu.*
15. Et cum renunciatio reſtringatur
26 ſemper ad expreſſa, ut ait *Molfeſ.*
*de renunc. par.* 4. *quæſt.* 13. *num.* 22.
& 25. nec facta intelligatur, niſi qua-
tenus neceſſariò inferatur ex ipſo
actu, cum ſit ſtricti juris, nec extē-
datur de uno ad alterum caſum, ex
pluribus collectis per *Grat. tom.* 4.
*cap.* 627. *num.* 9. idcircò, quò minus
fieri poteſt, renunciāti nocere debet,
*Merlin. poſt tract. de legit. deciſ.* 48.
27 *num.* 24. Quando itàq; ſunt duo ju-
ra ſeparata, nec unum habet conne-
xionem, nec dependentiam ab alte-
ro, uno ſublato, alterum non tollitur,
*Dec. in l. quoties duplici jure* 91. *n.*
4. *ff. de reg. jur.* & proinde in ſtatuto,
conſuetudine, aut more, à quo pen-
det hoc pactum, ſucceſſionis exclu-
ſivum, ſemper illa eſt ſumenda in-
terpretatio, ex qua evitetur Juris
Communis correctio, atque minus ei
28 derogetur, quàm fieri poteſt, ut tra-
dit *Macerat. lib.* 1. *var. reſol.* 103. *nu.*
18. undè ſi duo operari poteſt con-
tra Jus cōmune, ſat eſt in altero tan-
tùm ſortiri effectum, ut minus cor-
rigatur idem jus, quàm ſit poſſibile,
*cap. cum dilectus, §. cæterum,* ubi *gl.*
*verb. jur. commun.* & *Abb. num.* 21.
*Cacher. deciſ.* 21. *num.* 11. & *deciſ.* 59.
*num.* 13. cum omnis receſsus ab eo ſit
vitioſus, *cap.* 1. §. 1. *de fil. preſb. in* 6.
29 Sicut omnis reductio ad illud eſt fa-
vorabilis, *gloſ. in cap. ſtatutum, ver.*
*numerandum, de prębend. in* 6. & *in l.*
*unus, §. pactū ver. redditus, ff. de poteſt.*
Statuta, namq; recipiunt paſſivam, ſci-
30 licet arctam, & non latam extenſionē,
quia in illis Leges cōmunes ſe extē-
dunt, ut ait *Bart. l.* 1. *ff. de mu.* & *ho.*
Et in terminis dictæ renunciationis, à
31 patre factæ, quòd non intelligatur
renunciatum uſufructui, niſi quando
clarè ex eodem actu, & de neceſſita-
te hoc inferatur, ſtatuit *Anchar. conſ.*
106. quem poſt alios ſectantur *Surd.*
*conſ.* 431. *num.* 15. & 22. *lib.* 3. &
*Grat. d. cap.* 627. *num.* 20. & 25. lo-
32 quentes in caſu, quo pater renun-
ciaſſet Statuto Vrbis, quòad lucrum
dotis, & reſtitutionem illius, liberis
exiſtentibus, ut minimè cenſeatur,
Juris communis diſpoſitioni renun-
ciaſſe, juxtà quod pater eſt uſufru-
ctuarius bonorum filii, quia tale pa-
ctum ſtrictè intelligi debet, tùm ex
ſui natura, quæ excludit à ſucceſſio-
ne, & non ab uſufructu, tùm quia
legis ſtrictam correctionem inducit,
ut fundat *Georg. alleg.* 23. *num.* 20.
33 & *ſeq.*

Digitized by Google

33 *& ſeq.* Immò tantùm abeſt, ut pater excluſus à ſucceſſione, cui per tale pactum renunciavit, excludatur ab uſufructu, ut potius contrarium ſit verius, nempè ut ad uſumfructũ admittatur, quandò ad ſucceſſionem non admittitur, & ubi datur ſucceſ-
34 ſio, ceſſet uſusfructus, juxtà tradita per *Napod. in Conſuetud. filiusfa. ver. ſalvo num.* 25. ex *tex. in* §. 1. *&* §. *ſi verò, auth. de hæred. ab inteſt. l. fin.* § *fin. C. ad Tertull. l. fin.* C. *com. de ſu. & Gl. in l.* 2. C. *de bo. mat.* Confirmatur relata concluſio ex his, quę
35 in materia ſtatuti non abſimilis, ſed omninò conformis huic Nobilium uſui, tradit præ cæteris *Fontanell. de pactis nupt. t.* 1. *clauſ.* 4 *gl.* 8. *par.* 3. *num.* 60. cui adhæret *de Luca ad dict. cap.* 345. *de Marin. num.* 4. In principatu enim Cathaloniæ adeſt quædã *Conſtitutio*, exordiens, *los impuberes*, ſub *rub. de pupil. & al. ſubſt.* quæ inter alia diſponit, ut impuberibus ab inteſtato defunctis, bona, quæ ad illos à patre, avo, aut ab aliis de linea paterna, quocumque titulo lucrativo pervenerint, non matri, nec proximioribus ex materna linea, ſed patri tantùm, aut proximioribus paternis perveniant, ſola legitima matri reſervata, aut cæteris aſcendentibus, ex ea parte matris ſuperſtitibus, idẽque ſervetur in bonis, perventis eiſdẽ impuberibus à matre, ſeù ex linea materna. Stante itaque Conſtitutione præfata, quærit *Fontanell. loc. cit.* quem ſequitur *Reg. Merlin. dict. cap.* 29. *num.* 10. an procedat, quod ſupra dixerat, nempè *num.* 12. ut remaneat uſusfructus penes patrem quæſitum, etiam poſt filii obitum, enunciata non obſtante *Conſtitutione*, & arguẽs pro contraria parte ex reſervatione ſolius legitimæ, quæ ex huiuſmodi Conſtitutione parenti datur, omnia alia videri excluſa, quæ ſunt præter legitimam, propter illa verba, nimis reſtrictiva (ſola legitima reſervata) & ſic erat caſus magis dubitabilis cõtra patrem, quàm caſus noſter, in quo eſt pro comperto, patrem eſſe à legitima pariter excluſũ, ut habetur etiã apud *Præſ. de Franch. deciſ.* 552. *nu.* 7. *&* 10. *Reg. Rovit. deciſ.* 99. *num.* 10. *cum ſeqq.* aliosque, per nos relatos
36 *contr.* 17. *dict. lib.* 1. Attamen reſolvitur queſtio pro affirmativa ſententia, poſſe nempe patrem, præter legitimã, retinere ſibi pariter uſumfructum, quo ante filii obitũ in bonis advẽtitiis fruebatur, tum ex *dict. l. fin. C. ad S-C. Tertull. cum ſimilibus*, quæ hunc uſumfructum patri concedunt poſt mortem filii, tum etiam, quia Conſtitutio deſcripta ſolùm loquitur de bonis, quæ ad filium pervenerunt à matre, vel ex materna linea, & quorum uſumfructũ, non poteſt dici, ali-
37 quo modo perveniſſe ad ipsũ filium, neque ſolo momento temporis apud eum fuiſſe, ſed ſemper apud genitorem *ex l. placet cum ſimil. ff. de acquir. hæred.* nec cenſetur, patrem filio ſuccedere in uſufructu, cum illum dicatur habere in vita filii ex juris diſpoſitione, & vi patriæ poteſtatis, non iure ſucceſſionis; undè illam cõſtitutionem, dici nequit, providiſſe in hoc caſu, ſed illum omninò reliquiſſe ſub diſpoſitione Juris communis, ſecundùm quod patri remanet uſusfructus, ut ſubdit idem *Fontanell. loc. cit.* inquiens, haud eſſe veriſimile, Cõſtitutionem hanc voluiſſe, iura,
38 de uſufructu tàm clarè loquentia patris favore, ambiguis, & paucis verbis tollere, aut corrigere; Et tandem affert pro eadem opinione *Mier. ſuper dict. Conſtitut col.* 6. *num.* 16. *&* 65. ubi ait, illum Senatum ſic ter decreviſſe; eidemque ſententiæ cum aliis nõnullis allegatis adſtipulatur *Fran. Ferrer. in comment. ſuæ gloſſemat. ad prædict. conſtitut. los impuberes gloſ.* 4. *num.* 194. *&* 211., *uſque ad num.* 217. & ibi deniq; *num.* 216. totis viribus, illam eſſe amplectendam, quia in iure magis tutã, profitetur ipſemet, & *in gloſ.* 2. *nu.* 47. ubi affirmat, ex il-

lo

Digitized by Google

lo particulari Statuto, & municipali
39 Conſtitutione minimè fuiſſe corre-
ctum Jus commune,circa hunc uſu-
fructum, patri iam quæſitum in vita
filii, ſed eſſe caſum omiſſum, qui in-
diget explicatione peculiari, & ut ex-
preſſè per partes deducatur in pactū,
uti oſtendit *Reg. Merlin. dict. contr.*
29. aſſerēs *n.*11 hoc magis eſſe inſpi-
40 ciendum in pacto, quàm in ſtatuto;
& verba renunciationē importantia,
ſtrictiſſimè; quidē intelligenda eſſe in
contractu appoſita, per verba nimi-
rū clara,& apertè demonſtrātia,fuiſſe
cōtrahentiū mentem,prohibitionem
uſusfructus, etiam quæſiti in benefi-
cium patris,filio vivente, etſi non re-
periatur id expreſsè cautum in Statu-
to; prout eſſet vera cautio ad exclu-
dendū patrē à præfato uſufructu,nec
aliter præſumi poſſet,aut alio modo.

Verùm, ut allegata, atq;ità, uſquè ad-
huc perpēſa, magis eluceſcant,dicta-
què niteſcāt,ſuprà firmatā cōcluſio-
nem, à quibuſdam obiectionum ia-
culis, quæ adverſus eam intendun-
tur, propugnemus ſanè oportet.

Vndè, non obſtat primò, quòd ex ver-
41 bis præfati novi uſus Nobilium Ca-
puanæ, & Nidi habeatur,ut inquiūt,
inter cæteros, per nos allegatos *dicta*
*Contr.*17. *Afflict.deciſ.*237. *Molfeſ.de*
*renunc.quæſt.*14.*num.*13. ut nullum
jus acquiratur patri in dotibus, ſed
abſq; ulla moleſtia fiat reſtitutio. Si-
quidem reſpondetur, ex his verbis,
non aliud poſſe inferri adverſus con-
juges renunciantes, quàm eorū ex-
cluſionem à ſucceſſione in proprieta-
te; & ità vim operari talia verba de-
bent, dum ex illis prohibetur acqui-
ſitio, ratione ſucceſſionis quovis mo-
do,virtute pacti loquētis de eo,quod
per mortem filii acquiritur novitèr
patri; cum contrahentes more No-
bilium voluerint diſponere, circa de-
ferenda poſt liberorum mortem, non
circa delata,ut in ſimili advertit *Fer-*
*rer. d. gloſ.* 4. *ſub num.* 216. Hic au-
tem agimus de retentione, ſeù con-
ſervatione juris, ante caſum ſucceſ-
42 ſionis quęſiti,uſusfructus ſcilicet iam
delati in vita filii,cujus acquiſitio, ex
dictis, diverſo jure competit genito-
ri, pro quo urget alia ponderatio, nā
in *d. Conſtit. Cathaloniæ*, nil aliud
parentibus reſervatur, quàm legiti-
ma, omniaq; videntur excepta, & ta-
men *Fontan.& Ferrer. loc.cit.* ajūt,
quòd etſi nullum jus eis acquiratur,
præter legitimam, minimè per illam
cenſetur ademptus uſusfructus.

Nec ſecundò poteſt obiici, quòd cum
43 attento hoc novo uſu, contrahēdiq;
more, parentes habeantur pro mor-
tuis,ac dicantur non exiſtere,ex *Na-*
*pod. in Conſuetud. ſi quis*, vel *ſi qua*,
*ver. præterquam, num.* 187. & *num.*
194. ubi *Capyc. Frecc.* aliique *in ad-*
*dit. de Franch. deciſ.* 552. *num.*7. &
*Georg. d. alleg.* 23. *num.* 2. eum eo-
rum renunciatio dicatur extinctiva,
*P. Molfeſ. d. tit. de renunc. quæſt.* 2.
*nu.* 13. *cū d. quęſt.* 14. & caſus mortis
filiorum, decedentium in pupillari
ætate, vel poſt quandocumq;ab inte-
ſtato, aſſimiletur illi, non nativitatis,
ſeù inexiſtenriæ eorumdem filiorum,
& ſub unica determinatione,in utro-
que caſu provideatur, circà parentū
excluſionem, ſimulq; æquiparetur
caſui aditæ,& non aditæ hæreditatis,
ut ex *Napodan. Piſanel. Frecc. & de*
*Franch.* tradit *Amat.conſ.*26.*nu.* 34.
cumq; nō ſuccedant filio ultimo mo-
rienti,ſed parēti,ſi prædeceſſerit, pro-
ximiores, ut ajunt *de Franch. deciſ.*
92. *Molfeſ.loc.cit.quæſt.*15.& *Rouit.*
*deciſ.* 99. omninò ex hoc debeat ex-
cludi pater ab uſufructu,ſicut exclu-
deretur,ſi de medio per mortem tol-
leretur,aut in caſibus, quibus filii nō
eſſent nati, materna hæreditas non
fuiſſet adita, aut quoties non filii,ſed
proximiores uxori ſuccederent, cùm
omnes hi caſus invicem comparen-
tur in eadem praxi dicti novi uſus.

Nam præfatæ obiectionis, veluti tripli-
cis nodi reſolutio, ex prædictis quo-
44 què parata eſt; Parētes enim reſpe-

ctu

Digitized by Google

ctu novæ acquiſitionis in proprietate dotium, haberi non in totũ pro mortuis, eorumque renunciationem dici extinctivam, non ſimpliciter,& abſolutè, ſed quòad ipſam ſucceſſionem, ut in filia renunciante, dixit *Frecc. in addit.ad Conſuet.ſi quis,vel ſi qua, incip. Conſuetud. Capuanæ*, & in patre *Præ.de Franch.d.deciſ.552.n.12.* ut obſervat *R. Merlin. d cap.29. nu. 15.*& proindè ẻnunciatos caſus ſimul in hoc convenire, omneſque æqualiter determinari ſub illa unica excluſionis determinatione, ſcil. novæ acquiſitionis jure ſucceſſionis, quæ di-
45 verſa eſt à retentione uſusfructus ex vi patriæ poteſtatis, cui non obſiſtit pactum, nec de illa loquitur renunciatio, quæ ſub illa caſuum unione parentis excluſionem inducit, nec alia via conſiderari poteſt.

Quarta deniquè, & poſtrema ſuccedit
46 ad idem confirmandum Concluſio, qua arguitur, concedendam eſse patris favore retentionem uſusfructus, nec in caſu propoſito denegandam eſse ex eo, quia etſi parentes, nedum propria pactione, à ſucceſſione ſe excluſerint, ſed etiam fuerit ab eis promiſsa ipſarum dotium reſtitutio, in utroque caſu, non nativitatis, ſcil. filiorum, ac illorum mortis in pupillari ætate, vel quandocumque ab inteſtato, itàut ex verborum vi, reſtitutio ſit plenariè facienda,etiam quòad fructus, ex *l. videamus 38.§. in facienda,ff. de uſur.* cum *Concord.* per *Alciat. in l. plus eſt, & l. hæc verba 73.ff. de verb.ſignif. Tiraqu. in l. ſi unquam num. 275. Surd.deciſ. 212. num. 11. Theod. alleg. 1.num.60.* debeantque intelligi verba illa,cum effectu, *l. 1. §.fin.ff quod quiſq; jur.*
47 cumquè uſusfructus ſit pars dominii, *l. 4.ff.de uſufr.* ut declarat *Seraphin. deciſ. 1365.* ſitq; hæreditas materna,unum integrale,cõſiſtẽs in proprietate,& uſufructu, *l.qui uſumfructum 68. ff. de verb. oblig. l. ſi alii, ff. de uſufr. leg.* unde reſtitutio ipſa in parte non dicatur facta, retento per patrem uſufructu. Nihilominus
48 huic verbo ( reſtitutio ) in caſu noſtro non erit neceſſariò tribuendus talis modus ſignificandi, ut dotes integrè, ac plenariè debeãt reſtitui dotantibus, ſed ſatis operabitur, ſi reſtitutio fiat, quòad earum proprietatem, cum non ſemper importet fructuum reſtitutionem; quamvis alia adſint verba nimis ampla, ut ſi fuerit dictum, quicquid habuit, vel inter dotes pervenit, cum ſimilibus, ex *l. quod his verbis 81.ff. de leg.3.* cum cæteris congeſtis per *Georg. d. alleg. 23.num. 4. Tiraqu. d. verb. revertatur,ſub nu. 287.* Tum enim ob pacti naturam, quod ſtrictiſſimè intelligendum eſt, tum ex mente contrahentium, non poteſt affirmari, ſub illa promiſſione reſtituẽdi dotes,
49 compræhendi privationem paterni uſusfructus, ſed ſolùm diſpoſitionem circà jura deferenda poſt filiorũ mortem, non verò circà jam delata, ipſis viventibus, & quæ alia ex cauſa, nempè patriæ poteſtatis, parentibus fuerunt quæſita; cum fuerit ſimul promiſſa hæc reſtitutio, & altrinſecus renũciatũ liberorum ſucceſſioni, juxtà hujuſmodi Nobilium morem, ex quo habetur,dari patris excluſionem quòad proprietatem à dicta filiorum ſucceſſione, non quòad uſũfructum, jàm ei quæſitum ante ſucceſſionis eventum; Nàm idem recẽs Capuanæ, & Nidi uſus, ubi voluit loqui de uſufructu, clarè expreſſit, ubi noluit de eo loqui, nihil dixit; quemadmodum colligitur ab uno ex ejus Capitulis, diſponente reſpectu antephati, quod integrum ibi deberi, expreſsè ſtatuitur mulieri, viro ſine liberis defuncto, & quòad uſumfructum, & proprietatem; Ità pariter debebat loqui in caſu præſenti, & tamen non ità, ſed ſolùm utitur his verbis: *Excludatur pater à ſucceſſione filiorum ab inteſtato*, ut apertè habetur ex tenore ejuſdem uſus, reaſſum-

Digitized by Google

aſſumptus à protocollo Notarii Io: Baptiſtę Valle, & inſertus in nova noſtrarũ *Conſuetudinum* impreſſione, apud *Camill. Salern. in d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua*, quem allegavimus *d. Contr.* 17. *num.* 58. *lib.* 1.

Ex his ergò infertur, parentes in tabu-
50 lis nuptialibus promiſiſſe reſtituere id, in quo nolebant ſuccedere, & nolle ſuccedere ad id, quod volebant reſtituere, nempè reſpectu proprietatis, pro qua ſatis, ſuperquè dicitur facta reſtitutio. Idq; ſuadetur eò fortius, quia eadem reſtitutio etiam promittitur caſu, quo matrimonium diſſolvatur, ſuperſtitibus liberis, juxtà verba, quæ exprimuntur in tali contractu, inito juxtà hunc novum uſum, ut præ cæteris refert *Præſ. de Frãch. deciſ.* 92. & tamen, nemo tunc poterit inficiari, uſumfructum patri competere. Præterea in terminis præfatæ *Conſtit. Cathaloniæ*, quę ſtatim, mortuo impubere, defert illius bona, cum utatur in diſpoſitiva verbo, *perveniant*, quod eſt præſentis temporis,
51 vt perpendit *Ferrer. ſuper d. Conſt. gloſ.* 4. *num.* 316. & tamen bonorum reſtitutio non dicitur ſuſpendi, quãvis pater retineat uſumfructum, cũ utrumque ſit compatibile, ut pater nimirum habeat uſumfructum, ejus vita durante, & proximiores proprietatem; immò filius, qui proprietatẽ tantùm habebat, in eoſdem proximiores plus juris transferre non poterat; & ità *Ferrer. d. gloſ* 4. *n.* 320. verba enim, quibus parentes dotiũ reſtitutionem promiſerunt, licet plena, & ampla, non cenſentur ſimpliciter, & abſolutè prolata, reſpectu totius dominii, ſed tantùm ſpectantis ad filium, ſcil. directi, cum debeant
52 intelligi ratione ſubiectæ materiæ, juxtà quam proferuntur, ut ex pluribus probat *Grat. tom.* 2. *cap.* 327. *nu.* 25. loquens in caſu, quo pater conſentiret donationi adventitiorum, faciendæ per filium, ut talis conſenſus, etſi ſit præſtitus cum verbis, *pleno jure, & ſimil.* non operetur uſusfructus remiſſionẽ, ex *Anchar. cõſ.* 106. ut in terminis ſæpè enunciatæ *Conſt. Cathaloniæ*, verba illa, *ſola legitima*, eſſe reſtrictiva tantùm reſpectu proprietatis, nec loqui de uſufructu, ait *Ferrer. d. gloſ.* 4. *num.* 216. *in fin.*

Neque in caſu noſtro ex verbis deſumi,
53 vel ex contrahentium mente conijci poteſt, voluiſſe ſc. patrem, remittere uſumfructum, ſicuti quando promitteret reſtitutionem integrè, vel ſine diminutione, aut pleno jure, ac ſimilibus clauſulis, ex quibus intelligatur, tàm reſpectu proprietatis, quã uſusfructus, ut *Caccialup. in l. frater à fratre num.* 88. *Surd. conſ.* 259. *nu.* 117. *lib.* 1. *Grat. tom.* 2. *cap.* 327. *num.* 19. *tom.* 3. *cap.* 519. *num.* 10. *& tom.* 4. *cap.* 781. *num.* 16. *& Reg. Merlin. d. cap.* 29. *nu.* 23. nam, cum hæc verba non adſint, non opus eſt, de prædictis diſputare, etſi præfati DD. etiam his clauſulis contrariũ ſenſerint, præſertim *Grat. d. cap.* 327. *num.* 25.

Neq; item clauſula *ad conſilium Sapiē-*
54 *tis*, hanc uſusfructus remiſſionem operari queit, tùm quia non eſt appoſita ubi tale pactum continetur, ſed legitur in promiſſionę antephati, tum quia ſi fuiſſet ibi adiecta, Sapiẽs declarare non poterat, niſi quæ ad promiſſorum exequutionẽ tendunt, non verò ſubſtantiam circa diſpoſita alterare, ut notant DD. *in l. ex ca parte, ff. de verb. oblig.* & *Amat. conſ.* 35. *num.* 25. Senſus namq; Sapientis eſſe debet, ut legitimè liget, & cau-
55 tè, ſecundùm naturam contractus, ut ex *Specul.* & aliis, inquit *Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ.* 42. *gloſ.* 8. *nu.* 1. *& gloſ.* 9. *in fin.*

Sed ut tandem omnem removeamus
56 lapidem, licet opponatur, patrem non retinere uſumfructum, quando filii bona fuiſſent reſtitutioni, ſeù fideicommiſſo ſubiecta, ſed ejus morte expirare; tunc enim reſoluto jure filii obejus mortem, cujus occaſione, & propter patriam poteſtatem, pater uſum-

Digitized by Google

uſumfructum percipiebat, debet & jus patris percipientis reſolvi, ut poſt *Gomeſ. ad l. Tauri* 48. *num.* 4. & *Ferdinan. in d. l.* 5. *nu.* 8. probavit in terminis majoratus *Molin. lib.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.* 19. *nu.* 20. quē ſequūtur *Xuarez. Pinell. Matthien. Micr. Oliban.* & *Fontanell. ut ſup.* allegati à *Ferrer. d. gl.* 4. *nu.* 218. Vndè, attenta Conſuetudine in ſcriptis redacta, minimè quòad hoc innovata per nouum uſum, cum proximiores cenſeantur vocati ad ipſa bona per fideicommiſſum, & acquiſitio fieri dicatur filio revocabiliter, juxtà *Napod. in Conſuet. ſi moriatur verb. ſuccedunt, num.* 92. *Piſan.* & *Vrſill. in add. ad deciſ. Afflict.* 237. *num.* 3. *Conſil. Hodiern. ad Surd. deciſ.* 170. *num.* 9. *Conſil. de Georg. d. alleg.* 23. *num.* 25. videtur propterea paternus omninò reſolutus uſusfructus.

Haud enim Adveſariis id refragabitur,
57 quia procedit, quando bona fuerunt in temporali dominio ipſius filii, & uſque ad ejus vitā reſtricto, ut eſt majoratus, in quo loquuntur *Molin.* & alii *præcit.* vel quando bona fuerunt expreſsè à teſtatore vinculata, & ſubſtitutioni ſuppoſita; tunc enim eveniente caſu ſubſtitutionis, & purificata conditione, cum bona illa non dicantur impuberis, ſed teſtatoris vinculantis, & fideicommittentis, *l. cohæredi* 41. §. *cum filio, ff. de vulg.* & *pupill.* non debetur uſusfructus patri, quem jura ei largiuntur in bonis filii, ut advertit *Ferrer. ſub num* 218. ſe-
58 cus verò, quando nullum vinculum, gravamen, ſubſtitutio, aliaq; fuiſſent ab homine injuncta in ipſis bonis. Nam, quæ à matre, vel ex linea materna filio obveniunt, licet ſubiecta Conſuetudinibus, nō poſſunt dici taliter obnoxia, & vinculata ex hominis diſpoſitione, ut in iis dominium temporale competat filio, & ad ejus tantùm vitam reſtrictum, dum non ſunt ſubſtitutioni, & fideicommiſſo ſuppoſita; & in his, attenta etiam Conſuetudine in ſcriptis redacta, datur caſus, in quo abſque dubio patri competat vſusfructus, prout quādo, ſcilicet noluiſſet ſuccedere filio præ-
59 mortuo, cum altero filio, ejuſdemq; fratre, ſed portionem, ſibi ſpectantē renunciaſſet; tunc enim non eſſet ei denegandus uſusfructus, ſi vellet; quemadmodum in terminis præfatæ *Conſtit. Cathalon.*, quæ proximiores vocat, ad bona filii, excluſis parentibus, non minus, quàm vocantur etiā per noſtras Conſuetudines, & per hūc novum uſum, patri cōcedi uſumfructum, fuſiùs iam fuit demonſtratum.

Et ut nihil deſit ex adverſo congeſtis,
60 cui non ſit ſatisfactum, aut data inveniantur reſponſa, neq; demum obſtabit ultra prędicta, quod aſſerit *Reg. de Marin. d. cap.* 345. *num* 14. ſcilicet, non eſſe novum in hac Civitate, patrem in bonis filii hodie vſumfructum habere, & illo craſtina die privari; cum id tàm in vita, quàm in morte filii accidere poſſit; nempè in
61 in vita, ſi nolit filius cum patre commorari: aut ſi pater ipſe recuſaret, penès ſe filios habere, in unoquoq; enim iſtorum caſuum, cogitur pater vigore Conſuetudinis omninò reſtituere dotes maternas filio, & uſumfructum amittere: In morte idem contingere poſſe, ait ipſe *de Marin. loc. cit.* nempè, quando filius de dictis bonis maternis diſpoſuit, relicto tantùm
62 debito bonorum ſubſidio patri. Nam quicquid aſſerit, ad rem non facit, nec de hoc altercatur, cū expreſſè diſpoſitū inveniatur, per noſtras Conſuetudines, quòad primum in *Conſuetud. ſi mulier, de jur. dot.* & quòad ſecundum in *Conſuetud. Filiusfam.* At in caſu, de quo tractatur, ſi uſusfructus nempè, ſemel quæſitus patris favore, amittatur ob filii obitum in pupillari ætate, vel quandocumq; ab inteſtato, nihil novus hic uſus Capuanæ & Nidi expreſsè diſponit; ergò ſub Juris communis diſpoſitione penitùs ejus eſt relinquenda deciſio; minimè



Digitized by Google

pariter obſtante, quod item ſubdit
63 idem *Reg. de Marin. in fin.* hoc non poſſe nunc tuta conſcientia in controverſiam poni, quando antea inter tot præſtantiſſimos Advocatos non fuit dubitatum. Nam quandoque bo-
64 nus dormitat Homerus: & ſanè accidere poteſt, id hodie diſceptari, & apertis juribus controverti, quod antea inadvertenter, quia non fuit rectè conſideratum, pro indubitato tranſivit; Nec rurſus damnarentur ſępè ab Eccleſia nonnullæ priſcæ opiniones, etſi probabiles, & communes, quæ melius poſtea perpenſæ, omni iure, & Poli, & Fori, ſuſtineri minimè poſſe videntur, prout ſunt præſertim propoſitiones, paucis ab hinc annis damnatæ per *Alexan. VII. & Innoc. XI. & Alex. VIII.* inter recentiores.
Ex his igitur, ſigillatim collectis, pro
65 retentione uſusfructus, iam patri quæſiti, cum non proprio marte, nec obſcuris rationibus, jactetur clara cōcluſio (ut alii aſſeruerunt) ſed veris Juris principiis, ſolidiſſimis argumentis, aliiſque DD. authoritatibus, & apertis fulciatur doctrinis, nemo ſanæ mentis audebit in poſterum affirmare, illam fuiſſe temerè, perperam, & inaniter propoſitam. Quinimmò nec ad veritatis vim evadendam, illud valebit præſertim *Reg. de Marin. loc.* ſępè *alleg.* refugium, in ſimilibus ſcilicet caſibus, qui aliter occurrerūt, nunquam, ut ait, parentes propoſuiſſe præfatam uſusfructus retentionem, ſed integras dotes abſque ulla contentione reſtituiſſe; Quia illi ità ſtete-
66 rūt, manibus iniunctis, reſupini (ſicuti ſolet dici) & deſperati etiā de huiuſmodi ſubſidio, maluerunt potius cedere, quàm fortuna contendere, iuxta tradita per *Præſ. de Franch. deciſ. 206. num. 2. in fin.* Siquidem hoc, quod non fuit, ex aliorum incuria, ad examen deductum, quomodo poteſt dici diſcuſsū? Et niſi diſcuſſum, quomodo deciſum? Si verò non deciſum, quomodo poterit allegari obſervantia in contrarium? etſi quę obſervantia concurreret, qualis erit eius vigor? ſi ſpectandum eſt, non quod factum ſit, ſed quid fieri debebat, *l. ſed licet ff. de offic. Præſid. cap. cum cauſam 27. de*
67 *elect.* Neque exempla, ſi quæ adduci poſſent, niſi bona, convenientia, & recta eſſent, ſequi debemus, ex *Aul. Gel. lib.* 10. *Noct. Actic. cap.* 19. Et ſana ratio ſemper eis anteponenda erit, ex *Diu. Auguſt. lib.* 1. *de Civit.*
68 *Dei, cap.* 23 Nec deciſionum authoritas eſt etiam attendenda, niſi quando communi voto amplectetur, ut notat *Carleval. de iudiciis lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 3. *num.* 969. præcipuè apud noſtri Regni ampliſſimos Senatores, quorum religioni, pietati, ac peritiæ meliora his ſupplenda reſervantur, quàm hactenùs ſcripſimus.

## CONTROVERSIA XI.

Im[illegible] vitio [illegible] an filio naturali [illegible] pro, & à teſtatore dicto legitimato, impedire poſſit, ſola ſpurietatis [illegible] oppoſitione, ex adverſo allegata, quæ altiorem requirat indaginem?

### SVMMARIVM.

1 *S[illegible] filii exceptio contra [illegible] dicta, an impediat [illegible]* l. fin. C. de [illegible]

2 *Teſtatoris [illegible] eius filii [illegible]*

3 *Pater, non exiſtente legitima prole, bona, inter vivos, & in ultima voluntate, poteſt tranſmittere etiam naturalibus liberis.*

4 *Filii orti ex uxorato, & ſoluta, aliquando poſſunt ſuccedere, ex paterno teſtamento, legitima tamen prole deficiente.*

5 Nec

Digitized by Google

5 *Nec dicuntur nati ex coitu punibili, nec ipſi incapaces ad ſuccedēdū.*
6 *Exceptio impotentiæ teſtatoris, & incapacitatis hæredis, in poſſeſſorio ſummariiſſimo non ſubſiſtit.*
7 *Exceptio altiorē requirens indaginem, immiſſionem hæredi ſcripto nullo modo impedire poteſt.*
8 *Spurietatis exceptio altam pro veritate requirit indaginem, quia probatio eſt facienda de tempore conceptionis.*
9 *Exceptiones de facto probando, altiorem requirunt indaginem; ideò ad petitorium, non impedito poſſeſſorio, reſervantur.*
10 *Quæ verò uti claræ, non patiuntur oppoſitionem, altiorem minimè requirunt indaginem.*
11 *Teſtatoris impotentiæ, vel hæredis incapacitatis exceptiones, niſi probentur, non præſumuntur.*
12 *Filii ſpurietas ex publico inſtrumento, vel patris confeſſione cōſtat.*
13 *Spurietatis exceptio altiorem indaginem requirit, nec immiſſionem impedit; niſi notoria ſit, ut n. ſeq.*
14 *Immiſſio non impeditur per exceptiones, petitorium reſpicientes.*
15 *Filia eſt immittenda in poſſeſſionē bonorum paternorum, etſi allegetur, bona eſſe feudalia, & fœminā de jure communi feudorum dici omnino incapacem.*
16 *Filius naturalis, potius quàm ſpurius in dubio præſumitur.*
17 *Immò in dubio poteſt hæres inſtitui.*
18 *Pater ſi aliquem in ſuo teſtamento vocavit filium, cenſetur ille tanquam legitimatus.*
19 *Facti quæſtio ad petitoriū ſervatur.*
20 *Scriptura privatæ perſonæ, privata dici ſemper debet.*
21 *Nec talis perſona habere vim poteſt tabellionis.*
22 *Fides privatæ perſonæ, antequam ab aliis teſtibus approbetur, nec minus facit ſemiplenā probationē.*
23 *Scriptura privata, etſi recognita, ſemiplenam tamē probationē facit.*
24 *Copiæ ſcripturarū, exemplatæ parte irrequiſita, nullā faciunt fidē.*
25 *Scriptura præſentata nequit nocere, niſi parti ſit notificata.*
26 *Ratio nunquam eſt habenda de ſcripturis parti minimè notificatis.*

## ARGVMENTVM.

Spurietatis filii exceptionem, per proximiores agnatos ex adverſo allegatā, nec probatam, contrà teſtamentum paternum, omni viſibili vitio carens, minimè ſufficere, ad impediendam ei immiſſionem, vigore præfatæ diſpoſitionis, qua legitimatus filius à patre vocatur, dum ſuum dicit hæredem, & proindè, enunciata oppoſitione nō obſtante, ipſum filium immitti debere in poſſeſſionem, claris fundatur rationibus, breviq; methodo oſtenditur.

1 Apertis valdè, ac claris ſancitum, dum reperitur verbis ex *tex. in l. 1. nihil eſſe, quod magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ volūtatis, poſtquam jam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterū non reddit arbitriū, C. de Sacr. Eccl.*

Ea propter, cum ſuum ultimum clauſiſſet diem Ioannes Antonius Teſtator, inſtituta ſua univerſali hærede Victoria ejus filia legitimata, jurè petiit illa ex hujuſmodi ſui genitoris voluntate, & clara diſpoſitione, hæreditatis paternæ immiſſionem ex nīmis decantato Juris remedio in *l. fin. C. de edict. Diu. Hadrian. tollend.*

Et quamvis excipiat Pomponia, præfati Teſtatoris ſoror, æquè, ac ad impediendam prædictam immiſſionem veniat, impotentiam diſponentis, & incapacitatem hæredis allegando, ſed perperam, aſſerens, prænominatam Victoriam eſſe ſpuriam, ortamq; ex



Digitized by Google

conjugato,& ſoluta,quod prorſus negatur, cum à vero omninò aberret. Nihilominus iura, quæ tuemur pro dicta Victoria, cum luce ipſa ſint clariora,tàm in petitorio,quàm in poſſeſſorio; propterea libenti animo illa in medium afferemus, & in eiuſdem beneficium, præambuli decretum eſse ordinandum,paterni vigore teſtamẽti, non immeritò ſperamus.

In petitorio quidem, dũ hæres eſt natu-
2 ralis filia legitimata,prout ipſemet teſtator ſuo teſtamento, omni vitio carente,ac conſuetis vallato ſolemnitatibus aſſeruit,quod quippè ſufficit ad reddendam eam legitimam hæredẽ, iuxta tex. in Auth. ſi quis liberos habens, ibi: Sive in teſtamento, ſive in geſtis monimentorum hos ſuos eſſe, nec adiecerit naturales: huiuſmodi filii ei legitimi ſucceſſores erunt, C. de natural. liberis, & in §. illud quoque Auth. quib. mod. natural. efficiantur legitimi, & ibi DD. Noguerol. tom. 1. allegat. 23. ſub num. 151. Argel. de acquir. poſſeſſ. queſt. 3. art. 10. n. 545.
3 verſ. eandem ſententiam; Nam cum non adſit legitima proles, licet Patri totam ſubſtantiam, vel inter vivos largiri, vel in teſtamento liberè tranſmittere ſuis naturalibus liberis, ad tex. in auth. licet, C. de natural. lib. cuius meminit, Præſ. de Franch. dec. 47. & R. Salernit. deciſ. 9.

Neque dicatur id procedere in natis ex libero,& ſoluta, non autem ex coniugato,& libera; nàm reſpondetur parti adverſæ factum deficere, & in termino illius veritatem clarè apparituram, dummodò gratis id aſſeritur.

Minimè tamen ignoramus dixiſſe DD.
4 etiã natos ex uxorato, & ſoluta, ſucceſſibiles eſſe, ſaltem ex teſtamento, legitima prole deficiente; ea ratione, quia dum non eſt coitus à lege Imperiali, punibilis, nec accuſabilis, ad tex. in l. 1. C. ad l. Iuliam, de adult. filii, qui ex illo procreantur, non dicuntur proindè omninò incapaces, neque indigni, ut benè advertit Gloſ. in auth. ex complexu in verb. indigni.
5 C. de ingeſt. nupt. Ideoque quia ſucceſſibiles ſunt, ex teſtamento benè ſuccedere poſſe, tuentur, Aretin. in §. noviſſimè inſtitut. de S. Conſult. Orfician. num. 3. col. 2. verſ. & ad unum advertas, Salycet. in l. ſi qua Illuſtris num. 3. verſ. ſed hoc intelligo, C. ad d. S. Conſult. Orfician. & in d. Auth. ex complexu, Barth. Soccin. conſ. 97. conſ. 148. à nu. 3. cum ſeq. & Bald. de Bartholinis in fine dicti Cõſilii latè Palcot. in ſuo tract. de Nothis, & Spuriis cap. 42. per totum, Cephal. conſ. 48. num. 25. tom. 1. Pariſ. conſ. 96. num. 7. lib. 4. Verall. dec. 341. & 342. lib. 2. Argel. de acquir. poſſ. q. 3. art. 10. num. 550. Ruin. conſ. 87. lib. 3. Natta conſ. 473. tom. 2. Riminald. conſ. 69. num. 115. Alciat. conſ. 389. Menoch. de adipiſ. poſſeſſ. remed. 4. num. 357. Dec. conſ. 242. num. 10. Roland. conſ. 1. num. 61. quos refert Reg. de Marin. reſol. cap. 101. tom. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 34. num. 4. vol. 2. Ioſeph Ludov. dec peruſin. 18. n. 29. cum ſeq. & alii apud ipſos, & Reg. Galeot. contr. 36. num. 33. lib. 1.

Sed hæc dicta ſint ad tranſennam, cum
6 modò agatur de poſſeſsorio tantùm ſummariſſimo, in quo firma prorsùs dictæ Victoriæ iura demonſtrantur, virtute dicti teſtamenti; & exceptiones propoſitas, impotentiæ Teſtatoris, & incapacitatis heredis, ſubſtineri nõ poſse, ac debere mandari interpoſitionem Decreti præambuli in benefi-
7 cium ipſius, inceſsanter affirmo; dum exceptiones, altiorem requirentes indaginem, immiſſionem hanc hæredi ex teſtamẽto impedire haud poſsũt, ità Dec. conſ. 84. & 218. Afflict. deciſ. 19. num. 7. cum cæteris DD. apud Argel. de legit. contradict. qu. 11. nu. 75. & quæſt. 17. num. 6. per tex. aper. in d. l. 2. C. de edict. Div. Adr. Tollend.

Reſtat igitur videre, nùm exceptio præ-
8 dicta prætenſæ ſpurietatis altiorem indaginem requirat; licet clarè conſtet ex dictis, articuli veritas, & facti ſpe-

ſpecies aliter ſe habeat,quàm à parte ſupponitur, etſi ullo fundamento id probare autumet; tamen non omittam,quod per Sacrum Conſilium deciſum tradit *Reg. Tappia deciſ.37. in fin.* exceptionem, ſcilicet ſpurieratis, altiorem indaginem requirere, cum probatio de tempore conceptionis ſit facienda,ut teſtatur etiam *Reg.Merlin.contr.forenſ.tom.2. cap.87.nu.26.*

Certi namque juris eſt,quòd quotieſcũque ſunt examinandi teſtes ad veritatem elucidandam; quia propoſitæ exceptiones in facto conſiſtunt, tunc
9 illæ dicuntur altiorem indaginem requirere, & poſseſsorium non impedire,ſed ad petitorium reſervandas eſſe, dixerunt *DD.apud Argel. de acquirend.poſseſſ.quæſt. 2. art. 5. num. 215. & Conſ. Rocc. tom. 1. reſp. 39. num.11.ſed melius reſponſ.75.num.2. & ſeq.* Illę verò dicuntur exceptiones, quæ altiorem indaginem non requirunt, quibus nulla oppoſitio, vel
10 replicatio opponi queit, maximè in terminis huius ſummariiſſimi poſſeſsorii; cum enim aliquid poteſt opponi, vel replicari, dicetur altiorem tunc indaginem requirere, ut docet *Argel.dict.tract. de legit. contradict. quæſt 2. art.9. n.239. cum DD.citat.*

Hinc eſt, quòd exceptiones impotentiæ
11 Teſtatoris, hæredisque incapacitatis quia in facto conſiſtunt,niſi probętur, non pręſumuntur, nec poſsunt impedire hanc immiſſionem, quia ſemper dicuntur altiorem requirere indaginem,ex *DD. apud Paul. de Caſtr. in l. ſcriptum 11. de probat. Argel. de legit. contradict. qu. 11. num. 77. & de acquirend. poſſeſſ. quæſt.3. art.10. à n.545. ad 550. Gratian. cap. 732.*
12 *num. 21.* Vndè niſi probetur ſpurietas per publicum inſtrumentum, vel ex parentum expreſsa confeſſione,ut inquit *R. Merlin. dict. tom. 2. contr. forenſ. cap.87. num.5. & ſeq.* & optimè fundat *Noguerol. alleg. 23. à nu. 145. & 148.* ob multiplicitatem ar-
13 ticulorum,qui contra d.ſpurietatatis exceptionem,opponi poſsunt, ſemper dicitur, altiorem indaginem requirere,& proinde ad petitorium illam remitti debere, ut docuerunt *Socc. in rub. de reb. dub.num.2. Menoch.conſ. 180.n.47.& Præſ.de Franc.dec.289.*

Ex quibus clarè cõſtat, præfatã hæredẽ
14 in teſtamento inſtitutam,ob ſpurietatis exceptionem, quę non eſt notoria, impediri non poſse, quin in poſſeſſionem mittatur, ex traditis per *Reg. de Marinis tom. 2. reſolut. quotid. cap. 101.* ubi etiam in feudis fatetur ipſe, fuiſse immiſsum,inpoſseſsionem,quẽdam verè ſpurium virtute dictæ *l.fin. C. de edict.* & refert *Ann. deciſum ſingul. 535.* quem ſequutus fuit *Reg. Galeot.tom.1. contr.cap.36. num.33.*
15 Immò fœmina, quę de iure communi feudorum eſt incapax, immittitur in poſseſsionem omnium bonorum feudalium, virtute eiuſdem *l.fin.* nec agnati ad talem immiſsionem impediendam, dicuntur legitimi contradictores, ut in *cap. 1. §. inter filiam, ſi de feudo defuncti fuerit controver. Dec. conſ.477. num. 11. Argel. de acquirend. poſſeſſ. dict. q.3. art. 20. à n. 550. Alex. dict. l.fin. C. de edict.* quia de ſummariiſſimo agitur poſſeſſorio.

His addendum pariter erit, quod *DD.*
16 cõmuniter dixere, filiũ ſcilicet naturalẽ, & non ſpuriũ in dubio præſumi, ad evitandum crimen, ex *tex. in l. merito. ff. pro ſocio*, ut in propriis terminis, docet *Bald. conſ.448. num. 4. lib.1.* aſſerens etiam, ſtante dubietate, nũm naturalis ſit, vel ſpurius filius, ut poſſit hæres inſtitui, ita etiã, *Cravett. conſ.138. & 166. to.1 Boſſ. tit. de damnat. coitu,num.77. Natta conſ. 321. num 9. lib. 2. Ludoviſ. deciſ. peruſin. 18. num. 32.*

Vndè non eſt prætermittendum, deni-
18 que cõcludere,quòd ſi pater in teſtamento,aliquem vocaverit filium,cẽſeatur, illum legitimaſſe, & *tex.claro in dict. auth. ſi quis liberos, C.de natural. liber.* ità cenſuit *Rot. Roman. apud Farinac. in deciſ. 661. & Gratian.*

tian.

*tian.diſcept.for.tom.* 4. *cap.*653. *nu.* 57.*Bald.conſ.*195.*lib.*3. *Grau.d.conſ.* 166.*num.*12. *lib.*1. Eò fortius igitur hæc Victoria, tanquam filia naturalis legitimata, debet in poſſeſſionem immitti, dùm eā non ſolùm filiam in teſtamento vocavit Teſtator, ſed etiā legitimam dixit, juxtà *tex.*diſpoſitionem *in cap. per tuas, de probat.*

Nec obſtare poteſt eadē exceptio ſpu-
19 rietatis, ex adverſo allegata, non alio fundamento, niſi ex duabus fidibus ſuppoſitis, quoniam reſpondetur; Primò, quòd adverſus dictas fides, innumeræ obſtant exceptiones, & præſertim, quia non conſtat, ſi veræ ſint,
20 (quod in petitorio videbitur) eò magis, quia ſcriptura à privata perſona facta, privata dicitur, ex quo non poteſt habere vim Tabellionis, *Capra conſ* 57. *Dec. conſ.* 120. *num.* 1. & *conſ.* 612. *n.*5. cū tale officium exer-
21 cere prohibeatur, ex *tex.in cap. ſicut* 8. *nè Clerici, vel Monaci*; Nam antequam illæ recognoſcantur, & ap-
22 probentur ab aliis teſtibus, neque ſemiplenā faciūt probationem, *Bart. in l. admonendi, num.* 25. *ff. de Jur. Jurand. cum Add.* quem ſequuti fuerunt, *Alex.* & *Jaſ. ibi num.* 85. item *Scacc.de judic. tom.*2. *cap.*11. *mod.*8. *diffic.* 4. *nu.* 1074. ubi idem ampliat, procedere, licet ſcriptura privata, facta fuiſſet à Notario, *argum.tex.in l. ſcripturas, ubi gloſ. ver. Notarii, C.*
23 *qui pot. in pign. hab.* privata enim ſcriptura, etſi recognita ſit, non niſi ſemiplenā facit probationem, ut ajūt DD. penès *Scacc.ibid.n.*1085.*cū ſeq.* Secundò, quia enunciatæ fides fuerunt exemplatæ, parte irrequiſita, à quibuſdam actis, nulliter à dicta Pomponia factis, in M.C.V. nemine audito,
24 & proindè nullam faciunt fidem, *ut in Pragm.* 26. *de offic. S. R. C.* quod etiam de Jure communi procedit, ex *Bald. in l. ſi quando in fin. C. de teſt. Rom. conſ.* 176. *col.* 2. *Maran.in ſuo ſpec.p.*6. *act.*8.*num.*35. Immo, ultrà collationē, parte requiſita, ut annuimus, quādo præſentatur aliqua ſcriptura, licet poſſit Actuario præſenta-
25 ri, tamen non nocet alteri, niſi ſit notificata, *tex. in Canone, Carta* 3. *qu.* 9. *Abb. in cap. quoniam contra, de probat. Afflict. in Conſt. Regn. cordi nobis, ſub tit. de notific. bann. nu.*11. *ver. ſed non nocet alteri parti, Gabr. lib.*2.*com.opin. tit. de citation. concl.* 1.*nu.* 12. *R Rovit.in d. Prag.*26.*n.*2. *de offic.S.R.C.* qui de ſcripturis, parti
26 non intimatis, nullam penitus habēdam eſſe rationem, aſſerit.

Ex quibus omnibus clarè demū patet, non ſolùm, ex prætenſa exceptione impediri, haud, poſſe immiſſionem, in beneficium ipſius Victoriæ, virtute dicti teſtamenti, omni ſolemnitate vallati, *ex tex.in d.l.*2.*C.de ædict.D. Ha.* ſed etiam, nullam de ea habendam eſſe rationem; & proinde, ſuſpēſo ſequeſtro, in hæreditate, ordinato per Dom.Cauſæ Commiſſariū, interpoſitionē decreti præambuli, ut fundavimus, in ipſius Victoriæ beneficiū mādandā, ſperatur; Et ità S.C. deciſio.

## CONTROVERSIA XII.

**Præambuli decretum, ſivè immiſſio in beneficium hæredis ſcripti, an impediri poſſit ab illis adverſantibus, qui eorum jura ſummariè fundare nequeunt, ſed termino indigent ordinario?**

### *SVMMARIVM.*

1 *Controverſi caſus ſpecies fertur.*
2 Conſuet.Neap. *quid de teſtata, vel inteſtata ſucceſſione diſponat, diſtinctè traditur.*
3 *Portio dimidiæ bonorum ex* Conſu. Neap. *ad quos ſpectet, oſtenditur.*
4 *Proximiores, vocati ad antiquorum medietatem bonorū, excludūtur in noviter quæſitis; etiā ab illis, qui acquirentē repreſentāt.n.*5. 6

Digitized by Google

6 *Primus acquirens, impediri nequit, quin in re ſua liberè legẽ imponat.*
7 *Præambuli decretum, ac hæreditatis immiſſio, quando impediri poſſit?*
8 *Hæredi ſcripto non prohibetur immiſſio, quoties teſtamentum omni caret viſibili vitio.*
9 *Hęreditatis immiſſio cui denegetur?*
10 *Hæredi ſcripto impediri nequit immiſſio, quoties pars adverſa ordinario indiget termino, ob Iura dubia.*
11 *Agnatis, & Cognatis, quoad bona antiqua, competit actio ex conditione Conſuetudinis, quæ probatione, & iudicio eget ordinario.*
12 *Praxis fertur M.C.V. in pręambuli decretis, quãdo adsũt agnati, cognatiq; contradictores, pro antiquorũ medietate bonorum.*
13 *Tam ſi apertè conſtent eorum iura, quàm ſi ſint dubia num.* 14., *traditur deciſio recens, num.* 15.
16 *Et tria diſcutienda promittuntur.*

## ARGUMENTUM.

Immiſſio vigore *l. fin. C. de Ed. D. Hadr.* haud impediri poſſe hæredi ſcripto ab agnatis, & cognatis, qui antiquorum dimidiam bonorum prętendunt, virtute *Conſuetud. Neap.*, quoties eorum Iura altiorem requirunt indaginem, cũ liquidò nõ coſtent, apertis rationibus oſtẽditur; Et praxis M.C.V. in caſibus, tam claris, quam dubiis, recenſetur, atque nova tandem refertur deciſio.

Fabuloſa Jovis ſoboles (Patres Conſcripti) Integerrima, inquam, Aſtręa, ſumma Legum parẽs, magnũ aſtrorum decus, nè quid ſibi gradius deeſſet, ęthereis domibus mediã ſeſe locat; Hinc ſanè Poetis etiam, candidos Juris Peritos, ac lectos Senatores monens, ut in rerum moderamine ęquitatem adhibeant. Quid enim admirabilius eſſe poteſt, quàm pręſide Iuſtitia, divinarum, ac humanarũ rerum Regina, certantium iurgia dulci munimine compeſcere? Quid iucundius, quàm pacem in terrarũ Orbe firmare? Quid amabilius, quã lãguẽtis populi piè volũtates moderari? Quid tandẽ dulcius quàm Jus ſuum, ęquo animo, unicuique tribuere. Ad vos igitur Ampliſſimi Senatores, calamum dirigo, ad vos Integerrimi Patres ſupplices meas mitto pręces: ad vos, quibus omnium virtutum genere ornatis, ęquitas individua pręſertim eſt inter cęteras animi dotes ſemper ſocia, mea ſiſto vota: ad vos ipſe inermis, Oriones armati, ad vos fortes Alcides, ipſe imbecillis inter tam magnum adverſariorũ, quod me circumvallat agmen, recurro; Et veſtra ſuffultus doctrina, ac ęquitate favente, veſtroq; fulgenti nimis munitus pręſidio, in cauſa nempè favorabili, & pia pro Sacra Domu Annunciatę Virginis, cujus inter varios altercantiũ turbidos anfractus, clara tueor Iura, vobis denique has meas, etſi rudi Minerva elaboratas, in pluribus Cõtroverſiarum capitibus diſtinctas, porrigo allegationes, ut quod, ob exiguas vires, mihi defuit, humanè ſuppleatis.

Ex hac ad meliorem cum migraverit
1 vitam quondam V. I. D. Ioſeph Barracano, filius olim Pręſidis Hyacinthi, inſtituta in poſtremis eius clauſis tabulis ſua univerſali hęrede, Venerabili, ac undique Admirabili, & inter cęteras, quibus hęc fideliſſima floret Civitas, ſummopere piiſſima, Sacra Domu A. G. P. modò non inconſultò ab eadem rationibus ſuffulta, quã pluribus ſperatur, debere eius beneficio interponi decretum pręambuli, ſervata forma teſtamentarię diſpoſitionis ipſius defuncti, ſuper integra nimirum illius hęreditate ex *l. fin. C. de edict. Divi Hadr. tollend.* minimè obſtantibus nonnullorum adverſantium oppoſitionibus, quoad antiquarum rerum medietatem, quę altiorẽ re-

Digitized by Google

[illegible] integrum, queve vigore [illegible] municipalium ſanctionũ [illegible] prius in termino ordinario [illegible] gradu, bonaque præfati [illegible] eſſe ex omni capite antiquæ, & in huius Vrbis diſtrictu exiſtentia) eis dubio procul ſpectare deberent, niſi per nimis expreſſas, & claras renunciationes illarum perſonarum, quas repreſentare valent, inanes quidẽ, ac inſubſiſtentes eorumdẽ pretenſiones prorſus non ruerent.

Concurrunt etenim ad conſuetudina-
2 [illegible] hanc medietatem( poſt filios, & deſcendentes ex ipſis debitam tantũ proximioribus ex ea linea, undè bona provenerunt, virtute diſpoſitionis nimis vulgatę *Conſuetudinis*, exordientis, *ſi aliquis moriens*, cum decantata etiam *Conſuetud. ſeq. Et ſi teſtator, ſub tit. de ſucceſſ. ex teſtam.* Filii quond. Helenę Barracano, premortuę antè obitum predicti quon. Ioſeph eius fratris, quę congruo accepto paragio, ac juxtà illius conditionem in nummis aureis quatuordecim mille, dotata à dicto quondam eius Patre, in ampla forma peraquilianam ſtipulationem, & pactum de non amplius petendo, renunciavit, tàm ſucceſſioni dotantis, quàm omnibus ſucceſſionibus maternis, fraternis, aliorumque aſcendentium, & collateraliũ, eidẽ devolvendis, quavis excogitabili cauſa, & preſertim Jure Conſuetudinario huius Civitatis, nec [illegible] unà ſimul cum V. I. D. [illegible] de Amore eius viro, qui [illegible] proprio nomine, ſe pariter obligavit, reficiendi de proprio, etiam eo caſu, quo filii ex propria eorum perſona venirent ad prefatas ſucceſſiones, per ipſam eius uxorem ſic expreſſè [illegible]nciatas, in beneficium ipſius patris [illegible], ſuorumque heredum, & ſucceſſorum quorumlibet; prout clarius colligitur ex apertis verbis renunciationis [illegible] apud acta.

Eandem conſue[illegible] portionem,
3 neſcio etiam, qua [illegible] tendunt, (quamuis ſint remotioris gradus, & collateralis lineę, quę ultimum in ſucceſsionibus locum obtinet) ex una parte Dom. Reg. Dominicus Petrone, tanquam vir, & legitimus adminiſtrator Iſabellę Barracano eius uxoris, & amitę reſpectivè dicti quon. Ioſeph teſtatoris, quæ congrua dote accepta ab eodẽ quõd. Præſide Hyacintho ejus fratre, ſolitis clauſulis, & cautelis, in ampliſſima etiam forma cuilibet renunciavit ſucceſsioni, favore ipſius dotantis, ac ejus hæredum, ut claiè ex renunciationis verbis habetur; Et ex altera parte Dorodea Barracano, uti filia
4 quond. Thomæ Barracano, ſoror patruelis ejuſdem Joſeph, ultimo loco defuncti, qui cum ex propriæ voluntatis arbitrio liberè diſpoſuerit, de omnibus ſuis bonis, virtute prædictę renunciationis, ejus beneficio factæ per Helenam ſuã ſororem, ac per illius virum Io: Baptiſtam de Amore, eo etiam caſu, quo ipſorum filii ex propria venire voluiſſent perſona (ut diximus) valdè idcircò miror, quarè
5 hi remotiores collateralis lineæ modò ſupponant, eis deberi hanc antiquorum bonorum medietatem, quoties teſtator, tanquam filius prædicti quondam Præſidis Hyacinthi, à quo bona, de quibus controvertitur, proveniſſe conſtat, poterat ad libitum de illis, tanquam ab ipſo acquiſitis, teſtari, juxtà *deciſ. Præſ. de Franch.* 307.; Dùm inter deſcendentes ex linea prædicti ejus patris, non aderãt, niſi filii præfatæ quond. Helenæ ſuæ ſororis, qui per parentum renunciationem, etiam ſpecialem juri Conſuetudinario, & bonis antiquis, cenſeri omninò debent excluſi à qualibet ſucceſsione, & preſertim à rebus,
6 in quibus prior acquirens legẽ imponere liberè poterat, *l. re mand. C. mãd.*

Queadmodũ, facti ſerie ſic præmiſſã, ju-
7 re patrio attento, hoc pro indubitato procedere, & proindè nemini ex cõcurrentibus competere poſſe jus impugnandi

Digitized by Google

pugnandi defuncti teſtamentum,pro
antiquorum medietate bonorũ, nec
hæredi obeſſe, oſtendere conabimur.
Quamvis namq;ex eadem *l.fin.* diſpoſi-
8 tione habeatur, præambuli decretũ,
& immiſſionem in beneficium hæ-
redis ſcripti,non poſſe impediri, quo-
ties teſtamentum non erit abolitum,
cancellatum, atque deletum, neq;
alio viſibili vitio præſſum, & tunc ſo-
lùm impediri queat, quando adſit
legitimus contradictor, ſaltem quò-
ad ejus exequutionem, ut ex verbis
9 *d. l. fin. in* §. *ſeq.* ſancitur, ibi: *Sin
autem aliquis contradictor extiterit,
tunc in judicio competenti, cauſæ in
poſſeſſionem miſſionis, & ſubſequutæ
contradictionis ità ventilentur, & ei
poſſeſſio acquiratur, qui potiora ex
legitimis modis jura oſtenderit*. Ni-
10 hilominus omnes Juriſperiti hũc ar-
ticulum diſcutientes: nempè, ſi poſ-
ſit præambuli decretum, & immiſ-
ſionem impediri hæredi ſcripto, ex-
tranea poſita contradictione, unani-
miter hac utuntur diſtinctione: vel
enim,ajũt,adverſarius ſummariè ſuã
fundabit intentionem, vel altiorem
illa exigeret indaginem, & ſic termi-
no indigeret ordinario: hoc ſecundo
caſu,habere locum *d. legem fin.* circa
immiſſionem favore hæredis ſcripti,
primo verò caſu, poſſe impediri, ſal-
tem ejus executionem, teſtantur ex
*Gloſ. in eadem lege*, ſe referentes cũ
*Salyc.* & aliis *ad l.* 2. §. *ibidem, ff. ad
exhibendum, l. ille à quo*, §. *ſi de te-
ſtamento, ff. ad Trebell.* & *l.* 3. §. *cau-
ſæ, ff. de Carbon. edict.*
Sed in caſu noſtro nulli dubium eſt,mi-
11 nimè competere agnatis, & cogna-
tis,pro conſequutione dictæ medie-
tatis, niſi actionem ex condictione
Conſuetudinis, quæ indiget judicio
ordinario, uti illa, quæ aliam non re-
cipit declarationem, niſi decretatio-
nis (ſpectare, nempè, & ſpectaviſſe)
12 neceſſariò igitur oportet, ut omni-
bus præcedat declaratio hæredis te-
ſtamentarii,ità ut adſit reus,cõtra quẽ
dirigant greſſus ſuos legitimi con-
tradictores, nempè præfati agnati, &
prætenſores dictæ conſuetudinariæ
medietatis. Et licet praxis ipſius M.C.
Vic. ſit in ſimilibus decretis,uti clau-
ſula (*dempta antiquorum bonorum
medietate*) hoc tamen eſt introdu-
ctum in caſibus ſolùm,in quibus nul-
la adeſt controverſia,ſed clarè patent
13 agnatorum iura; Sed quando dubi-
tatur, an defunctus tenebatur, relin-
quere hãc medietatem agnatis, tunc
non adeſt formula, qua impediri po-
ſit hæredi ſcripto immiſſionem, vir-
tute *d. leg. fin.* At prohibetur tantùm
bonorum alienatio, & per eandem M.
C. dicitur (verum non alienẽt dictam
medietatem) de qua controvertitur.
Et ita de recenti fuit in cauſa preã-
† buli quond. D. Hyeronimi Lonfran-
chi, famigeratiſsimi olim cauſarum
patroni; nam etſi in illa fuiſſent non-
nullæ agnatorum oppoſitiones, circa
14 hanc bonorum antiquorum medie-
tatem, tamen quia hæres ſcriptus di-
cebat, dictum quond. Hyeronimum
fuiſſe Clericum, & ideo immunem à
Conſuetudinibus Neapolis; Et ex ad-
verſo, licet replicabatur ab agnatis,
hoc non eſſe verum, quia in prom-
ptu demonſtrabant, ex actis renun-
ciationem clericatui; Quia dubitaba-
tur etiam de dicta renunciatione, ac
de eiuſdem validitate, fuit propterea
data immiſsio, & expeditum decre-
tum præambuli omnium bonorum
dicti quondam Hyeronimi,in benefi-
cium hæredis teſtamentarii.
Ex his igitur cõgeſtis,tota ſanè præſẽtis
15 cauſæ difficultas oriri videtur ab ob-
ſervantia jurium, competẽtium præ-
fatis agnatis, qui ſunt noſtri con-
tradictores, & immiſsionem prædictæ
S. Domui, heredi ſcriptæ impedire,
autumant: an illa ſcilicet ſint clara,
quod gratis aſſeritur, an verò altio-
rem requirant indaginem, cum ſint
nimis dubia, & vi carere videantur.
Qua de rè conſuetudinariæ præfatę me-
dietatis prætenſores,cum ſint omnes,

ut eſt dictum, diverſi gradus, ad eorum itaque excluſionem, nos, qui prędictæ Venerabilis Domus A.G.P. iura tuemur, plures etiam decantatos Iuris articulos, proponere, aggredimur; Et tria profectò, ni fallimur, erunt diſcutienda, in adverſariorum prorſus excluſionem.

Primum etenim, quoad filios prædictę
16 quondam Helenæ Barracano, & Jo: Baptiſtę de Amore: nùm eis obſtare poſſit hęc communis parentum renunciatio, & promiſſio reficiendi de proprio, etiam ſi ad hanc antiquarum rerum medietatem, ex propria ipſi venirent perſona?

Secundum, reſpectu Iſabellę Barracano, uxoris Dom. Reg. Dominici Petrone, & pręfati teſtatoris amitę; & eſt videndum (quatenus ei non obſtaret, quod eſſe nequit, proximitas filiorũ quondam Helenę Barracano) an in generali ejus renunciatione, comprehendantur, etiam bona noſtris Conſuetudinibus ſubiecta?

Tertiumque denique; utrùm prędicta Dorodea Barracano, ſoror patruelis defuncti, etſi reperiatur ferè omnibus remotior, niſi Thomę Barracano eius patris utatur repręſentatione, ad excluſionem tantùm Iſabellę eius amitę, poſſit attamen ad hanc medietatem aſpirare, quoties defuncti ſoror, & in gradu proximior, pro ſe, ſuisque deſcendentibus, ac viri conſenſu, dictę conſuetudinarię ſucceſſioni renunciavit expreſsè in beneficium patris dotantis, eorumque hæredum, & in ſpecie favore dicti Ioſeph eius fratris, ultimò defuncti, qui propterea liberè de omnibus diſponere poterat, ut annuimus, fuſiuſq; infrà dicemus.

## CONTROVERSIA XIII.

An in mulierum renunciationibus, parentum promiſsio, reficiendi de proprio, apposita pro renunciatarii futura cautione, operetur contra renunciantis filios, venientes ex propria perſona, pręſertim ad antiquorum ſucceſsionem bonorum, vigore noſtrarum Conſuetudinum?

### SUMMARIUM.

1 *Repręſentationis privilegium, à Iuſtiniano, eſt introductum, tàm pro virorum, quàm fœminarum filiis, ac filiabus.*

2 *Filii, quomodo parẽtes repręsẽtent?*

3 *Renunciare patrio Iuri, quid importet? oſtenditur.*

4 *Filii, per matris renunciationẽ, iura repręſentationis amiſerunt. Sed ex propria perſona venire poſſunt num. 6. & ſeqq.*

5 *Regreſſũ ad jura renunciata habere, non permittitur, nec renuntiãti, nec eius hæredibus.*

7 *Radice primitiva infecta, ita pariter, & derivativa dicitur.*

8 *Filii non tantùm, ſed nepotes etiam, & deſcendentes ex eis in infinitum vocantur* ex Conſuet. Neapol. ſi moriatur.

9 *Patris promiſſio, reficiendi de proprio, quicquid filii ex propria perſona prætenderent, contra matris renunciationem, an operetur etiã quoad bona Conſuetudinibus ſubjecta. & num.* 10. *&* 11.

12 *Filii, patris hæredes, tenentur reficere ex bonis paternis, quod contra ipſius patris promiſſionem obtinuerunt; & recens S. C.* deciſio *affertur. num.* 13.

14 *Clauſula, quæ apponi debet in renunciationibus mulierum, ne illæ, aut eorum filii contravenire poſſint, recenſetur.*

15 *Etiam veniẽtes ex propria perſona.*

17 *Inventarii beneficium inducit bonorũ, & iurium ſeparationem. Et eſt valdè proficuum hæredibus, præſertim noſtris attẽtis* Conſuet.

18 *Hæreditas paterna eſt acceptanda*

*per ſi-*

Digitized by Google

*per filios cum beneficio legis, & inventarii, nè teneātur ultra vires.*
19 *Et ſi veniant ex propria perſona, & ad ſucceſſiones, ab eorum parentibus renunciatas, cum promiſſione reficiendi de proprio quicquid contra renunciata illi obtinerent.*
20 *Renunciatio mulieris, quando dicatur reſtricta ad tempus matrimonii, ſeu ipſo conſtante?*
21 *Et an eius vis ad id tēpus dirigatur?*
24 *Cautela* Maran. *in renūciationibus.*
25 *Matris promiſſio: at filii nimirum remaneant obligati, ad habendam ratam eius renunciationem, etiam ſi ex eorum perſona venirent, an ipſis filiis officiat? & num. ſeqq.*
26 *Matris renunciatio nunquam filiis obſtat, licet illi ſint eiuſdē hæredes.*
27 *Matre renunciante pręmortua, filii veniūt proprio iure ad ſucceſſiones.*
29 *Matris renunciatio locū habet, ipſa vivente, non ſi præmoriatur, filiis.*
30 *Filii, matris hæredes, tenentur habere ratam eius renunciationem, ſi in illa adſint illa verba, ſcilicet quod filii non poſſint venire ad renunciata, nec etiam proprio iure.*
31 *Aut ſi aliis verbis id promittatur.*
32 *Dictiones* ſemper, & *in* perpetuum *denotant perpetuitatem. Et omne tempus, ſine præfinitione, omneſque caſus comprębendunt, num.* 33.
34 *Dictio quādocumque, cum ſimilibus, perpetuitatem deſignat.*
35 *Dictio in* perpetuum, & *in* infinitum, *omne tempus comprębendit.*
36 *Tempus indefinitum, præfata dictio in* perpetuum, *denotat.*
37 *Clauſula, in* perpetuum, *in conceſſionibus, & renunciationibus, importat utile dominium; Et plenū ius ad hæredes, etiam extraneos tranſmittit num.* 38.
39 *Dictio,* quandocumque, *in contractibus appoſita, liberam partibus facultatem tribuit.*
40 *Renunciatio, etſi variis clauſulis vallata, non extenditur, niſi tantùm ad expreſſa, & renunciata.*
41 ***At in ea conditio (ſi renuncianti hæreditas fuerit delata) tacitè ſubintelligitur.***

## ARGVMENTVM.

**Parentum promiſsio, reficiendi de proprio, appoſita in contractu renunciationis, factę per filiam, vel ſororem dotatam, num officiat eorum filiis, ex propria perſona venientibus, pręſertim ad dimidię antiquorum bonorum ſucceſsionem, Partenopæę Conſuetudinis vigore eis debitam? Nonnullaque de variis aliis cautionibus ęquipollentibus, ac de illa ſignāter *Maranta*, in mulierum renunciationibus neceſſaria, diffusè exarātur, atq; de recenti S. R. C. deciſione fit mentio, aliavè ad illius ornatum, præter alibi dicta, blandè adducuntur.**

EX præmiſſis equidem, primum, ut aggrediamur articulum, omni 1 verborum fuco omiſſo, quòad ſuprà enunciatos filios quond. Helenæ Barracano, & Jo: Baptiſta de Amore conjugum, tàm ſi jure repræſentationis, quàm ſi ex propria illi veniant perſona, omninò eis parentum obſtare renunciationem, atque præfatam reficiendi de proprio promiſſionem, ac utraque via cenſeri ſemper excluſos à prætenſa antiquorum medietate bonorum, apertè nimis oſtendere, modò conabimur.

Nam, ſi matris tantùm perſonam ſub-
2 ingredientes, ſuccedere velint, repræſentationis privilegio, à Iuſtiniano introducto, & conceſſo, tam maſculorum, quàm fœminarum filiis, *at in* §. *ſi igitur defunctus*, §. *ſi verò fratres*, §. *ſi autem defuncto*, cū alio §. *ſi autem in fin.* ubi ſtatuitur, ***quòd gaudentes repræſentationis privilegio in locum parentum proclamātur,***



Digitized by Google

*Auth. de hæred. ab inteſt. ven. Auth. poſt fratres C. de legit. hæred. Auth. ut fratrum filii in princ. Rot. Bonon. in ff. noviſſimo, tom. 5. tit. ſubingreſſio, cap.* 1. & tali caſu, excludi prorſus illi debent, exquò matris perſonam repręſentant, quæ in ſpecie huic cōſuetudinariæ renunciavit ſucceſſioni, per verba illa, nimirum: *Etiam Ju-*
3 *re Conſuetudinario huius Civitatis Neapolis*, quæ leguntur in renunciatione præſentata; Et propterea ſubingreſſionis, ſivè repræſentationis, iuribus, tanquam inutilibus, uti non poſſunt, quia per matris renunciatio-
4 nem illa omninò amiſerunt, *l. is qui hæres in princ. ff. acquir. hæred. l.* 1. *C. de pactis l. hæredi* 21. §. *filiusfam. & l. pactum* 49. *in fin. ff. de pact. Bald.* inter cæteros *conſil.* 403. *num.* 3. *lib.* 1. *& D. Reg. Merlin. contr. forenſ. tom.* 1. *cap.* 32. *num.* 12. quem cum aliis nonnullis ſectatur *Donad. de renunciat. cap.* 1. *à num.* 7. *cum ſeqq.* Regreſsum enim habere ad iu-
5 ra, iam renunciata, nec ſponctè renuncianti, nec eius hæredibus amplius permittitur, ex *tex. in cap. quãvis pactum, de pact. in* 6. *l. quæritur* 64. §. *venditor, ff. de edilit. edict. & cap.* 1. § *præterea, tit. quib. mod. feud. amitt. Caſtrenſ. conſ.* 274. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 389. *num.* 10. *Peregrin. conſ.* 80. *num.* 30. *lib.* 1. *Cephal. conſ.* 272. *num.* 57. *lib.* 2. *Afflict. deciſ.* 22. *n.* 19. *Donad. d. tract. de renunc. c.* 28. *num.* 133. *tom.* 1. *&* 48. *n.* 146 *tom.* 2.
Si verò, tanquam deſcendentes, per li-
6 neam rectam à quondam Preſ. Hyacintho Barracano, à quo bona obvenerunt defuncto, prætendant, inquã ad illorum medietatem, vigore Conſuetudinis concurrere ex propria eo-
7 rum perſona, ſubintrantes locum, & non matris perſonam, nè ex radice, infecta provenire dicantur, & obſtet
8 eis regula, ut infecta primitiva, ita, & derivativa videatur, *l. ſi viva matre C. de bon. mat.* ſed virtute *Conſuet. ſi moriatur*, ex qua vocãtur filii, nepotes, & deſcendētes ex eis in infinitũ, per illa ſcilicet verba: *ſi moriatur aliquis inteſtatus, aliavè inteſtata, relictis filiis, vel filiabus, nepotibus, neptibus, & deinceps, ſeù nepotibus ſolũ ex præmortuis filiis, cũ ſeqq.* ubi *Napod.* cum cæteris *Add.* Et adhuc tali caſu, eis obſtat præfata matris, congruenter dotatæ, renunciatio, cum expreſsa etiam eorum patris promiſ-
9 ſione, reficiendi de proprio quicquid filii, ex propria perſona poſtmodum prætendere voluiſsēt ſuper dictis bonis, & ſucceſſionibus, renunciatis per eandem Hælenam eius uxorem, tàm favore dicti Præſidis dotantis, quàm eius Fratrum, & illorum hæredum, aliorũq; ſucceſſorum, quorũ ultimus moriens, hac ſtante ampliſſima, reali, perſonali, extinctiva, & translativa, renunciatione, de omnibus itaque bonis ad libitum diſponere potuit, ut iam fecit prędictus quondam Ioſeph in beneficium dictæ Sacræ Domus A. G. P. cui omnia ſua reliquit.
Quamobrem eo caſu, quo liberi veni-
10 re velint ex propria perſona ad ſucceſſionem conſuetudiariam, expreſsè per eorum parentes renunciatam defuncto, & eius hæredibus: an pater tunc pro eis de proprio teneatur ad reſtitutionem, virtute ſpontaneæ pactionis, ac dictæ eius promiſſionis, factæ in enunciata uxoris renunciatione, etiam quoad conſuetudinariã medietatem, durum eſt ambigere, ſtantibus tot Sacri Conſilii deciſionibus, pluries in huiuſmodi articulo prolatis, quibus recētior videtur tra-
11 dita per nos *contr.* 23. *lib.* 1. in cauſa eiuſdem Sacrę Domus A. G. P. hæredis quondam Pompei de Fulco renunciatarii, cum Diomede, & Joſeph Saggio filiis, & hæredibus quondam Aloyſii Saggio, & q. Gratiæ de Fulco, quæ, cum dotis receptæ cauſa, ampliſſimè renunciaviſſet futuræ ſucceſſioni dicti Pomepi dotantis, ac promiſiſſet unà ſimul cum dicto eius viro, reficiendi de proprio, etiam eo

caſu

12 caſu,quo filii ex propria perſona venirent; IdcircòS.C.decrevit, nepotibus haud prohiberi,ex propria venire perſona adverſus hæreditatẽ avi, pro petito ſupplemento legitimæ,nõ obſtante hac matris renunciatione, verùm illos teneri ad reſtitutionem bonorum, quæ pater eorum habuit inter dotes prædictæ Gratiæ,& quicquid ex paterna ipſi habuerunt hæreditate, ob ſpeciale pactum, ſic expreſſum in tabulis nuptialibus; Quæ
13 deciſio fuit prolata anno 1674. in Aula D.Conſ.Franciſci Rocco,ad relationem D. Conſil.Jo: Baptiſtæ Hodierna,cum interventu Spect.Preſidis ejuſdem Supremi Senatus.

Cautela namque præfata, hodie eſt ad-
14 inventa in ſimilibus mulierum renunciationibus, ad tollenda dubia, ac ad reſecandas diſſentiones, & videtur nimis ſufficiens, ad excludendos renunciantis filios, ut nec etiam poſt matris renunciãtis obitum, poſſint ex propria venire perſona; & venientes teneãtur reſtituere quicquid ex bonis hæreditariis parentum habuerunt, prout ait *Reg. de Ponte, in tract. de poteſt. proreg. tit. 9. de ſucceſſ. mul. in princ. n. 11. & in lect. feudal. 19. ſub num. 9.* ibi: *Et propterea hodie in renunciationibus, quę fiunt*
15 *à mulieribus, dum à parentibus maritantur, non ſolùm promittitur per ipſas, ipſiusque hæredes, non contraveniri, ſed apponitur clauſula neceſſaria, etiam quod illi ius prætendant, ex propriis eorum perſonis.* ſubdens *ibid.* hoc eſſe noviter introductum,& in capitulis matrimonialibus valdè uſitatum, pro dotantium cautione, dummodò non adſit enormiſſima læſio in legitima, ac dote de paragio, ipſis mulieribus conſtituta, ut fuſius antè diximus *controv.* 4.

De eadem cautela ratiocinatur etiam
16 *Conſil. Minad. in Conſtitut. in aliquibus notab. 3. nu.* 13. hancque pariter refert *P. Molfeſ. in eius tract. de renunciat. num.* 16. poſt *Vrſill. in addit. ad deciſ.* 161. *Afflict. num.* 7. & *Marta de ſucceſſ. legali par.* 1. *quæſt.* 14. *art.* 3. *num.* 18. Hinc eſt, quòd in tali bonorũ reſtitutione, per
17 liberos facienda, quoties renunciatariis præmorerentur eorum parentes, oportet, ut hæreditas patris, ac matris renunciantis, per eos acceptetur, cum beneficio legis, & inventarii, nè teneãtur ultrà vires hæreditarias, ut annuimus *d. Controu.* 23. *lib.* 1. *à nu.* 106. *cum ſeqq.* quam cautelam, conficiendi inventarium, licet putet, eſſe fruſtratoriam *Maran. diſput.* 10. *nu.* 49. quoties in renunciationibus adeſt ſpeciale pactum, ſeu hæc promiſſio,
18 reficiendi de proprio; tamen poteſt eſſe valde proficua, quando dos matris, & hæreditas patris eſſet parva, & avi, vel patrui ſucceſſio conſiderabilis, ut advertit *Reg. Rovit. conſ.* 23. *num.* 25. ex *Minad. d. notab.* 1. *num.* 11. & uti deciſum fuit noviter in allegata cauſa ejuſdem Sacrę Domus cum filiis quond. Gratiæ de Fulco, & Aloyſii Saggio conjugum. At cum de hoc non agatur in præſenti, dum adhuc vivat V. J. D. Jo: Baptiſta de Amore, olim vir dictæ Helenæ renunciantis præmortuæ, qui tãtũdẽ promiſit, illicò reſtituere, quod
19 ejus filii obtinuiſſent adverſus matris renunciationem, etſi ex propria perſona venientes; ſequitur profectò, ipſum de proprio teneri, hæredis favore, ad reſtitutionem hujus antiquorum bonorum medietatis, per ejus filios prætenſæ, contra enunciatam eorum matris renunciationem, præcipuè quòad bona Conſuetudini ſubiecta, cum adſit præfata etiam patris promiſſio, reficiẽdi de proprio, ubi filii ad ſucceſſiones per matrem renunciatas concurrerent.

His igitur firmatis, reſpondendum tã-
20 tummodò remanet duabus, ni fallimur, partis adverſæ oppoſitionibus; Quarum altera, quia nititur verbis præfatæ renunciationis quond. Helenæ, ejuſque viri, quæ prima facie, vi-

videtur reſtricta ſolũ ad tempus ma-
trimonii ipſorum conjugum, ibi enim
legitur ( *conſtante dicto matrimonio*)
eiſdem etiam diluitur verbis. Cũ illa
21 minimè intelligi debeant, prout pars
adverſa ſupponit, ut hi filii nimirùm
Hælenæ, ac deſcendentes ex eis, præ-
fatę renunciationi haud poſſint con-
travenire, durante conjugio: Non ſo-
lùm, quia inutiliter pater renũciatio-
nem recepiſſet pro ſe, ſuiſque hęre-
dibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq;
ut liberam unuſquiſque haberet te-
ſtandi facultatem, quoties voluiſſet,
eiuſdem renunciationis vim pręſcri-
bere, cõſtante tantùm dicto matrimo-
nio, quod maximum videretur ab-
ſurdum; Sed etiam, quia parvi mo-
menti eſſet, quod ambigitur, quando
apertè nimis cernitur, pręfatos con-
juges loquutos fuiſſe de liberis, & de
deſcendentibus ex eis, *conſtante ma-
trimonio*, ſcilicet ex tali matrimonio
22 naſcituris, ut illi ullo modo, aut qua-
vis cauſa, nec etiam in futurum po-
tuiſſent maternę renunciationi con-
travenire, vel aliquid aliud adverſus
eam prętendere per verba illa, ſcili-
cet: *Si promette, che nè eſſa, nè i ſuoi,
figli, e deſcendenti da quelli, coſtan-
te detto matrimonio, in neſſun fu-
turo tempo, ci habbino à contraveni-
re, per qualſivoglia cauſa*, & paulò
poſt: *Mà che ſempre, & in perpetuũ:
etiam ex propria perſona, quando-
23 cumq*; cum ſimilibus, ibidem expreſ-
ſis, quibus clarè colligitur, inanem
hanc eſſe obiectionem, quę ſicut ori-
tur ex facto, de facto pariter ruit.
Altera verò Adverſariorum oppoſitio,
24 eſt circa formam eiuſdem renuncia-
tionis; dùm in illa ad unguem non in-
veniuntur verba neceſſaria, ad hoc,
ut eam recipiens, ac eius hęredes, &
ſucceſſores, ſufficientem habeãt cau-
tionem, pro excluſione filiorum ipſius
renũciantis, prout refert *Maranta d.
diſput. 10. in fin. verſ. ex prædictis.*
Et inter alia ſunt hęc, & ſimilia, vide-
25 licet: *Etiam ſi ipſa mater moriatur
ante mortem ejus, de cuius hæredi-
tate agitur, remaneant ſui filii obli-
gati, ad habendam ratam d. renun-
ciationem matris, eo ipſo, quòd matris
hæredes eſſe voluerint, etiam ſi ex eo-
rum perſona venient.* Igitur, cum pe-
nitus verba pręd. (aiunt Adverſarii) in
hac renunciatione haud adſint, filii
poſt ejus obitum omnimodò ſucce-
dere debent, prout aſſerunt uno orę
26 Scribentes, quibus additur *Ant. Fab.
in ſuo Cod. lib. 2. tit. 3. de pact. diſi-
nit. 14. num. 13.* ubi admonet, renun-
ciationem matris pro ſe, & filiis ex
propria perſona venientibus, nunquã
illis obeſſe, etſi ſint ejuſdem heredes;
*Niſi poneres id nominatim actũ, cau-
tumque, ut etiam caſu, quo filia re-
nuncians præmoreretur, liberi quo-
que ex ea ſuſcepti, excluſi eſſent facto
matris, & propter dotem, ab ea acce-
27 ptam.* Ergò, cum talia verba in hu-
juſmodi renunciatione non legantur,
remanet res abſque ulla prorſus dif-
ficultate, reſpectu filiorum renunciã-
tis, ad hoc ut liberè poſſint ad aui, ac
patrui ſimul ſucceſſionem aſpirare,
dictamq; antiquorum bonorum me-
dietatem procul dubio prętendere;
28 Nam pręmortuę matris renunciatio,
licet eſſet aquiliana ſtipulatione, &
pacto de non petendo vallata, unà ſi-
mul cum patris promiſſione, reficiẽ-
di tantundem de proprio, tali caſu
non militat, quia ſimpliciter fuit pro-
miſſum, filios non poſſe venire ex
propria perſona, quod non ſufficit, ut
illi nequeant poſt matris mortem
29 ſuccedere proprio jure, juxta tradi-
ta per DD. quos recenſet *Caput. par.
3. ſui comment. ad Conſuetud. §. 5. nu.
6. P. Molfeſ. in addit. ad eius quæſt.
5. ſub tit. de renunc. num. 8. tom. 2.
& Menoch. conſ. 22.* ut fuſius anno-
tavimus *contr. 23. lib. 1. à num. 90.*
Sed huic ſubtiliſſimę quidem obiectio-
30 ni, authoritate eiuſdem *Marantæ*,
aliorumque, quos ſupra allegavimus,
facilis eſt etiam reſponſio; nam licet
in dicta renunciatione, & coniugum
pro-

Digitized by Google

promiſſione minimè adſint hęc ſpecialia verba,ſcilicet quod filii nō poſſint venire ad bona renunciata, nec etiam ex propria eorum perſona,quoties renuncians pręmoreretur renūciatariis, quo tantùm caſu filii adeūdo matris hęreditatem,tenentur habere ratam dictam renunciationem, & per conſequens à ſucceſſione, ipſis delata,repelluntur. Nihilominùs, ſimilibus,imò apertis verbis idem exprimitur in renunciatione pręmiſſa, dum ibi, non ſolùm iuxtà cautelam *Marantæ*, hoc expreſsè colligitur ex verbis ęquipollētibus,quę abundāter
31 nunc ſufficiunt, ad eſcludendos filios, licet veniant ex propria perſona,poſt matris renunciantis obitum, ſed alia pariter clariora leguntur,videlicet: *Et in caſo, che detta Elena, coſtante d.matrimonio, vel quādocūque contraveniſſe, ò i figli contraveniſſero* cum ſimilibus: *Eſſo loro Padre ſi è obligato proprio nomine, aſſumere in ſe il giudizio, e cavare indenne, & illeſo, etiam ante damnum paſſum, detto dotante, ſuoi heredi, e ſucceſſori, da ogni moleſtia, che ſe li darà da ſuoi figli, e deſcēdēti da quelli.* Quamobrem,dici nequit, partes non
32 contraxiſſe per huiuſmodi renunciationem,ſecundùm decantatam *Marantæ* cautelam,ſed maxima, & valdè exuberanti cautela, per dictiones illas, *ut in futurum, & quandocumque*, non poſſint filii naſcituri, conſtante matrimonio, & eius deſcendetes, nec etiam ex propria venire perſona, *ſed ſemper, & in perpetuum* illos cenſeri excluſos, à cunctis ſucceſſionibus, per eorum parentes inſolidum renunciatis, favore dotantis,
33 eiusq; hęredum; Hę itaq; dictiones denotant perpetuitatē,& omne tempus,omnesq; caſus comprehendunt, quibus filii, & ex eis deſcendentes in infinitum, aliquid adverſus hanc renunciationem pretendere voluiſſent. Et per conſequens, immò à fortiori, etiam comprehendere videntur caſum à *Maranta*, aliiſque pręviſum, quopręfata renūcians pręmoreretur, ſignanter,quia ibi legitur dictio quādocumque, quę omnes comprehen-
34 dit eventus,ac perpetuitatem deſignat, *l. ſemper, ff. de jure immun. l. lex, quæ tutores, §. ante omnia, C. de admin. tut. l. 1. ff. de iur. dot. l. Caio, §. imperator ff. de alim. & cib. leg. l. fin ff. ad l. Pompo. & l. quiſquis §. filij, ff. ad l. Iul. Majeſt. Socc. conſ. 11. n. 5. vol. 1. Boer deciſ. 158. Surd. dec. 112. nu. 4. dec. 255. n. 7. & conſ. 179. n. 4. Menoch. conſil. 106. n. 63. Ruin. conſ. 128. Tuſch. lit. D. cōcl. 371. num. 1. Farinac. dec. 249. num. 19. de Petr. de interp. ult. vol. lib 3. dub. 5. num. 19. Roland à Valle conſ. 23. num. 18. lib. 4. Giurba conſ. 99. n. 28. Rub. tom. 3 dec. 35. n. 9. Verall. dec. 35. Mareſc. var. lib. 2. cap. 25. num. 5. Mantic. dec. 39. num. 7. Reg. Valenz. conſ. 109. num. 47. tom. 2. Gratian. diſcept. for. tom. 3. cap. 597. num. 14. Molin. de hyſpan. primog. lib. 1. cap. 5. num. 33. Reg. Rovit. lib. 2. conſ. 81. nu. 2. Preſ. de Franch. dec. 307. Mantic. de tacit. & ambig. conu. lib. 22. tit. 19. num. 21. Covarr. var. reſol. lib. 2. cap. 17. num. 5. Barboſ. conſ.*
35 *63. num. 23.* Qui cum cęteris unico ore aſſeverant, dictiones, *ſemper, & in perpetuum, & quandocumque*, cum ſimilibus, non habere temporis pręfinitionem, ſed perpetuitatem, & continuationem denotare, pręſertim dictio, *in perpetuum*, quę eſt comprehenſiva omnium tēporum *l. cum debere, ff. de ſervit. urb. præd.* ubi ver-
36 bum in perpetuum, omne oſtendit tempus; nam qui totum dicit, nihil excludit *l. Iulian. ff. de leg. 3. l. apud Celſum, & l. hac exceptione, ff. de dol. except. Fuſar. conſ. 9. num. 41. & conſ. 516. num. 10. Put. dec. 115. nu. 15. Grat dec. 22. n. 9. Pariſ. conſ. 32. lib 4. num. 85. Alex. conſ 68.* cum aliis relatis à *Reg. Galeot. contr. 44. n.*
37 *19. & 20. Conſil. Camill. de Medic. conſ. 149. num. 32. Ricc. deciſ. 287. nu.*

*8. part.*

8.par.2.& *Conſil.Staiban.tom.1.re-*
*ſol.18. num.27. reſol. 28. num.8. &*
*reſol.37. num. 16.* qui aiunt, dictam
clauſulam *in perpetuum*, in conceſ-
ſionibus appoſitam,ac in renunciatio-
nibus,importare utile dominium, &
plenum ius ad hęredes tranſitorium,
*l.1.§. qui in perpetuum, ubi gloſ. &*
*DD.ff.ſi ager. vectigal.* & etiam ad
extraneos hęredes tranſire, *Alex.cōſ.*
38 189. *num.16. Socc. conſ. 266. lib.2.*
*verſ.* 2. Et quòd dictio *quandocumq;*
poſita in promiſſione, vel in quolibet
contractu,perpetuam facultatem tri-
39 buat,cū aliis tradit *Donad. de renun.*
*tom.1.cap.34.à n.10.& lib.2.cap.39.*
*num.* 20. penes quem nonnulla de
hac materia enixè ponderantur, poſt
quamplures, neotericos, & antiquos
ſcribentes,ex brevitate pręter miſſos.
Vndè minimè obſtabit, demùm aſſere-
40 re,enunciatam renūciationem,licet
ampliſſimis clauſulis vallatam, ad
alia extendi haud poſſe, niſi ad ſuc-
ceſſiones,jam devolutas, & in futu-
rum devolvendas *conſtante matri-*
*monio*,vel ſaltem ipſo ſoluto, donec
mater renuncians vixiſſet, ex tacita
41 illa conditione, in mulierum renun-
ciationibus,à DD.cōſiderata,ſcilicet,
ſi ſucceſſio ipſi renuncianti fuerit de-
lata, non verò filiis, mortua matre;
Nàm ad omne tollendum dubium,
fuit itaque adinventa, illa nimis ſuf-
ficiens cautela, tradita per *Marant.*
*dict. diſput.10.* ut nec etiam filii poſ-
ſint,ex propria venire perſona, quo-
ties eorum mater renuncians pręmo-
reretur renunciatariis, vel ſi aliis ver-
bis, idem videatur promiſſum per
conjuges in ſolidū,ut in caſu noſtro,
in quo expreſſa adeſt cōditio,ſcilicet,
ſi ſucceſſio renunciata deferatur ipſi
renuncianti, vel eius filiis, & deſcen-
dentibus,ex propria perſona venienti-
bus *quandocumque*, & ita etiam poſt
mortem ipſius matris, ut diximus,&
fuſius demōſtravimus *d. lib.1.contr.*
*23.à n.103.*cū recenti S.R.C.deciſio-
ne,quam pręcęteris allegare ſufficiat.

## CONTROVERSIA XIV.

In ampliſſima devolvendarum ſucceſſionum renunciatione,facta per filias, vel ſorores,in beneficium dotantium,an comprehendantur etiam bona, Partenopęis Conſuetudinibus ſubiecta, quoad ſemiſſem?

### SUMMARIUM.

1 *Renunciatione generali omniū ſucceſſionum,facta à dotatis, in beneficium dotantium, an comprehendatur, etiam ſucceſſio conſuetudinarię bonorum medietatis?*

2 *Cōmunis opinio affirmativa refertur.*

3 *Nec requiritur ſpecifica renūciatio.*

4 *Mulier dotata, quæ ampliſſimè renunciavit cunctis ſucceſſionibus, omninò excluditur, nec impugnare poteſt ultimi ex renunciatariis diſpoſitionem, & num.5.*

6 *Renunciatio generalis, quoad ſucceſſiones devolvendas, extenditur etiā ad bona Conſuetudinibus ſubjecta; Etſi de hoc nihil ſit in ea expreſſum. n.7.& 8.*

9 *Renuncians dotata mulier eſt penitus excluſa, etiam à dotantis hærede extraneo,num.12.*

10 *Renuncianti ad Iura renunciata non datur amplius regreſſus.*

11 *Jura renunciantis transferuntur in illum, cui fuit facta renunciatio.*

13 *Fęminarum renunciatio, ea paſſim potiſſima fit ratione, ut renunciatarius poſſit ad libitum, de omnibus ſuis bonis diſponere.*

14 *Portiones conſuetudinariæ, deferūtur iure ſanguinis,& vigore Cōſu.*

15 *Portio conſuetudinaria,dimidiæ bonorum, vel alterius ſtatuti ſucceſſio, videtur ſanè quid diverſum à teſtamentaria ſucceſſione.*

16 *Renunciatio hęreditati Agnatorū, Cogna-*

Digitized by Google

*Cognatorumque,non intelligitur de ſucceſſione, quæ renuncianti competit jure ſanguinis, alioque iure, quàm hæreditario.*

17 *Filio,hæreditatẽ repudianti, adhuc debetur conſuetudinaria ſemiſſis.*

18 *Portio medietatis bonorũ ex Cõſuet. defertur cõjunctis jure ſucceſſionis.*

20 *Vt trãſmittatur,requiritur agnitio.*

21 Renunciatio *Iuri Conſuetudinario, fit pro maiori partium cautela.*

## ARGVMENTVM.

Renunciationes generales, & ampliſſimæ, quæ fieri, ſolent à mulieribus dotatis in beneficium dotantium,omnium ſcilicet ſucceſſionum devolvẽdarum,an extendantur etiam ad bona Neapolitanę Conſuetudinis ſubjecta, quòad illorum nempè medietatem: an verò reſpectu præfatæ dimidiæ, Iure patrio agnatis,& cognatis debitæ,requiratur ſpecialis renunciatio? Quæſtio hinc inde exitatur; & pro priori parte ſententia, cõtrariis exploſis, nonnullis rationibus, ac rerum iudicatarum authoritate,deniq; amplectitur, idq; perbellè fundatur.

PRogredientes modò ad cætera ſuperioris noſtræ diſputationis quæſita,& præcipuè, quoad conſuetudinariæ ſemiſſis portionem:
1 an compręhẽdatur illa nimirum ſub generali renunciatione devolvendarum ſucceſſionum,facta per filias dotatas,aut ſorores? Quia variis noſtri Supremi Senatus judicaturis, quælibet Scribentium contentio, quæ in præfato articulo prius oriri poterat, prorſus ad præſens ſopita inſpicitur, apertum itaque inveniemus aditum ad cuncta, quæ nobis explanare occurrunt, leviſque propterea labor,ac facilis ad pręſcrutandam hujus quæſtionis veritatem, erit profectò indagatio;dum res,omni opinionũ diſcrimine ſolutas, exarare, ſortiti ſumus. Communis etenim, & verior,Jure mu-
2 nicipali attento, fuit ſemper viſa decantata opinio illa, ut ſcil. in ampliſſima, & generali renunciatione, quę per filiam, vel ſororem,decenti, ac congruo accepto paragio,fit patri, & fratribus, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq;per Aquilianam ſtipulationem, ac pactum de non petendo,quòad ſucceſſiones,iam devolutas, & in futurum devolvendas, tàm ex linea paterna, quàm ex parte matris, cenſeatur etiam, ipſam renunciantem,favore dotantis,ejuſq; hæredum, renunciaſſe portioni antiquorum bonorum,ei ſpectanti virtu-
3 te Conſuetudinis,nec requiri ſpecialem renunciationem patrio Juri, ut mulier renuncians,excludatur à ſucceſſione patris dotantis, & fratrum, quorum ultimus moriens, poſſit etiã liberè diſponere,ex vi præfatæ renũciationis,extraneumq; ad ſui libitum inſtituere in omnibus bonis, etſi Cõſuetudinum diſpoſitioni ſubiectis,deciſum in puncto reperitur penès *Ca-*
4 *pyc.* vulgata ejus *deciſ.* 190. in cauſa
† Berardæ Coca cũ Jo: Andrea Faella, inſtituto hærede à Bonaventura,fratre dictę Berardę; Immò ea deciſione ità id expreſsè fuiſſe decretũ per S. C. contra renunciantem, refert *Capyc.*, ut nec etiam ad antiquarũ rerum medietatem, vigore Conſuetudinis debitam,aſpirare poſſit,(ut in
5 caſu noſtro) quoties teſtator de cunctis bonis diſpoſuit; nam, ſi tanquam in rerum natura non eſſet, omninò excluditur, neq; liberam hanc ultimi ex renunciatariis diſpoſitionẽ impugnare queit. Hancque deciſionem noſtrates communiter ſectantur cũ *Præſ. de Franch deciſ.*690.qui circà finem teſtatur,ipſum vidiſſe enũciatæ cauſæ *Capycii* renũciationem,ubi licet non fuiſſet expreſsè renunciatũ Iuri municipali; hoc tamen in ſpecie

L non

non requiri, deciſum fuit; cum gene-
6 ralis omnium ſucceſſionum devol-
vendarum renunciatio extendatur,
etiam ad bona, Conſuetudinibus ſu-
biecta: *Ant. de Alex. in addit. ad Cō-
ſuetud. ſi moriatur, ſub num. 31. verſ.
ad concluſionem huiuſmodi Gloſſæ,
fol. mihi 82.* ibi: *Cum filia in Civi-
tate Neapolis tēpore receptionis do-
tis, renunciaſſet bonis maternis, pa-
ternis, & fraternis, ac juri compe-
tenti, & competituro, & ceſſiſſet ju-
ra ſua patri, & ejus hæredibus, &
ſucceſſoribus, quòd ſi poſtea omnes
fratres moriantur ſine liberis, & ul-
timus moriens faciat teſtamentum;
poteſt de bonis ſibi obventis à patre
teſtari liberè in quem velit, & ſoror
non venit ad medietatē virtute hu-
jus Conſuetudinis.* Et *Jo: Angel. Pi-
ſanell. ibid. in ſeq. addit. incip. No-
ta quæſtionem poſitam, fol. 83.* ubi ad
corroborationem *d. deciſ. 190. Capyc.*
7 allegat *Dec. in conſ. 31.* Sequuntur
idem ſuſtinentes *Caput. ind. Conſuet.
ſi moriatur, par. 3. §. 6. num. 3. in fin
& §. 7. nu. 5. & 6. Afflict. cum Vr-
ſill. deciſ. 161. num. 3. Maſull. ad
Capyc. d. deciſ. 190. Ricc. collect. deciſ.
30. & 220. & in add. ad d. deciſ. Præſ.
de Franch. 690. Bottelier. de ſucceſſ.
ab inteſt. theor. 49. num. 10. Reg.
Marcian. diſcep. forenſ. c. 8. num. 22.
Reg. Rovit. conſ. 42. num. 8. & conſ.
10. num. 7. lib. 2.* ubi fuſius *Altim. in
obſerv. Montan. controu. 9. num. 9. &
contr. 10. num. 28 Thor. par. 3. ſui
compend. deciſ. verb. renunciatio, fol.
mihi 159.* & *Donad. in celebri tract.
de renunc. tom. 1. quæſt. 50. num. 12.*
8 Quod ſine controverſia nunc proce-
dere, unanimiter exiſtimant allegati
DD. licet nihil ſit expreſſum in re-
nunciatione, quòad ſucceſſionem,
quę vigore Conſuetudinis proximio-
ribus defertur agnatis, & cognatis.

Idue omni Iure ſuadetur etiam per
9 cæteros Scribentes, ut ſcilicet mulier
dotata, quę renūciavit, uti penitus ex-
cluſa, nequaquā renunciatarii hære-
dem, etſi extraneum, excludere poſ-
ſit: Ità *Dec. d. conſ. 31. penult. col.
verſic. 3. nec obſtat; Menoch. conſ. 72.
Gabriel. comm. concl. lib. 3. tit. de
jur. dot. concl. 1. num. 3. & lib. 6. tit.
de ſtatut. concluſ. 4. Rom. conſ. 22.
Marſil. de fideic. in rubr. num. 225.
Aymon. conſ. 42. Maran. diſput. 10.
num. 15. Angel. conſ. 52. Andreol.
controu. 232.* cum aliis relatis à *Con-
ſil. Paſchal. de vir. patr. poteſt. cap.
7. num. 48. & 57.* ea potiſſimum ra-
tione, quia renuncianti ad jura re-
10 nunciata non datur regreſſus, cum
translata ſint in perſonam illius, cui
11 facta reperitur renunciatio, juxtà
*cap. quamvis pactum, de pact. in 6.*
ità ut ſi ille, qui ſtipulatus eſt ſibi, &
hęredibus renunciationem, hęredem
ſuum ſcriptum reliquerit poſteà ex-
12 traneum, excluſa renunciante, vali-
da erit inſtitutio, ut poſt *Angel. dict.
conſ. 52.* & *Put. conſ. unic. inter Cō-
ſil. Sforz. Odd. vol. 2.* fatentur *Caput.
loc.* proximè *cit.* & *Reg. de Marin.
var. reſol. cap. 194. lib. 1.* nam inter
cauſas, conſideratas à *Puteo d. conſ.
unic.* ex quibus fit paſſim renuncia-
13 tio per fęminas, potiſſima eſt, ut ille
nimirum, cujus favore fit, poſſit ad
libitum de omnibus bonis, quomodo-
libet acquiſitis, diſponere; & ità etiam
poſt *Bald. conſ. 439. num. 1.* conclu-
dit *Ludou. deciſ. 85. nu. 2.* qui prę
cęteris allegat *Pariſ. conſ. 26. n. 31. l. 3.*

Et quamvis aliqui exiſtiment, portiones
14 Conſuetudinarias dimidiæ bonorum
deferri Iurę Sanguinis, & condictione
Conſuetudinis, & propterea non cō-
prehendi ſub generali renunciatione,
ut tradit *Conſil. Hodiern. in l. hac
edict. quæſt. 11. num. 87.* ubi aſſerit,
15 quòd ſi ex forma alicujus ſtatuti fi-
liis aliqua debeatur portio, in gene-
rali renunciatione illa non veniat, tā-
quam quid diverſum, & ſeparatum
à teſtamentaria ſucceſſione, prout
etiam refert idem *Præſ. de Franch.
in d. deciſ. 690. nu. 3.* per ſingularem
doctrinam *Ignei in auth. ex cauſa,
verſ.*

*verſ. quarto limitat., num.* 221. *C. de liber. præt.* ubi concludit per illum *tex. in l. pro hærede, §. ſi quidtamen, ff. de acquir. hæred.* in generali renũciatione, minimè intelligi renunciatũ ſucceſſioni, quę ipſi renuncianti com-
16 peteret jure agnationis, & ſanguinis, ſicq; alio jure, quàm hæreditario, ſed ex providentia Conſuetudinis; Nàm filio, hæreditatem repu-
17 dianti, adhuc debetur portio Conſuetudinaria; iuxtà placitum *Paul. de Caſtro, in auth. hæres, C. de ſecund. nupt. & in l. filiusfam. ff. de leg.* 1. *Surd. conſ.* 206. *Mart. de ſucceſſ. leg. par.* 1. *quæſt.* 21. *art.* 2. *nu.* 14. *Hodiern. quæſt.* 22. *num.* 4. & *Donad. de renunc. tom.* 2. *c.* 4. *nu* 9.

Nihilominus, contraria nunc prorſus
18 ſervatur opinio, portionem, nempè medietatis Conſuetudinariæ deferri jure ſucceſſionis, etſi nõ hæreditario, ſecundùm doctrinam *Napod. in Conſuetud. Etſi teſtator, num.* 33. Vndè,
19 ut tranſmittatur, requiritur agnitio; † quemadmodum ex duabus S.C. deciſionibus, fuiſſe in hac theſi impoſitum perpetuum ſilentium, ait idem *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 690. *in fin. & deciſ.* 89. *num.* 7. ea ratione, quia
20 portio hęc Conſuetudinaria defertur jure ſucceſſionis, & in *d. deciſ.* 89. concurrit cum *deciſ. Capyc.* inquiens, renunciationem ſpecialem Juri Con-
21 ſuetudinario, quæ fieri ſolet, non eſſe penitus neceſſariam, ſed illa per Notarios ex majori tantùm, ac potiùs abundanti partium cautela modò inſeritur, in mulierum renunciationibus, ut ſine ulla exitatione excludãtur omninò ab omnibus ſucceſ-
22 ſionibus, ſicut etiã id obſervari, unico ore fatentur, *Conſil. ipſe Hodier. in addit. ad Surd. deciſ.* 138. & 140. *Donad. de renunc. d. cap.* 50. *tom.* 1. *circà fin. Caput. d. par.* 3. §. 7. *num.* 5. *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 117. & *Montan. d. contr.* 10. *num.* 28. & *contr.* 1. *nu.* 69. & 70. cum aliis uſq; adhuc, ad noſtras firmãdas concluſiones, allegatis.

## CONTROVERSIA XV.

**Proximiores agnati, poſt filiam renunciantem, & deſcendentes ex ea, an pariter à ſucceſſione renũciata excludãtur, etſi cõtẽplati in renunciatione nõ videãtur?**

### *SVMMARIVM.*

*1 Renunciatio, facta favore dotantium, an ſicuti excludit renunciantes, ita etiam cæteros proximiores ulterioris gradus, & deſcendentes ex ipſis? & n. 2. cum ſeqq.*

*3 Examinatur ſigillatim quęſtio. Cõcluditur pro affirmativa opinione.*

*4 Renunciationi mulieris ineſt tacita conditio, ſi hæreditas renuncianti nimirùm deferatur.*

*5 Succeſſio, quæ primò defertur renuncianti, ab ea cenſetur acquiri, & ad hæredes illius, cujus favore eſt renunciatio, reverti.*

*6 Remotiores in gradu nihil prætendere poſſunt, quando ex renunciãte acquiritur jus renunciatariis ad bona renunciata, tamquã ſi ipſa renuncians ad illa ſuccederet.*

*7 Succeſſio eadem non poteſt, pluribus diverſi gradus inſolidum deferri.*

*8 Pacti de non petẽdo exceptio, aquiliana ſtipulatio, & juramentum, operãtur renunciantis excluſionẽ.*

*9 Renũciationis abdicativæ, & trãſlativæ differentia, ac effectus ſigillatim ponderantur.*

*10 Renũciatio monialiũ eſt merè realis*

*11 Et uti abdicativa, nõ excludit alios proximiores in ulteriori gradu, poſt ipſas renunciantes.*

*12 Non ità in renunciatione tranſlativa, qua transfertur renunciatariis poteſtas, diſponẽdi de renũciatis*

*13 Cõtroverſi caſus cõcluſio exponitur.*

*14 Clauſula in capitulis matrimonialibus*



Digitized by Google

*libus appoſita (quòd aliter matrimonium non fuiſſet contractum) quid operari debet, niſi ut promiſſa ſerventur, & num.* 15.

16 *Hæreditas eadẽ pluribus varii gradus per renũciationẽ nõ acquiritur*

17 *Argumentum non valet à ſucceſſione inteſtata ad teſtatam, præcipuè* de Jure Conſuetudinũ Neapolis.

## ARGVMENTVM.

Ex renunciatione, favore Patris dotantis, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum quorumlibet, an excludantur prorſus cæteri ulterioris gradus proximiores, poſt ipſam filiam renunciantem, ejuſque pariter deſcendentes, quamvis in ea haud illi contemplati inſpiciantur? Per partes quæſtio examinatur, & demum pro affirmativa opinione, etiam reſpectu conſuetudinariæ medietatis, apertè cõcluditur.

1 LAborandum itaquè, parum remanet, quòd ad tertium denique ex propoſitis articulis, ut clarè oſtendatur, ex filiæ, vel ſororis dotatæ ampliſſima renũciatione, facta favore patris dotantis, eiuſque hæredum, ac ſucceſſorum quorumlibet, excludi prorſus cæteros proximiores ulterioris gradus, poſt ipſam renunciantem, eiuſq; deſcendentes, licet illi haud contemplati in huiuſmodi renũciatione inveniantur, quoties ex renunciatariis ultimò defunctus extraneum ſibi fecit in omnibus hæredem, minimè relicta, iuxtà diſpoſitionem *Conſuetud. & ſi teſtator*, ut in caſu noſtro, conſuetudinaria antiquorum medietate, nec ipſi renuncianti, aut deſcendetibus ab ea, nec aliis in gradu remotiori, ſed ex linea, unde bona obvenuerunt; licet prima facie, ſublatis de medio d. filia, ſivè defuncti teſtatoris ſorore, ac ejus deſcendentibus, virtute præfatæ renũciationis, ad eandem medietatem ipſi benè poſſe ſuccedere, viderentur.

Præmiſſa enim difficultas enixè perpẽ-
2 ditur, ac perbellè examinatur, præter cæteros Conſuetudiniſtas à *Lelio Caputo*, in propriis terminis noſtræ diſputationis, *in comm. ad conſuetud. ſi moriatur, part.* 3. §. 7. *à num* 6. cujus inſectatur veſtigia *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol. jur. cap.* 191. *à num.* 7. qui de more, magiſtraliter ambo, unico concludunt ore, licere patri, ſi-
3 vè fratri ad libitum, de bonis etiam antiquis, diſponere extraneorum favore, ſtante ampliſſima, & translativa filiæ, ſivè ſororis renunciatione, poſt cõgruæ dotis receptionem, haud obſtantibus aliis defuncto remotioris gradus conjunctis ex illa linea, undè bona provenerunt; Nam cum renũ-
4 ciatio tacitam in ſe habeat conditionem, ſi hæreditas ipſi renuncianti deferatur, ut ſæpè eſt dictum, quando igitur primò ſucceſſio defertur ipſi filiæ, vel ſorori, cenſetur (ait *Caputus*) ab ipſamet renunciante acquiri,
5 & ad hæredes ejus, ad cujus beneficium facta eſt renunciatio reverti; ità ut (ſubdit *Reg. de Marin.*) verè, & propriè verificari videatur ſucceſſio in perſona ipſius filiæ, vel ſororis renunciantis; & conſequenter proximiores, in gradu ſequentes, nihil prætendere poſſunt, cum una, eademque
6 ſucceſſio pluribus diverſi gradus in ſolidum deferri nequeat. Et cũ ipſamet renuncians potuerit præfatæ
7 ſucceſſioni renunciare, ceſſant itaque difficultates; Excludetur etenim ipſa petens (aſſerit *Caputus*) exceptione pacti de non petendo, aquiliana ſti-
8 pulatione, & juramento, dum ſtatim ac fit caſus ſucceſſionis, omnia verificantur, quæ in ipſa continentur renunciationis cautione. Vndè inſtitutus, non vocatur recta via ad hanc conſuetudinariam portionem, ſed ex di-

Digitized by Google

diſpoſitione etiam ipſius filiæ, vel ſo-
roris, cui procul dubio ſpectaret;niſi
expreſsè favore patris, & fratrum, ut
unuſquiſque ſcilicet liberè diſponere
potuiſſet,non autem, ut ſequentibus
in gradu eadem renunciatione locus
aperiretur, ut in præſentiarū accidit.
Quam concluſionem, duobus tantùm
9 caſibus, limitat ipſemet *Caputus nu.*
7. Primò in renunciatione ſimplici-
ter abdicativa, quando ſcilicet filia,
vel ſoror renuncians non ceſſit, ſivè
transtulit patri, & fratribus predictas
ſucceſſiones, ſed ſolùm ſe voluit de
medio tollere, prout ponderat etiam
*Anna conſ.* 45. idque procedere, ait,
in renunciatione, facta per mulierē
10 ingredientem Monaſterium,quæ eſt
verè realis, & abdicativa; tali enim
caſu abſque ullo dubio, venient alii
proximiores in gradu poſt ipſam re-
nunciantem. Quod minimè verifica-
11 tur in cauſa pręſenti, quia eſt peni-
tus translativa renunciatio, de qua
12 agitur, dùm per renunciantem, fuit
expreſsè tranſlata renunciatariis po-
teſtas liberè diſponendi, etiam de bo-
nis Conſuetudinibus ſubjectis;Secun-
dò, concluſionem ſuprà firmatam li-
mitat etiam *Caput.* quando nimirum
renunciatio non reperitur in benefi-
cium illius, de cujus hęreditate con-
trovertitur;& hoc neque adeſt in no-
ſtra hipoteſi, cum omninò agatur
de hęreditate illius, cujus favore re-
nunciatio peracta fuit.
Si igitur in ſpecie pręſētis theſis ſucceſ-
13 ſio conſuetudinarię medietatis, ob
mortem dicti quondā Ioſephi teſta-
toris, nunc deferri deberet ipſi He-
lenę, quę eidem medietati expreſsè
renunciavit, ſivè filiis, & deſcenden-
tibus ex ea, eius locum ſubingredien-
tibus, quorum nomine, non ſolùm
ſtipulata eſt ipſa renuncians, in bene-
ficium patris dotantis,ac ſuorum hę-
redum, ſucceſſorumque quorumli-
bet, ſed promiſit, etiam cum eius vi-
ro, filios nimirùm non poſſe ad prę-
fatas ſucceſſiones, de Iure conſuetu-
dinario, nec etiam ex propria venire
perſona, & caſu, quo venirent, tunc
ipſos conjuges teneri,ſe obligaverunt
de proprio, ad refectionem,& reſtitu-
tionem illius, in quo filii ſuccedere
vellent, contra dotantis, ejuſque hę-
14 redum diſpoſitionem; cum clauſula
expreſſa, quòd aliter, hoc non fuiſ-
ſet contractum matrimonium, niſi
pręcedente d. renunciatione, mulie-
ris,& viri ſimul promiſſione, reficien-
di tantundem de proprio, quoties
filii ex propria venirent perſona, ut
legitur in pręfata renunciatione pe-
nes acta,ūdè ſequitur,prorſus promi-
ſa ſervari debere, ut teſtantur *Ca-
put. & Reg. de Marin loc.cit.* hanc-
15 que bonorum medietatem, ab ipſa-
met renunciante, ac deſcendentibus
ex ea, pro quibus pariter ſe obligavit
pater, ſtatim acquiri, hęredibus ipſi-
us,cuius beneficio facta reperitur re-
nūciatio,ac ad eos reverti;cū potuerit
ipſamet Helena,per ejus patrem do-
tata,dictę ſucceſſioni renunciare; Et
propterea cum nequeat una eadem-
que hęreditas,vel ſucceſſio renuncia-
ta,pluribus diverſi gradus inſolidum
16 deferri; Concludendum eſt ergo,
quòd ſi verè hæc ſucceſſio deferri
nunc deberet deſcendentibus dictæ
qu. Helenę, filię dicti qu.Pręſ. Hya-
cinti dotantis,cum qua ſimul promi-
ſit, eius vir,reſtitutionē de proprio,ſi
filii, ad illam conſequendam, ex pro-
pria venirent perſona, non poſſit ul-
lo modo eadem ſucceſſio conſuetu-
dinis ui (his excluſis) ſequentibus in
gradu deferri, ſicque nec dictæ Iſa-
bellæ, neque dictæ Dorodeæ,quæ tā-
quam remotiores, nihil prætendere
poſſunt, ſed præfatæ Sacræ Domui
A. G. P. quæ univerſalis reperitur
ultimi morięntis hæres, ſcilicet præ-
dicti quondam Ioſephi,qui hac ſtante
renunciatione, omninò translativa,
quòad enunciatam conſuetudinariā
portionem, liberè diſponere potuit.
Nec obſtat, deniquè, ut fatetur idem
17 *Caput. loc.cit.ſub num.*6. argumen-
tum

[illegible]ſumptum *ex Conſuctud. Et ſi* [illegible]*tor*, undè argui poteſt à ſucceſ-[illegible] ab inteſtato, quomodo deferatur hæc conſuetudinaria medietas, condito teſtamento; quia ibi dicta procedunt in ſimplici diſpoſitione *Cōſuetudinis*, ut præmiſſa ſcilicet ſucceſſio deferatur conjūctis, etiam jure cōſuetudinario, qui ab inteſtato vocātur; Sed non negatur per hoc, quòd quoties ex ipſorum proximiorum perſonis alii ex teſtamento vocantur, non poſſint illi pariter vocari, prout eſt caſus noſter, in quo Sacra Domus, hæres inſtituta, non vocatur recta via ad ipſas conſuetudinarias portiones, ſed ex diſpoſitione ipſiuſmet Helenæ renunciantis, ad quam ſpectarent, juxtà ſucceſſionem ab inteſtato, tanquā immediatè deſcendentem ex linea, undè dicta bona provenerunt: At non ita eſt in ſimplici ſucceſſione ab inteſtato, quia tunc renuncians tantùm tanquam proximior ſuccederet. Et hanc eſſe diſparitatis rationem, tradit cum *Præſ. de Franch.* ibidem *Caput. num.* 7. Cætera verò quamplura dicemus infrà, ſequentibus aliis quinq; Controverſiis, quoad ea, quę nobis, poſt hæc ſcripta, iterum allegare, opus fuit, ad dirimendam paritatem, quæ pro interpoſitione decreti præambuli, junctis ambabus Magnæ C. V. Aulis, accidit anno 1681. ſuper enunciatis, & conſuetis clauſulis; *dempta*, ſcilicet, agnatorum favore, *medietate*, ex una: ac *ſalvo jure cujuslibet*, ex altera Judicantium parte.

## CONTROVERSIA XVI.

Agnati, Cognatiq; ad antiquarum rerum ſemiſſem ex patriis Sanctionibus concurrentes, an teſtamentario hæredi immiſſionem impedire poſſint, quoties interpoſitioni decreti præambuli dedere conſenſum, reſervatis tantùm juribus, quæ pro eis liquidò non conſtent, præcipuè ob renunciationem, etiam de bonis antiquis, a proximiore in gradu factam favore diſponentis?

### SUMMARIUM.

1 *Facti ſeries laconice exponitur.*

2 *Amita vigore Conſuetudinis, pretendere an poſſit antiquorum medietatem, contra hæredem ſcriptū, repræſentantem jura ſororis defūcti teſtatoris, ex vi renūciationis?*

3 *Proximior agnatus, per renunciationem excluſus, an faciat locum ſucceſſorio edicto, quoad alios remotioris gradus conjunctos?*

4 *Renunciatio ſucceſſionum deferendarum, facta favore patris, ejuſq; hæredum, per pactum de non petendo, an ſit jurium translativa, an merè extinctiva dicatur?*

5 *Amita, filiiq; ſororis defuncti ſunt omnes in tertio, & æquali gradu,*

6 *Jura legitimi contradictoris, ſi ſint tam clara, ut in petitorio nullum admittant obicem, hæredi teſtamētario immiſſionē impedire poſſunt, ſecus ſi ſint dubia, ut num. 7.*

8 *Conditio implicita ſemper in renunciatione continetur: ſi hæreditas renuncianti deferatur.*

9 *Ius petitorii magis favet hæredi, quā agnatis, ſi eis obſtet renūciatio.*

10 *Judex in præambuli decretis eſt ſolùm Magna Cur. Vicar.*

11 *Judicium ſummarium, eſt immiſſio vigore* l. fin. C. de edict. Div. Hadr. *ſi teſtamentum omni careat vitio.*

12 *Et hæredi illicò illa, idcircò cōceditur.*

13 *Oppoſitiones, quæ fieri poſſunt contra hæredem ſcriptum, quando teſtamentum non eſt vitio affectum, reſervantur in petitorio, nec ei interea retardatur immiſſio.*

14 *Regula illa, ſcil.* dolo facis petere, quod ſtatim reſtiturus es, *haud eſt appli-*

Digitized by Google

*applicabilis pro agnatis, conſuetudinariã bonorum medietatem petentibus, cum egeant illi termino, & ſententia, ſi clara. ſ. non ſint eorum jura. & num. 33.*

15 *Hæredi ſcripto nequit impediri immiſſio, ſi contradictores indigeant termino; nam eis jura reſervãtur.*

16 *Teſtamentariæ diſpoſitionis nullitas operatur, ut detur locus d. regulæ:* dolo facis, ex l. 1. C. de dol. exc.

17 *Ita pariter cum liquidò conſtet, hæredi ſcripto nullum poſſe competere jus, quòad bonorum medietatẽ vigore* Conſuetud. Neapol.

18 *Hæredi ſcripto, quando cõpetit probabile jus, ad excludendos agnatos à medietate conſuetudinaria, ſicuti adverſus cæteros contradictores, non impeditur immiſſio, ſalvo jure cuiuslibet in petitorio.*

19 *Ita in bonis feudalibus, quando diſputatur inter agnatum, & hæredem ſuper validitate diſpoſitionis feudi, & num. 22.*

20 *Teſtamenti favor ſæpè attẽdi debet.*

21 *Feudi ſucceſſio regulatur à lege, & tenore præſertim inveſtituræ. n. 22.*

23 *Immiſſio ſecũdogenitæ hæredi, datur in feudis, ob ſolam primogenitæ renunciationem; Et ità S.C. pluries decrevit, prout num 24.*

25 *Agnati, cognatiq; jure hæreditario non ſuccedunt, nec jure univerſali.*

26 *Sed veniunt* Cõſuetud. *providẽtia.*

27 *Agnatis, & Cognatis non datur immiſſio ab inteſtato, reſpectu conſuetudinariæ medietatis.*

28 *Medietas antiquorum, agnatis debita ex* Conſuetud. *non eſt quota hæreditatis, ſed bonorum.*

29 *Inventariũ valdè confert agnatis, ſi ſint hæredes, ad evitanda onera.*

30 *Agnati, vigore* Conſuetud. Neapol. *vocantur per verba:* reliqua medietas perveniat; *& non jure univerſali, ſcilicet* ſuccedant.

31 *Agnati, & Cognati veniunt per* Conſuetud. *ad antiquorum ſemiſsẽ bonorum, conditione ex nova lege.*

32 *Et ab eis inſtitui debet judicium ordinariũ contra hæredẽ ſcriptũ.*

33 *Praxis fertur M. C. in danda immiſſione, cum clauſula pro agnatis: dempta medietate* Conſuetud.

34 *Et eſt recepta, ſi jus ſit notorium.*

35 *Juribus hæredis ſcripti in petitorio præjudicium fertur, cum in iudicio ſummario dicatur:* dempta antiquorum medietate, *ſi liquidò nõ conſtat, agnatis deberi; ſed eis tantùm reſervantur jura. num. 36.*

37 *Defunctus in ſemiſſe conſuetudinaria videtur, deceſſiſſe inteſtatus.*

38 *Principia involuũtur, ſi quod eſt in quæſtione, pro ratione allegatur.*

39 *Hæredi ſcripto ſufficit ius, ſaltem probabile, & coloratum pro agnatorũ excluſione, & ut immiſſionẽ, abſq; ulla clauſula obtinere poſſit.*

## ARGVMENTVM.

Adverſus hæredem ſcriptum, poſt conſenſum, à proximioribus agnatis præſtitum, ad immiſſionem obtinendam, virtute *l. fin. C. de edict. Diu. Had.* nũ iterum illi inſurgere poſſint, & quoad bonorũ, quã eis deberi, ajũt ſemiſſem, vigore *Conſuet. Neap.* præambuli decretum impedire, queant, ubi defuncti diſpoſitio omni careat vitio, & ob talia iura renunciata, fiat locus regulæ (*dolo facis petere, quod ſtatim reſtiturus es*) clarè expenditur; Aliaq; ad theſis ornatum, de trãslativa renũciatione exarantur.

EXiſtimabatur, prout iuſtè credi poterat, D. Iſabellã Barracano partem facere, quidem noluiſſe, adverſus Sacram Domum
1 A. G. P. in Iudicio interpoſitionis decreti præambuli, ſuper hæreditate q. V. I. D. Ioſephi Barracano, ſtante expreſſo conſenſu apud acta D. Reg. Dominici Petrone, qui tanquam vir,

ac

ac legitimus præfatę Iſabellæ adminiſtrator, conſenſum præſtitit, ut liberè interponeretur tale pręambuli decretū, in beneficium eiuſdem S.Domus, hęredis enūciati Ioſeph, & abſq; ulla alia clauſula, niſi ſalvis tantùm juribus, dictæ ejus uxori fortitan ſpectantibus, in antiquorum medietate bonorum. Idcirco præcedentibus allegationibus, diffusè reſpondere haud curavimus oppoſitionibus, quę pro ſua parte fieri poterant, & quibus, uti ex omni capite inſubſiſtentibus, facilis erat reſponſio.

Ad pręſens verò, quia hujuſmodi non obſtante conſenſu, dicta Iſabella, eius jura repræſentans ſuper dicta medietate, adverſus Defuncti teſtamentū, adhuc venire ſupponit; relinquendū itaq; non eſt, perpendere, quænam ſint eius jura, quale habeant fundamentum, ac operari tandem, an poſſint, pręfatum præambuli decretum interponi debere, cum clauſula, nempè antiquorum bonorū dempta medietate; vel reſervari jura debeant, ſi quæ competunt eidem, & filiis quōd. Helenæ Barracano, ac enunciatæ Dorotheæ, in petitorio.

Duplici ex ratione, dicta Iſabella ſupponit, tanquam defuncti amita, dictæ medietatis ſucceſſionem vigore *Conſuetudinis, Et ſi teſtator*, nec eidem obſtare teſtamentariam diſpoſitionē dicti quond. Ioſeph, favore dictæ Sacræ Domus, nec exiſtentiam filiorum dictæ quond. Helenæ, ſororis utrinq; coniunctæ ejuſdem teſtatoris, cujus jura repręſentat eadem S. Domus, uti hæres, & ex ampliſſima dictę qu. Hælenæ renunciatione.

3 Primò, quia ejus beneficio, non ſolū operari debet ſucceſſorium edictum, ut ex adverſo probare conatur, locū habere hoc caſu, quo proximior agnatus, per renunciationem excluſus remanet; ſed etiam ex ſpeciali pacto quond. Præſidis Hyacinthi Barracano ejus fratris, & patris reſpectivè defuncti Ioſeph; dum uſus fuit expreſſa illa lege in pręfata eius filię renunciatione; ut nimirum in ſuis bonis, nec dicta Helena, nec filii, & ex ea deſcendentes unquā ſuccedere poſſint, etſi ex propria perſona venire voluiſſent.

4 Supponit namq; hujuſmodi renunciationem, reſpectu ſucceſſionū deferendarum, factam favore ejus patris pro ſe, & hæredibus quibuſcumquè, per pactum de non petendo, dici non poſſe jurium translativam, ſed verè, ſimpliciter, & omni eventu extinctivam; ità ut, ſublatis de medio per repudiationem filiis dictæ quond. Helenæ renunciantis, fiat ei locus, virtute ſucceſſorii edicti, quia reperitur agnata immediatè ſubſequens in gradu, & uti talis eidem ſpectare, ait, integram bonorum antiquorum medietatē, inhærens juribus ſupra promotis per eandem Sacram Domum, hæredem ut ſup. circa excluſionem filiorum dictæ quond. Helenæ.

5 Secundò, quia præfata renunciatio, quatenus videretur præſenti caſu extinctiva, non poſſit ſaltē excludi à quarta dictæ medietatis parte, cum tam illa, tanquàm amita defuncti, quàm filii dictæ quond. Helenæ, tanquam nepotes ex ſorore, ſint in eodem ęquali gradu, ſcil. omnes in tertio gradu reſpectu defuncti; & per conſequens, dictæ medietatis ſucceſſionem dividendam eſſe, inquit, in capita, non obſtantibus *Auth. poſt fratres*, *C. de hæred. ab inteſt.* & *Novell.* 118. undè fuit ſumpta in § *quando quidē, verſ. illud palam*, atq; communi DD. ſententia, contra *Mantic.* favore nepotum ex fratre, vel ſorore, excluſis patruo, amitaq; defuncti: & quemadmodum nunc quolibet in Tribunali ſervatur, & præſertim in M.C. Vic. ob ſtylum inveteratum, ita judicandi in cauſa interpoſitionis decreti pręābuli.

Altera verò ex parte, filii dictæ quond. Helenę etiam prætendunt, dictā conſuetudinariā medietatem, & deduci omninò debere, & denegari hæredi dicti quon. Ioſeph, virtute teſtamenti im-

Digitized by Google

6 immiſſionem, tanquam ſi eorum jura eſſent tam liquida,& certa, ut nullam admitterent in petitorio difficultatem, nec dictæ Sacræ Domui ſuper eadem medietate aliud jus cōpetere poſſet, adverſus eorum oppoſitiones,inanes quidem, & penitùs inſubſiſtentes;dum reduci videntur ad illam tantùm difficultatem, nempè quòd dicta quōd. Helena eorum mater, cum ſit præmortua dicto Joſeph, de cujus hæreditate agitur; materna idcircò renunciatio eis non obſtet,uti jam reſoluta;quia pendens ex illa implicita conditione,ſcilicet ſi hæreditas
7 renuncianti deferatur, quæ defecit, dum hæreditas eſt delata, eorum beneficio ex propria perſona, nō autem matris, operatur ſanè, dictam renūciationem dici extinctam, nec aliquo modo prodeſſe hæredi,ex *deciſ.Præſ. de Franch. 67.* cum aliis DD. ibid.

Verùm pro Sacra Domu, ut ſigillatim
8 cunctis reſpondi poſſit adverſis, principiò oſtendere, conſonum videtur, dictorū agnatorum jura, quibus prætendunt, ut ſupra annuimus, defuncti teſtamentum impugnare, ſaltèm quòad antiquorum bonorum medietatem (minimè obſtantibus enunciatis, tàm dictę quond Helenæ, quàm dictæ Iſabellę renūciationibus,in ampla forma)non impedire poſſe immiſſionem eidem hæredi, cum non ſint clara, ſed nimis involuta appareant, & uti incerta, requirant altiorem indaginem. Poſteà verò, tranſitum fa-
9 cientes ad id, quod tangit Jus petitorii, clarè nimis patefaciemus, eſſe illud magis certum favore hæredis, quàm dictorum agnatorum, Et propterea immitti debere dictam Sacrā Domum in poſſeſſionem omniū bonorū hæreditatis dicti quond.Joſeph, ſine ulla exceptione, demōſtrabimus.

Eſt itaquè advertendum, priuſquam Adverſariorum ſatisfaciamus oppoſi-
10 tionibus, modò agi de derimenda per Dom. Adjunctos paritate, quæ Junctis Aulis accidit, ut ſupra diximus in M. C. V. quæ eſt tantùm Judex præfatæ interpoſitionis decreti præambuli; Et per conſequens de il-
11 lo agitur exequutivo, & ſummariiſſimo judicio,*legis fin.C. de edict.Diu. Hadr.* quo ſolus hæres ſcriptus, præſentans teſtamentum, non deletum, & abſq; ullo viſibili vitio, debet ſta-
12 tim immitti in poſſeſſionem bonorū omnium defuncti, eodem ſtatu, quo ipſe teſtator reperiebatur ejus obitus tempore; ità ut quælibet exceptio, quæ forſan proponi poſſet contra teſtamentum,extrà viſibile vitium,etſi contineat præſumptam diſpoſitionis nullitatem, aut defectum poteſtatis teſtandi in mortuo teſtatore, vel incapacitatem hæredis, aut reſpectu perſonarum,aut qualitatis bonorum,
13 excludi omninò debeat, uti penitus impertinens, in prædicto immiſſionis judicio,& omnes ſimiles oppoſitiones reſerventur in petitorio, nec interim hæredi ſcripto retardatur immiſſio, ſuper omnibus defuncti bonis, ut expreſsè cautum legitur in *d. l. fin.* & vulgatum eſt apud DD. ex *l.3. ff. de exhib. l. nam, & poſtea*, ubi *Bart.* cū aliis, *ff. de iur. iuran. gloſ. in l. 1. ff. quor.legat. Afflict.deciſ. 52.* late *Menoch.de adipiſc.poſſeſſ.remed. 1. num. 12.* & poſt *Bald. Ang. Abb.Curt.jun.* & *Dec.*idem *Menoch loc.cit.remed.4. quæſt.745.* & *quæſt. 753.*

Immò in propriis terminis, quoties hæredi opponitur dominii quæſtio,nempè quòd non poſſit eſſe dominus,nec retinere aliquam portionem bonorū
14 defuncti,ut eſſet hęc cōſuetudinaria medietas, de qua teſtator nequit diſponere; ſemper ac in promptu, & liquidò non conſtat, nec eſt applicabilis regula: *dolo facis petere, quod ſtatim reſtiturus es*, ex *l. 1. C. de dol.except.* cum *Concord.*ſed conſiſtat in iure dubio;tali enim caſu inveterata nimis eſt concluſio apud DD. communiter recepta, & rerum iudicatarum authoritate confirmata,non poſſe ullo modo impediri immiſsionē hęredi,



Digitized by Google

15 ſed reſervātur jura in judicio ordinario, prout concludit *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 10. *num.* 14 his nimirum verbis: *Quæ exceptio juris dubii immiſſionē non impedit, ſed reſervatur in petitorio; oportet enim, quod defectus ſit juris notorii; & palpabilis, ut poſt Bartol in l. filiam fratribus, ff. ad Treb. Ruin. conſ.* 87. *num.* 28 *lib.* 3. *Peregr. de fideic. art.* 48. *nu.* 55. *Gozzad. conſ.* 6 *num.* 88. *Giorg. alleg.* 48. *Reg de Pont conſ.* 20. *num.* 23. *lib.* 1. *Burſat. conſ.* 89. *num.* 21. ubi de communi teſtatur, & alios congerit cum *Caſtill. lib* 3. *controverſ. c.* 28. *n.* 23. ubi in fine ita deciſum per S.C. refert; idemq; apud *Menoch. loc cit. quæſt.* 747 & *Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 3. *art.* 2. *per tot. & à num.* 167. apertè probatur per *l.* 2. *C. de edict. Diu. Hadr.* ubi *Dyoniſ. Gothofred. lit. V.* poſt *Salyc.* & *Alex.* videantur.

Dubitari etenim, nequit, præfatam re-
16 gulam: *dolo facis petere, ex d. l.* 1. *C. de dol. except.* tunc locū habere, quoties liquidò, conſtat incontinenti de nullitate diſpoſitionis, ſcil. quoties notoriè apparet, hæredi ſcripto, haud competere jus ſuper medietate ex bonis, ſubiectis Conſuetudinibus hujus
17 Civitatis, ità ut non poſſit ullo modo ſe tueri, ſed ſtatim illa reſtituere teneatur, ut docet *gloſ. in l. dolo facis, in verb. redditurus, ff. de dol. mal. except. Jaſ. ibid. nu.* 11. optime *Bammacar. in tit. ſi de feud. def. cap.* 1. *nn.* 37 & 38. *Reg. Merlin. cap.* 10. *controv. for. num.* 14. *lib.* 1.

Sed quoties ab hærede, replicante agna-
18 tis, qui virtute Conſuetudinis, antiquarum rerum medietatem petunt, aſſignatur aliqua juris probabilitas, quamvis non ſit illa omninò certa, ſed ſufficiens, ut poſſit aliquo modo tueri diſpoſitionem defuncti, quòad hāc medietatem, præſertim virtute renūciationis, ut in caſu noſtro; quia tunc agnatorum jus non eſt amplius certum, ſed nimis dubium redditur, ità ut Iudex præfatæ immiſſionis, ex articulis, pro parte hæredis excitatis, adverſus agnatorum prætenſiones, non ſit in claris, ſi dictus hæres ſit penitus incapax, cum notoriè non conſtet de invaliditate diſpoſitionis, datur tunc locus indubitatæ concluſioni apud DD. ex *d. l. fin.* favore hæredis ſcripti, ut debeat nimirum ille obtinere immiſſionem omnium bonorum defuncti, ſalvis juribus agnatis in petitorio, ut poſt alios latè probat *Piſtor. lib.* 2. *quæſt.* 39. *nu.* 32. *uſq; ad* 37. *tom.* 2. *Argel. de acquir. poſſ. quæſt.* 3. *art.* 6. *num.* 307. & propriè *num.* 315. & *quæſt.* 2. *art.* 11. *num.* 337. *cum ſeqq.*, & ex ſenſu omnium docet idem *Argel. de leg. contrad. quæſt.* 19. *art.* 1. *num.* 64. his verbis: *Ideò argumentum procedere, quando præſumptio adverſus hæredem eſt infirmata, per allegationē coloratæ rationis, quæ Iudicem reddat dubium; tunc enim, quia non abſolutè conſtat de incapacitate hæredis, non eſt privandus iis, quæ ad defunctum ſpectabant, donec in petitorio convictus, & manifeſtè apparuerit de prædicta hæredis incapacitate.*

Ità pariter in fortioribus terminis lo-
19 quens, ſcil. in bonis feudalibus, concludit *Riminald. jun. conſ.* 69. *nu.* 15. ubi inquit, ut hoc ipſo, quòd de validitate diſpoſitionis feudi diſputatur inter agnatum, & hæredem, utiquè in concurſu tot jurium, talis diſputatio non admittitur, in hoc ſummario judicio, ſed tanquàm requirens altiorem indaginem, ad petitorium judicium reſervanda eſt, & interim non impeditur hæredi inſtituto remediū *d. leg. fin. C. de edict. Diu. Hadr. toll.*

Tantus eſt teſtamenti favor, & ità certa
20 regulariter hæc concluſio, quòd locum etiam obtinet in feudorum ſucceſſione, quamvis ſit illa ſtrictior, dū
21 regulatur tantùm à lege, & tenore inveſtituræ, eiquè expreſsè reſiſtat *tex. in cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.* ut videri poteſt apud *Jo: Andr. in addit. ad Speculat. tit. de teſtam.* §. *penult. verſ.*

*verſ. perſonam*, cujus doctrinam ferè omnes ſequuti ſunt: *Iaſ. in d. l. fin. num.* 26. *Alex. ibid. num.* 30. *Curt. jun. num.* 84. *Intrigl. de feud. cent.* 2. *quæſt.* 34. *Roſental. de feud. cap.* 7. *concluſ.* 48. *Oſaſch. deciſ. Pedem.* 26. *nu.* 14. *Veſſemb. conſ* 93, *num.* 1. *Riminald. ubi ſup. Scrad. de feud. par.* 7. *cap.* 2. *num.* 40. *Curt. jun. de feud. par.* 3. *in princ. num.* 23. *Vult. de feud. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 23. *Bellon. conſ.* 10. *Menoch. d. remed.* 4. *num.* 275. cum aliis apud *Reg. Tap. deciſ. S. C.* 1. *à nu.* 37. *cum ſeq. Ann. ſingul.* 535. *& in rubr. de vaſſall. decrep. ætat. nu.* 442. *Reg. Galeot. contr.* 38. *nu.* 35. *lib.* 1. *Piſtor. ubi ſup.* & latè *Argel. de leg. contrad. qu.* 9. *ar.* 36. & *R. Capyc. Latr. cōſul.* 77.

Idquè hodie poſt tot deciſiones, ortas in
22 S. R. C. & in Reg. Camera, videtur non eſſe amplius diſſerendum, prout leguntur illę, apud *Afflict. deciſ.* 199. *Reg. Salern. deciſ.* 14. *Reg. Revert. deciſ.* 115. *Ann. in d. rubr. de vaſſall. decrep. ætat. num.* 432. *Reg. Galeot. in fin. d. contr.* & *Reg. Latr. ubi ſup. num.*
✻ 18. Qui loquuntur de cauſa Protonobiliſſimorum, & de cauſa D. Ioannæ de Capua primogenitę, cum D. Hyppolita ſecundogenita, hærede inſtituta ab ejus fratre, quæ obtinuit immiſ-
23 ſionem ſuper feudis, virtute teſtamēti, propter renunciationem tantùm ſororis primogenitæ, cui fuerunt reſervata tantùm jura; & pro his ſororibus ſcripſerunt magiſtraliter de more *Reg. de Pont. conſ.* 20. *&* 21. *lib.* 2. *Paul Staib. ſen. conſ.* 81. *& Camill. de Medic. conſ.* 61. Immò poſt tot cauſas, & deciſiones, ſufficit pro confirmatione ejuſdem concluſionis, unicam pro multis tantùm allegare, quę paucis ab hinc annis accidit ſuper Ducatu Andriæ, prius ambabus M. C. V. Aulis, & poſtea in S. R. C. ubi
✻ etiam junctis aulis, favore Patrui hæ-
24 redis ſcripti, eſcluſa olim defuncti Ducis ſorore, iterum deciſum fuit.

A fortiori igitur idem locū habere debet in antiquorum bonorum ſucceſſione, iuxtà terminos *Conſuetud. &*
25 *ſi teſtator*; In ea enim agnati, & cognati proximiores nequeunt, ſuccedere jure hæreditario, tanquam non habentes teſtamentum, neque repręſentantes titulum hæreditarium, nec jus univerſale ſucceſſionis; dum per defunctum jam reperitur inſtitutus univerſalis hæres. Veniunt autem illi ex mera Conſuetudinis providen-
26 tia, & condictione ex novis moribus, vel nova lege, prout edocet noſter *Napod. in Conſuetud. Filiusfam. in verſ. poſſunt*, & fuſius oſtendit *Montan. controv.* 1. *num.* 69. *&* 70. poſt *Molf. Boccin. Mart.* aliosq; ubi jura allegat, & *Napodani Gloſſ.* conciliat, præſertim illam *in verb. perveniens, num.* 26. *in Conſuetud. Et ſi teſtator.*
27 Etſi dubitet *R. de Marin. cap.* 57. *lib.* 2. eius opinio nunquā practicari potuit, quia nō adhuc reperitur interpoſitū decretū pręambuli ab inteſtato agnatorum favore, nec eis conceſſa immiſſio, reſpectu hujus Conſuetudinariæ
28 medietatis; dum non eſt quota hæreditatis, aut univerſalis juris, ſed tantùm bonorum. Et propterea non parū confert agnatis inventarium, quando eſſent illi etiā hæredes teſtamentarii,
29 ut liberentur ſaltem à legatorum ſolutione, uti ratiocinatur *Præſ. de Frāchis deciſ.* 89. *num.* 7. *& deciſ.* 307. *in fin. verſ. nec prædictis obſtat*. Quinimmò agnati, & cognati per Conſuetudinem vocantur, his nimirum
30 verbis: *Reliqua medietas perveniat:* nec aliis verbis, importantibus directè Jus in ſucceſſione, & eſſet, ſi Conſuetudo dixiſſet, *ad alterā medietatē ſuccedant*, ut notat *Montan. loc. cit.*

Cum igitur veniant agnati, condictione
31 ex novis moribus, & nova lege conſuetudinaria, ad finem avocandi certam bonorum portionem, nempè, bonorum antiquorum ſemiſſem, ex tota defuncti hæreditate; ſequitur propterea, inſtitui debere judicium ordinarium, & illud compilari cum hærede teſtamentario, poſt perſonæ legi-

ſtimationem, & interpoſitionem de-
creti præambuli ejus favore, prout
ſemper ex congeſtis, fuit in contingẽ-
tiis decretum; & ità eſt ſtylus, & ju-
dicandi praxis M. C. V. quoties ſimi-
les caſus accidunt; Regulatur namq;
32 ſecundùm jura, deſuper allegata, hę-
redis ſcripti immiſſio, in quantum
apparet in promptu clarum, vel du-
bium agnatorum jus, reſpectu ipſius
medietatis; Quia ſi lucidè conſtat, hę-
33 redem nullum habere juſtitiæ colo-
lorem, aut auxilium, ità ut ex hoc re-
maneat liquidum, notoriumq; agna-
torum jus, & tali caſu, quando, ab hę-
rede petitur immiſſio, contra regulã,
*dolo facis petere, &c.* apponi benè po-
teſt in præambuli decreto clauſula il-
la, *dempta medietate*; ſecus aliter. Sem-
per enim ac hæredi competere, vide-
tur aliquod jus ſuper dicta medieta-
34 te, undè dubitari poſſit, ſi debeat lo-
cum habere *Conſuet. Et ſi teſtator*,
eſſet nimis irregulare, immò contra
juris dogmata, ac rerum judicatarũ
authoritates, uti ſcilicet hac clauſula,
*dempta medietate*; ſed tali caſu reſer-
35 vari tantùm debent agnatorum ju-
ra in petitorio, ut ceſſet d. regula: *dolo
facis*; Aliter magnum ſequeretur ab-
ſurdum, quia ultra juris reſiſtentiam,
ob tot authoritates, & deciſiones, non
parum præjudicaretur, tali ordine
non ſervato, juſtitiæ hæredis, etiam
in petitorio, cujus M. C. Vic. non eſt
Judex; quia reſpectu, hæredis idem
eſſet, ac illum excludere; dum tan-
tũ valet hęc clauſula: *dempta medie-
tate*, quàm declarare, illam hęredi nõ
ſpectare, quod eſt jus petitorii, & de-
cidi debet in S. C. ubi lis agitatur.
Nec tandem dicatur, non poſſe operari
36 teſtamentum, reſpectu hujus con-
ſuetudinariæ medietatis, cum in ea
ſit inteſtabilis defunctus, qui attenta
Conſuetudine, partim teſtatus, & in-
teſtatus decedit, ut *Gloſ.* docet *in d.
Conſuet. Et ſi teſtator in verbo diſpo-
nere, verſ. non obſtat pactum.* Quia
37 hujuſmodi obiectio involuit principii
petitionem, dum quod eſt in quæſtio-
ne, pro ratione allegatur. Super hoc
38 enim puncto diſputatur, ſi ceſſet ni-
mirum *Conſuetudo*, anvè liberas diſ-
ponendi habenas potuiſſet habere di-
ctus quond. Joſeph, quòad omnia bo-
na, etiam antiqua, de jure ipſi acqui-
ſita, tàm ex ejus ſorore, quod ſat eſ-
ſet, quàm ex amita, quatenus eſſet
neceſſe, virtute renunciationum in
ampla forma, receptis dotibus. Vndè
hæredi ſufficeret, jus coloratum, ſal-
tem habere poſſe, aut probabile, ut
ratiocinantur DD. ſuper excluſione
agnatorum à præfata medietate, ad
39 hoc ut obtinere poſſit ille immiſſio-
nem, virtute teſtamenti, ſinè clauſu-
la *dempta medietate*, ſed ſolùm *ſal-
vis agnatorum juribus*, ut hactenus
demonſtrare, apertè conati ſumus.

## CONTROVERSIA XVII.

**Per mulierum renunciationes, jurium tranſlativas, quæ fiunt in hac Civitate favo-vore, dotantium, eorumq; hęredum, de bonis pręſertim antiquis, an liberi, ex eis ſuſcepti, etſi propria venientes perſona, etiam excludantur?**

### *SVMMARIVM.*

1 *PRæcedenti ſimilis theſis refertur.*
2 *Medietas,* Cõſuetudinis *vigore, an debeatur agnatis, congnatiſque ubi adeſt renunciatio tranſlativa, teſtatoris favore peracta, à mulieribus, per ipſum antea dotatis.*
3 *Renunciatio fit dotantibus, ut poſſint illi liberè diſponere, etiã de bonis ãtiquis, ex iure municipali, n. 4.*
5 *In renũciatione, facta hæredibus quibuſcũq; cõprębedũtur, et extranei.*
6 *Clauſulæ, in renunciationibus appoſitæ,* omni caſu, tempore, qualibet via, ſemper, & in perpetuum,

effi-

*efficiunt, ut nullo modo poſſint venire renunciantes; nec ex propria perſona filii, niſi ſint læſi.*

7 *Renunciatio facultatē, liberè diſponēdi, tribuit dotanti, eiusq; liberis.*

8 *Renunciatio fit per dotatas, ut renūciatarii poſſint, liberè diſponere; & ut, decedentibus ab inteſtato, fæminæ à maſculis excludantur, nu.* 9.

10 *Filiæ, nec ſorori, obſtat renunciatio, ſi pater, aut frater abſque liberis, ab inteſtato decedat; Sed tantùm condito ab eis teſtamento num.* 11.

12 *Hæres renunciatarii ſuccedit eius loco ad excludēdos agnatos, cognatosq; à ſucceſſionibus renunciatis.*

13 *Heres filii, qui ſucceſſit patri, excluſa ſorore, ob renunciationem, ſi ſit remotior agnatus, an habeat eandem facultatem, liberè diſponendi, de bonis* Conſuetud. *ſubiectis?*

14 *Concluditur, dari etiam d. hæredi hæredis hanc facultatem, & n.* 15.

## ARGUMENTUM.

Renunciationes, quæ fieri ſolent per filias, aut ſorores dotatas, patris, & fratrum, eorumque hæredum beneficio, an tamquam iurium translativæ, dēt ità renunciatariis liberas habenas, diſponendi de bonis, etiam *Conſuetudini* ſubiectis, extraneorū favore? ut nec filii ad renunciata ex propria venire perſona poſſint? Cæteraque etiā de variis clauſulis, ſepè in illis apponi de ſtylo conſuetis, perbellè diſcutiuntur.

NOnnulla breviter ex facti ſerie præmiſimus Jura, pro interpoſitione decreti præambuli in beneficium Sacrę Domus A.G.P. ſuper integra Hæredi-
1 tate quond. Joſeph Barracano, ſervata forma ſuæ teſtamentariæ diſpoſitionis; haud quidem obſtantibus petitionibus filiorum q. Helenę eius ſororis, & V.I.D.Io:Baptiſtę de Amore, aliorūq; remotioris gradus agnatorū, quoad antiquorum bonorum medietatem, quæ vigore noſtrarum municipalium ſanctionum, eis procul dubio ſpectare deberet; niſi (ob perſo-
2 nalem, & translativam renunciationem, in ampliſſima forma, aquiliana ſtipulatione, ac pacto de non petendo factam, præſertim reſpectu huius cōſuetudinariæ ſucceſſionis, per dictam Helenam, favore patris dotantis, eiusque hæredum, & ſucceſſorum quorumlibet, tempore contractus matrimonii, cum ſpeciali pariter obligatione d. Io:Baptiſtę ſui viri, reficiendi de proprio, ſi ipſa Helena, vel eius filij quandocumque, ex propria eorum perſona venire voluiſſent, adverſus præfatam renunciationem, pro conſequutione antiquorum medietatis, de iure municipali, ſuper bonis dicti olim Pręs. Hyacinthi, eiusque heredum) inanes utiquè, & inſubſiſtentes eorūdem prætenſiones prorſus non ruerent, prout antea patefecimus, & evidenter cernitur ex renunciatione in
3 actis præſentata, quæ liberam tribuit facultatem dicto quon. Joſeph, diſponendi de omnibus bonis, eidem obventis à preſato Præſ. Hyacintho, eius patre, excluſis cunctis proximioribus à conſuetudinaria bonorum medietate, ſtante hac perſonali, & translativa renunciatione, ejus favore peracta: ut pluribus oſtendit juribus *Conſil. de Anna conſil.* 45. *à nu.* 34. *cum ſeqq.* quem cum aliis ſectantur *Caput. ad Conſuetud. ſi moriatur par.* 3. § 7. *à num.* 6. & *Reg. de Marin. lib.* 2. *eius reſol. cap.* 191. *à num.* 7. quos ſanè pro multis allegare, ſufficit.

Modò, cum agatur de derimenda per
4 Dom. Adjunctos paritate, quæ duabus in M. C. V. Aulis accidit, ſuper dicta interpoſitione decreti præambuli, pridie idus Iulii 1681. Non inconſultò videtur, fuſiùs reſpondendum, pro confirmatione expoſiti in com-

Digitized by Google

comparitione præfatæ Sacræ Domus, quampluribus aliis, ni fallimur, partis adverſæ vanis oppoſitionibus.

Quoniam, ſi pro indubitato habetur, dictam Helenam expreſsè renunciaviſſe Iuri Conſuetudinario, & in eadem renunciatione contemplari pariter hæredes extraneos, per verbum:
5 *Qualſivogliano*, poſt filios, & deſcendentes maſculos renunciatarii; quorũ favore intelligitur ſemper acquiſita renunciatio, ex traditis latiſſimè, poſt nonnullos DD. per *Reg. Capyc. Latr. conſult.* 76. *num.* 53. Immò clarè nimis conſtat, fuiſſe itẽ promiſſũ, non ſolùm à prædictaHelena matre, ſed principaliter etiam à patre, qui intervenit in eodem renunciationis actu, filios nimirum non poſſe, ullo modo venire ex propria perſona, nec ad aliquid ſuccedere, dummodò
6 non ſint læſi in legitima, ſed ſemper remanere excluſos, his nempè verbis: *In neſſuno futuro tempo, ſempre, & in perpetuum, quandocumq; e per qualſivoglia via, e modo*: cũ ſimilibus.

Videndum tantùm, idcircò remanet, quid operetur hujuſmodi renunciatio; Quæ, vulgatis nimis juribus, ac JuriſConſultorum ſententiis, haud operatur, niſi facultatem liberè diſponendi, reſpectu patris dotantis, & filiorum, quibus principaliter eſt acqui-
7 ſita, etiam quòad bona antiqua, & Conſuetudinibus ſubiecta. Dum duplici ex ratione, nec alio fine fit per filias, & ſorores renunciatio, recepta dote de paragio, nempè patris, fra-
8 trumquè favore: altera quidem, ut in caſu, quo morerentur renunciatarii ab inteſtato cum filiis maſculis, fœminæ, ob renunciationem, excludantur: altera verò, ut in caſu obitus illorum, abſque filiis non ab inteſtato,
9 ſed cum teſtamento, poſſint liberè de cunctis bonis diſponere, in beneficium cujuslibet, etiam extraneorum, nec noſtris ligentur Cõſuetudinibus. Ità concludunt communiter DD. tàm exteri, quàm Regnicolæ, ex quibus hæc pertractatur renunciationis materia, prout legitur apud *Molfeſ. ad Conſuetud. tit. de renunciat. quæſt.* 13. *per tot. Capyc. deciſ.* 190. ubi ſic deciſum refert, & *in deciſ.* 176. *num.* 8. *Ant. de Alex. ad Conſuetud. ſi moriatur, num.* 21. *in apoſt. incip. ad concluſionem, Io: Angel. Piſanell. ad eandem Conſuetudin. in apoſtill. incip. Nota quæſtionem*, ubi ſic deciſum tradit. *Preſ. de Franch. ad dict. Conſuetud. num.* 39. *in apoſtill. incip. vide Decium, verſ. dico tamen. Marin. Frecc. ad Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua nu.* 195. *in apoſt. incip. ad conſuetudinem, num.* 13. *Lel. Caput. ad dict. Conſuct. ſi moriatur par.* 3. §. 6. *num.* 2. & 3. & §. 7. *num.* 6. ubi melius ſe explicat. *Marant. diſp.* 10. *poſt prax. num.* 14. *in fin. Reg. de Marin. lib.* 2. *reſol. cap.* 189. *nu.* 12. ubi nonnullos DD. congerit, hoc idem fundans in famigerata ſucceſſione quon. Principis Venafri, prout etiam teſtantur *Conſil. de Roſa in eius opere poſtu. conſult.* 4. *num.* 17. & 18. *Horat. Montan. contr.* 9. *num.* 4. *R. de Pont. conſ.* 40. *num.* 7. *lib.* 1. *R. Capyc. Latr. conſul.* 77. *num* 43. *Carol. Ant. Bottill. de ſucceſſ. ab inteſtat. theor.* 49. *num.* 7. & 10. *Puteus in ſuo celebri conſ. unico, poſt Conſil. Sforz. Odd. num.* 6. & 7. & cum *Bald. conſ.* 437. *lib.* 1. concludit latè *Hart. Piſtor. qu. jur.* 6. *num.* 61. poſt *Guid. Pap. deciſ.* 192. & *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 15. *num.* 25. Qui unanimiter omnes
10 affirmant, tunc non obſtare renunciationem filiæ, aut ſororis dotatæ, & per conſequens, nec etiam filiis, quoties Pater, aut frater renunciatarius moritur abſque liberis, ab inteſtato; Non verò quãdo condunt teſtamentum, vel decedunt illi cũ filiis maſculis qui etiam diſponant poſtea favore extraneorum; quia tunc benè operãtur renunciationes, quòad facultatẽ eis traditam, liberè diſponendi, etiam de bonis Cõſuetudinibus ſubiectis, ut legitur deciſum apud *Capyc. in d. dec.* 190. quam

Digitized by Google

190. quam omnes laudant, ut videri poteſt apud *Ant. de Alex. Io: Ang. Piſanell. Preſid. de Franch. Frecc. in dictis Apoſt. ad Conſuetud. ubi ſupra Montan. Molfeſ.* Aliosque deſuper allegatos, qui *d. Capyc. dec.* ſequuti sũt.
Ratio eſt, nã perſona heredis renũciatarii,
11 aut filiorum, quibus ſemper, ut diximus, acquiſita intelligitur renunciatio, non ſolùm videtur contemplata in eadem renunciatione, ſed etiam uti renũciatarii heres, ejus loco ſuccedit, idemque jus, & perſonam repreſentat, prout edocent *Molfeſ. ubi ſupra quæſt.* 13. *nu.* 3. *& Caput. in d. par.* 3. §. 6. *num.* 2. *in fin.* per hęc verba: *Eſt naturalis ratio, ſi enim transferuntur realiter iura renunciata in ipſos*
12 *patrem, & fratrem, vel alios, de quorum hæreditate agitur, iſti repræſentant ipſam perſonam, & ideò debet excludi ipſa renuncians, ita Laur. de Pin. conſ.* 69. *num.* 11. *&* 12. *nec contra teſtamentum poteſt vocari, quia eſt extranea effecta, per renunciationem*, ibique allegat *Gome. & Cancer.*
Dubitatũ fuit ſolùm in hærede hæredis
13 teſtamentarij ipſius filii, ſi nimirum ille etiam liberè diſponere poſſit, nec ſubiici debeat Conſuetudini; ſcilicet quando filius poſtquam ſucceſſit patri renunciatario, utens facultate liberè diſponendi, per renunciationem ſororis ei quæſita, excluſit ipſam ſororem renunciantem, etiam à ſucceſſione portionis Conſuetudinarię in bonis antiquis, inſtituto poſtea hærede agnato remotiori, qui non poterat ſuccedere in dictis bonis antiquis, an hic, filii hæres habeat pariter eandem facultatem, liberè diſponendi, vel ſubiiciatur Conſuetudini? in quibus terminis loquitur alia deciſio *Capyc.* 191. & ratiocinantur *Mont. in d. contr.* 9. *per tot. R. de Mar. lib.* 2. *cap.* 191. & latè *Bottilier. ubi ſup. theor.* 56. poſt *Capu. d.* §. 6. *p.* 3. *n.* 5. *&* §. 7. *n.* 6.
Sed apud eoſdem, & alios DD. deſuper allegatos, extra controverſiam rema-
14 net, quòd tàm pater renunciatarius, quoties decedit abſque filiis, quàm eius filii, ſi adſint, poſſint poſt paternam ſucceſsionem, liberè diſponere in beneficium etiam extraneorum, uti omninò ſoluti à Cõſuetudinum vinculis. Quod ex alio oriri nequit, niſi ex facultate, eis per renunciationes quæſita, liberè diſponendi, excludendo ipſas renunciantes, etiam à bonorum antiquorum medietate, virtute ejuſdem facultatis; quę acquiritur patri renunciatario, & eius filiis, remanetque ſemper in eorum hęreditate; prout juxtà theoricam *Baldi in l. fin. col.* 3. *verſ. ſed hic incidenter, C. de pact.* optimè concludit *Præſ. de Franch. in dict. Conſuet. ſi moriatur in apoſt. incip. vide Dec. verſ. dico tamen*, & comprobat *P. Molfeſ. ad conſuet. d. tit. de renunc. qu.* 13. *n.* 4. *&* 5.
His igitur poſitis, ceſſant omninò Adverſariorum oppoſitiones, & pręſer-
15 tim illa, in qua videtur, adeſſe totale fundamentum dictorum filiorum q. Helenę, videlicet, quòd eis non obſtat matris renunciatio, cum non ſit factus caſus ſucceſsionis delatę, vivente matre, prout intelligi debet renunciatio ob cõditionem, *ſi hereditas renuncianti deferatur*, ſed agatur de ſucceſsione, proprio jure delata, poſt matris obitum; quia locum habere nõ poteſt, duabus claris rationibus, quibus, difficultatis infrà ſolvatur nodus.

## CONTROVERSIA XVIII.

**Matris renunciatio an intelligi debeat ſub illa tacita conditione, nempè ſi hæreditas ipſi renuncianti deferatur, non verò filiis, ex propria perſona venientibus?**

*SVMMARIVM.*

1 Conditionis, ſi hereditas renuncianti deferatur, intellectus.

2 *Et quid dicendũ, ſi de inteſtata, vel teſtata agatur ſucceſſione, jure patrio attento in antiquis?* 3 *Fi-*

Digitized by Google

3 *Filii ſi matris renunciantis ſint heredes, ſufficit, ad hoc, ut non poſſint renũciatarii teſtamẽtũ impugnare*

4 *Quando verò ipſa mater non fuit læſa in dote de paragio, & legitima eius portione; nam ſecus aliter.*

5 *Ad defuncti factum tenetur hæres.*

6 *Quamvis velit admitti ex propria, & non ex defuncti perſona.*

7 *Hæres non tenetur ſervare promiſſa, quæ nec etiã teneretur defũctus.*

8 *Renunciatio, in inteſtata ſucceſſione, alicui delata proprio iure, non habet effectum, per conditionẽ illã,* ſi hereditas renuncianti deferatur.

9 *Quid ſi adſit renũciatarii diſpoſitio?*

10 *Teſtamentum renunciatarii, operatur effectum, etiã in heredibus, ad quos tranſit jus renunciatum.*

11 *Pactum, de hæreditate non petenda, eſt quędam donatio, facta favore renunciatarii, & hæredum.*

12 *Filiorum renunciantis, etiam à bonis antiquis excluſio, pendet ex eo, quia defuncti hęres teſtamentarius ſit eorundem poſſeſſor, uti cauſam habens ab ipſa renunciante.*

13 *Ius renunciatum dicitur eſſe in hæreditate teſtatoris renunciatarii.*

14 *Filii renũciantis hæredes excludũtur eo modo, quo ipſa eſſet excluſa.*

15 *Hæres utitur jure defuncti.*

17 *Antiquorum medietas,* ex Conſuet. *debita, non defertur jure univerſali, cum ſit quota bonorum.*

18 *Ius adeũdi medietatẽ* Conſuetudinis *eſt perſonale, nec poteſt tranſmitti.*

19 *Renunciatarii heres non indiget, ut hæc medietas ſit prius adita à renunciante, & poſtea ad eum tranſmiſſa, ut excludat agnatos.*

20 *Sed potius liberatur, virtute ipſius renunciationis, ab ipſis agnatis.*

## ARGVMENTVM.

Conditio illa, quæ per DD. in renunciationibus conſideratur; *Si hæreditas renuncianti deferatur*, quomodo intelligi debeat, videlicet in ſucceſſione teſtata, vel tantum ab inteſtato: Et quando operetur favore agnatorum, venientium contra renunciatarii teſtamẽtum, ad conſuetudinariam medietatem, eis debitam jure particulari, nempè ex quota bonorum, non verò ſucceſſionis univerſalis, clarè expeditur, aliaq; ad propoſitũ recẽſetur.

1 PRior præcipua ex promiſſis contra Adverſariorum dicta exponitur ratio, in excluſionem filiorum qu. Helenæ Barracano à Cõſuetudinaria bonorum medietate, ob matris renunciationem, quę nõ intelligi debet (ut perperam aſſerunt) niſi illa ſanè cõditione intercedẽte, videlicet; *Si hæreditas renuncianti deferatur*, non verò ſi eis ex propria perſona, mortua matre, eſſet delata, ut in præſentiarum; quia non agitur modò de ſucceſſione inteſtata, in qua ut plurimum DD. hunc pertractant

2 articulum; Sed de teſtamentaria diſpoſitione illius, qui virtute renunciationis dictæ quond. Helenæ poterat liberè diſponere, & tàm ipſam à bonis antiquis excludere, quàm eius legitimos ſucceſſores, dùm hoc operatur

3 renunciatio, ut ſupra diximus. Sufficit namq;, filios eſſe matris hæredes, ad hoc ut minimè impugnare poſſint illi defuncti renunciatarii teſtamentum, & teneantur habere ratam hanc facultatem, liberè diſponendi, acquiſitam per renunciationem dictæ He-

4 lenę, quæ fuit congruè, ac de paragio dotata, nec læſa reperitur in legitima, ex regula *l. cum* [illegible] *vindic.* (quamvis in eadem [illegible] tione deficeret illa ſpecialis [illegible] ut filii non poſſint ſcil. v[illegible] ex

5 propria perſona ſuccede[illegible] ni- mis ſit in jure clarum, hæredem teneri, ratum habere factum defuncti, etſi

6 eſſi velit, admitti ex propria, nec ex
defuncti perſona, ut cautum legitur
in *l. filiusfam. §. cum pater, ff. de leg.*
*1.* tunc enim non tenetur ad promiſ-
ſa ſervanda hæres, quoties neq; etiã
teneretur ad illa defunctus, ſi vive-
7 ret, ut inquit *Juriſconſult. in l. Lu-
cius Titius, ff. ſol. matrim.* & poſt
DD. latè probat *Bottilier. d. theor.
46. num. 7. cum ſeq.* ubi ad trutinã
ponens *deciſ. 67. Præſ. de Franch.* ex-
ponit verum, ac germanũ illius de-
ciſionis ſenſum; ut non conſiſtat ſcil.
quia filii, et ſi ſint matris heredes, non
teneantur habere ratam maternam
renunciationem, quoties venire vo-
lunt, ex propria eorum perſona, ad
ſucceſſiones, ipſis delatas, cum ſit
prorſus erronea propoſitio, præmiſſis
juribus *in §. Pater, & d. l. Lucius*;
Sed quia non adeſt tali caſu amplius
8 renunciatio, quæ operari poſſit effe-
ctum, cum ſit reſoluta ex defectu il-
lius conditionis (*ſi hæreditas matri
deferatur*) & quia *d. deciſ. de Franc.*
loquitur in terminis inteſtatæ ſuc-
ceſſionis, prout omnes ratiocinantur
DD. idque nos alibi ſæpè annuimus.
Et quòd veriſſima ſit ità hæc aſſertio, ut
quoties nempè adeſt renunciatarii
9 teſtamentum, non poſſit impugnari
ratione prætenſę medietatis Conſue-
tudinariæ à filiis, matris renuncian-
tis hæredibus, quamvis venirent ex
propria perſona, poſt mortem ipſius
matris, ut in caſu noſtro, edocet idem
*Pręſ. de Franch. in d. apoſt. in Con-
ſuetud. ſi moriatur, incip. vide Deci-
um, verſ. dico tamen*, & eum ſecta-
tur *Molſeſ. ad cand. Conſuet. d quaſt.
13. num. 4. & 5.* Ratiocinatur enim
*Præſ. de Franch.* de hac theſi, exci-
tata *per Napodan. in ejus Gloſ. ſuper d.*
10 *Cõſuet. ſi moriatur verſ. ex hoc igitur
num 39.* in terminis generalibus, ex
quibus tranſit *Præſ. de Franch.* cum
d. *ejus apoſtil.* ad particulares, nempè
quando ille, cujus favore renuncia-
vit filia pro ſe, & hæredibus, condi-
dit teſtamentum, & extraneum hæ-
redem inſtituit; ibique diſpunctis ad-
verſantium objectionibus, ſic conclu-
dit. *Dico tamen, quod hoc caſu teſta-
mentum operatur, & deciſio ſupra
allegata Pauli, & aliorum non ob-
ſtat, nec allegari poteſt, ex quo quan-
do ſit renunciatio per matrem dotan-
ti, recipitur dicta donatio per dotan-
tem pro ſe, & hæredibus ſuis, qui hæ-
des, ſunt hæredes inſtituti in teſta-
mento, in quos tranſit hoc jus renun-
ciatum, quod reperiunt in hæredita-
te.* Et poſtea utens doctrina *Baldi in
l. fin. verſ. ſed hic incidenter quæro,
ff. de pact.* ità ſubdit: *Et quòd hoc pa-*
11 *ctum, de hæreditate non petenda, eſt
quædam donatio, tacita à matre ne-
potis facta, ſeu collata in hæredem
univerſalem, undè nepos excluditur,
perinde ac ſi mater poſſideret, quia il-
le, qui poſſidet habet cauſam à matre;
ſicut ergò mater in ſucceſſione præce-
deret filium, ſic & iſte poſſeſſor, cau-
ſam habens à matre, excludit filium,
qui poſſeſſor, condito teſtamento, erit
hæres teſtamentarius.*
Ratio igitur vera excluſionis filiorum,
12 quando adeſt teſtamentum, ſecun-
dùm *Præſ. de Franch.* eſt, quia hæ-
res teſtamentarius fit ſtatim poſſeſſor
bonorum antiquorum, & habetur, ac
ſi cauſam habuiſſet à matre renun-
ciante, virtute juris renunciati, am-
plius non ſuccedendi, quod ab ipſo
renunciatario tranſit ad eius hæredẽ
teſtamentarium, & proindè nequeũt
filii renunciantis, nec etiam propria
perſona, quando ſunt matris hære-
des, venire adverſus pręfatam renũ-
ciationem, ex iuribus ſupra allegatis.
Idem fuſius confirmat *P. Molfeſ. loc.*
13 *cit.* & hæc ſunt eius verba: *Confirma-
ri poteſt etiam alia ratione, dum enim
teſtamentum conditum fuit, jus re-
nunciatum dicitur eſſe in hæredita-
te Teſtatoris, qui per teſtamentum
tranſmiſit ad hæredes inſtitutos il-
lud jus renunciatum, quod erat in
eius hæreditate, & habuit ex libe-
ralitate renunciantis, quæ ſi viveret,*

*eius filios excluderet, & eodem mo-*
14 *do excluduntur filii ipſius renunciantis, tum ab eo, qui renunciationē in eius beneficium habebat, quàm etiā ab illius hæredibus, qui eodem modo iure renunciato utuntur*: ibique allegat *d. Apoſtillam Præſ. de Franch.* quæ licet diſpliceat *Caputo in d. par.*
15 *3. §. 5. num. 5.* eamque impugnet; nihilominus eius opinio ſuſtineri, an poſſit feliciter, anvè potiùs ſit deferendum authoritati *Præſ. de Franch.* *& Molf.* quàm *Lelii Caputo*, in decidendo præſertim, iudicium ſit penès Candidos Iuris Æſtimatores.

Poſſet etiam addi, pro confirmatione expoſiti, & ad totale huius propoſi-
16 tionis fundamētum, alia ſ.ratio, quòd renunciatio, in quantum attinet ad hanc medietatem antiquorum, non poſſit reſolvi per præmorientiam matris, quia facta nequit intelligi, nec regulari ab illa conditione; *Si hæreditas* videlicet *renuncianti deferatur*;
17 dum non eſt quidem hæreditas, nec quota hęreditatis, quę poſſit deferri iure ſucceſsionis univerſalis, ſed eſt ſimplex quota bonorum certę conditionis, ut antea cum *Montan.* cęteriſque demonſtravimus. Immò nō poteſt in agnato, vocato à Conſuetudine, conſiderari quoad hanc medietatem ius adeundi, quod tanquam perſonaliſsimū, nequit penitus tranſmitti ad alios, ut poſt iura, & DD.
18 firmant idem *Montan. d. contr. 10. ſub nu. 8. & P. Cęſar Afflict.* latè *contr. 17. num. 18.* Et ideò renunciatarii hęres non indiget, ut hęc medietas, ſit prius adita à renunciante, & poſtea
19 ad ipſum tranſmiſſa, ut excludat ab illa agnatos, & cognatos, ſed potiùs dicitur liberatus ab ipſis, virtute re-
20 nunciationis, & poteſt, ſe tueri ope exceptionis contra eos, juxtà doctrinam *Bartoli in dict. l. fin. C. de pact.* quam perbellè ponderat, more ſolito, *Montan. loc. cit. num. 9.* Et hactenus quoad primam partem, circà Adverſariorum expoſita ſint ſatis dicta.

## CONTROVERSIA XIX.

Clauſulę, in renunciationibus appoſitę; ſcilicet, *omni futuro tēpore, & eventu, ſemper, & in perpetuum*, an amplectantur omne tempus, & quālibet viam ſuccedendi, etiam illorum, qui veniunt, non uti hęredes, ſed ex propria perſona?

### *SVMMARIVM.*

1 *Verba in renunciationis contractu apponi ſolita*, omni futuro tempore, ſemper, in perpetuum, *cū ſimilibus, quid operētur?*
2 *Et an amplectantur omne tempus?*
3 *Succeſſione delata filiis poſt mortem matris renunciantis, dote recepta, an poſſint ad illam venire ex propria perſona? Referuntur opiniones, & verior ſententia, num. 4.*
5 *Cautio, quæ eſt in praxi in qualibet renunciatione, nè filii renunciantis poſſint venire jure proprio.*
6 *Obſervantia promiſſionis mulieris dotatæ, eiuſque viri, nè filii poſſint proprio iure ſuccedere ad bona renunciata, habet locum, ſi illi ſint patris, ac matris hæredes, & vires hæreditariæ ſufficiāt; nec aliter 7.*
8 *Cautio ad excludendos liberos, ex propria perſona venientes, num ſimplici promiſſione ſufficiat: vel verbis apertè declarantibus caſus ſucceſſionis delatæ, præmortua eorum matre renunciante.*
9 *Renunciationes interpretari debēt, quo minus lædant, & num. 10.*
11 *Caſus conſiderantur, quibus filii poſſunt venire ex propria perſona ad ſucceſſiones, per matrem renunciatas, ipſa adhuc vivente.*
12 *Mater renūcians, quę in medio exiſtit, ſicut, & ipſa, ità & eius filii excluduntur, & num. 13.*

14 Re-

Digitized by Google

14 *Renunciatio, quando abdicativum, aut extinctivum operetur effectũ, reſpectu perſonæ in ea contemplatę.*

16 *Mors civilis eſt prorſus profeſſio in Monaſterio præſertim ſucceſſionis incapaci; ſicut & deportatio n. 17.*

18 *Formula promiſſionis, ut filii excludantur à renunciatis,* etiam præmortua matre, *an ſit ad hoc ſimpliciter neceſſaria, in mulierũ renunciationibus?*

19 *Pactum eſt inutile, ſi nihil operetur.*

20 *Clauſulæ* omni futuro tempore, ſẽper, quandocumq; & in perpetuũ, *omne tempus includunt, & n. 21.*

22 *Verba univerſalia æquipollent particulari verborum expreſſioni, cũ eundem producant effectum, ac ſi in ſpecie exprimerẽt caſum, ſub eorũ univerſitate cõpræhenſũ, n. 24.*

25 *Promiſſio viri de proprio, ſolita fieri in renunciatione uxoris, favore dotantis, & hæredibus, an reſtringatur ad tempus matrimonii?*

26 *Hæres defuncti viri non tenetur ad pacta, conſtante matrimonio ſervãda, ob inobſervantiam uxoris, quæ tranſivit ad ſecundas nuptias.*

27 *Vir ſe obligans de proprio in uxoris renunciatione, eſt tanquam fidejuſſor in caſu inobſervantię.*

28 *Et quòad filios, nè veniant ex propria perſona, eſt tanquam principalis promiſſor ipſe pater.*

29 *Hęredes extranei, quando in renũciatione nõ videntur contemplati, benè à bonis antiquis excludi poſſunt ab agnatis, & deſcendentibus renunciantis, contra teſtamentum renunciatarii; ſecus aliter.*

30 *Prior acquirens bona, poteſt in illis legem, quam vult imponere.*

31 *Filii nequeant eſſe in judicio, niſi mediante patris perſona.*

32 *Actio quem de evictione tenet, eundem agendi repellit exceptio.*

## ARGUMENTUM.

Promiſſio reficiendi de proprio, facta tã ab uxore renunciante, quàm ab ipſius viro, quando filii naſcituri venirent ex propria perſona ad ſucceſſiones renunciatas, per clauſulas: *Semper, in perpetuum, quandocumq; omni tempore, quolibet caſu, modo, & via*, cum ſimilibus, an omne tempus includat, omneſq; ſucceſſiones, quæ deferri deberent ipſis filiis, matre renunciante vivente, aut præmortua, precipuè, ſi ſint illi parentum hæredes? diffusè, ac perbellè diſcutitur.

1 SEquitur ſecunda, oppoſita dictis per noſtros Æmulos, item ratio, quæ pro totali reſponſione, adverſus eos adducitur, videlicet; quia ex præmiſſa facti ſerie, legitur in renunciatione ſæpè enunciatæ Helenæ, ſpecialis, de qua agitur, promiſſio excluſionis filiorum ipſius, quoties illi venire voluiſſent, ac proprio jure ſuccedere, per verba illa: *Semper, in perpetuum, omni futuro tempore, quandocumq; qualibet via, & modo*, quæ
2 amplectuntur omne tempus, & claudunt prorſus aditum ſuccedendi ex propria perſona; nec referri debent ad alium caſum, juxtà eorum vim & veram contrahentium mentem, niſi ad ſucceſſionem eis deferendam, præmortua matre; & propterea dubitari nequit, filios, & matris hæredes teneri omnes, ſervare promiſſa in tali renunciatione, & per conſequens, non poſſe ullo modo defuncti teſtamentum impugnare.

Vt oſtendatur enim, hoc eſſe clarũ per-
3 pendi debet, fuiſſe antiquitus magnũ inter DD. certamen ſuper huiuſmodi articulo: ſi delata nimirum ſucceſſione filiis, uti hæredibus matris, quæ renunciaverat, recepta dote, pro ſe & hæredibus ſimpliciter, poſſent venire illi ex propria perſona? Et nonnulli magni nominis, ſcil. *Roman. in*

*l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæred.*
4 *Philip. Franc. in cap. quamvis de pact. in 6. Rub. Alex. conſ.* 42. *Bellon. conſ.* 15. *Dec. conſ.* 181. & ſignanter *Napod ad d. Conſuetud. ſi moriatur, verſ. ex hoc igitur num* 39. Suſtinuere opinionem contra filios, ut videri poteſt apud *de Franch. deciſ.* 67. *Marant. diſput.* 10. *Molfeſ. de renunc. quæſt.* 5. *Caput. par.* 3. §. 5. *Theſ. qu.* 80. *Morot. conſ.* 21. *Cancer. var. reſol. par.* 3. *cap.* 15. *à nu.* 45. *Bottilier. theor.* 46. à quo ex utraq; parte recenſentur DD. At quia prævaluit ſemper opinio favore filiorum, ex *Præſ. de Franch. deciſ.* 67. cum aliis relatis à *Reg. Rovit conſ.* 25. *num.* 26. *lib.* 1. ad tollendum omne dubium, fuit ad-
5 inventa cautio illa, quæ hodie eſt in praxi, ex traditis per *Reg. de Ponte in lect. feud.* 9. *num.* 9. & præ cæteris à *Minad. in conſtit. in aliquibus* 3. *notab. num.* 12. ut nempè in mulieris renunciatione, deducto ſpecialiter jure proprio filiorum ſuccedendi, promittatur eorum excluſio, cum viri etiam promiſſione, reficiendi de proprio, caſu quo filii contravenirent, itá
6 ut teneantur (quoties ſint matris, ac patris hæredes, & vires hæreditatis ſufficiant) hujuſmodi ſervare pactũ, & remaneant ex hoc capite excluſi, ut teſtatur *Molfeſ. d. quæſt.* 5. *num.* 15. & conſtat ex *Ant. Fab. in tit. C. de pact. definit.* 1. cum aliis latiſſimè relatis à *Conſil. Prat. diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 29. quicquid contrarium videatur ſentire *Harm. Piſtor. lib.* 4. *quæſt.* 7. *n.* 14. cõmuniter improbatur.
Ambigitur tamen, ſi hujuſmodi cautio
7 ſufficiat, ex ſpeciali nimirum promiſſione excluſionis filiorum, ex propria perſona venientium: vel opus ſit, ut talis promiſſio cõcipiatur verbis, apertè declarantibus caſum, quo illi ad ſucceſſionem, per matrem renunciatam, ipſa præmortua; proprio jure venire velint, juxtà decantatam cautelam *Maran. d. diſput.* 10. approbatã à *Fabr. ubi ſup. defin.* 14. & noviſſimè cum cæteris à *Reg. de Marin. cap.* 192. *nu.* 16. (licet ſemper intelligi de-
8 beat hæc promiſſio, reficiendi de proprio, ſi filii venirent, & parentum bona hæreditaria poſſiderẽt, nec aliter.)
Et ratio dubitandi ſola fuit, quia renũ-
9 ciationes, cum interpretari debeant, quàm ſtrictiùs, ſit poſſibile, ut minus noceãt, ex traditis poſt alios per *Molfeſ. quæſt.* 1. *num.* 38 videbatur, ſimplicem promiſſionem, excluſionis filiorum ex propria perſona, potuiſſe intelligi, quando nempè ſucceſſio eſſet delata matri, & ipſa vivente, filii ſuccedere voluiſſent ex propria perſona, ſuppoſito, quòd dari potuiſſent caſus ſucceſſionum, in quibus, nõ obſtante matris renunciatione, filii ſuccederent proprio jure, vivente adhuc
10 matre. Qui caſus ab Adverſariis in allegatione pro filiis dictę quond. Helenæ, cum *Conſ. Altimar. in obſerv. ad conſ.* 23. *Reg. Rovit. num.* 27. *lib.* 1. Conſiderantur, hoc videlicet modo, quoties mater non potuiſſet ſuccedere per deportationem, vel profeſſionem, emiſſam in Monaſterio incapaci; vel potius, quando filii cõcurrere voluiſſent, unà ſimul cum cæteris agnatis defuncti, in æquali tamen gradu,
11 abſquè repræſentatione materni gradus, quo caſu, ait *Reg. de Marin. ad Reg. Revert. deciſ.* 40. *num.* 4. poſſe illos concurrere, non obſtante matris exiſtentia in medio, nec ejus renunciatione, quæ ipſis minimè officeret.
Nihilominus, ſi ſigillatim perpendantur
12 præfati tres caſus, ceſſat prorſus hęc dubitandi ratio, cum non ſit vera; quia regulariter, cum in medio mater exiſtat, quæ liberis gradu antecellit, ſucceſſio eis minimè defertur, ſed matri; ideoq; non habent de jure aditum, ſuccedendi ex propria perſona, ut optimè notat *Reg. Capyc. Latr. Conſult.* 79. *n.* 71. ex *Merlin. de legit. lib.* 1. *tit.* 2 *quæſt.* 11. *num.* 1. *Piſtor. lib.* 5. *quæſt.* 7. *Ant. Fab. in C. d. tit. de pact. defin.* 15. Sed neceſſariò ſuccedere debet eorum mater, & pro ea renunciatarius.

Idq;

Digitized by Google

Idq; procul dubio procedit, quoties in
13 renunciatione adeſt perſona, expreſsè contemplata, quia filii excluduntur per matris exiſtentiam in medio, & mater ipſa remanet excluſa per renunciationem à perſona, in ea contēplata, ut benè concludit *Craſſ. commen. ſentent.* §. *legitima*, *quæſt.* 4. *nu.* 3. *Gallerat. de renunc. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 28. *verſ. declara*, *Papon. lib.* 4. *tit.* 4. *arrèſt.* 17. *Ant. Fabr. ubi ſup.*
14 *num.* 73. Et hoc caſu, ſi perſona, in renunciatione contemplata, ſuccedere poteſt jure proprio, ſublata de medio renunciāte, in ſui beneficium renunciatio operabitur effectum abdicativum; ſed quoties nequit ſuccedere proprio jure, vel quia ſit perſona penitus extranea, vel quia concurrāt cum ea alii ejuſdem gradus, his etiā caſibus, nunquam fuit dubitatum, renūciatariū, qui ſuccedere nequit jure proprio, non poſſe admitti ex illa perſona, quæ renunciavit, quævè proximior reperitur, cum renunciatio ejus favore ſanè debeat operari effectum translativum, uti optimè oſtendit *Montan. d. controv.* 10. *num.* 11. & 30. aliter renunciatio eſſet inutilis, ac nimis quidem fruſtratoria.

Quomodo igitur præmiſſis caſibus, venire poſſint filii ex propria perſona,
15 vivente adhuc matre, neſcimus; quia quod attinet ad duos primos, nempè quòad matris deportationē, aut profeſſionem in Monaſterio bonorum incapaci, quamvis ſint caſus, qui rarò accidunt, & contrahentium mens, magis quàm lex intelligi debeat, quò ad illos caſus, qui frequenter eveniūt, nec de raris, & inopinatis: Attamen, quem latet, ex deportatione, ac pro-
16 feſſione in Monaſterio, præſertim incapaci, induci, mortem civilem, quæ æquipollet naturali, in quantum attinet ad ſucceſſionē, undè filii videtur, iam ſucceſſiſſe in locum matris, quæ habetur, ex lege, tanquam ſi naturaliter fuiſſet mortua, *l.* §. *quidam*, *ff. de contr. l.* 1. § *ſuos*, *ff. de ſuis*, & *legit. hæred.* & ità dici nequit, ut veniāt vivente, ſed potius mortua matre.

In quantum verò attinet ad alterum
17 denique caſum, relatum à *Reg. de Marin.* item dicitur non poſſe illum in praxi verificari; quia, exiſtente in medio matre renunciante, quæritur, ſi cæteri agnati æqualis gradus, cum quibus filii volunt concurrere, vivēte matre, ſint, vel ſecus in renunciatione contemplati? & reſpondetur, quòd, aut ſunt contemplati, & ſucceſſio defertur matri, & pro ea acquiritur tantùm illis, qui ſunt ejus renūciatarii, & ideò nullo modo venire poſſunt filii; aut non ſunt contemplati, & mater benè ſuccedere poteſt, quando deficit renunciatio ob defectum perſonarum, quarum contemplatione fuit facta. Et quoties tandem alia adeſſet extranea perſona contemplata, redibimus ad id, quod ſupra nonnullis patefecimus juribus, ſucceſſionem ſcil. acquiri huic perſonæ ex matre renūciante, quæ tenetur adire, & transferre, ut intrà dicemus.

Hinc vera dubitandi hæc ratio dici ne-
18 quit, & per conſequens, formula promiſſionis excluſionis filiorum, quæ illis concipitur verbis, *etiam præmortua matre*, juxtà doctrinam *Marāt. Ant. Fab. Reg. de Marin. Aliorumq;* non requiritur, ut ſit nempè ſimpliciter neceſſaria, ſed ſolùm ad exuberantiam. Sufficit enim fuiſſe ſimpliciter promiſſam, cum intelligi nequeat, nec referri ad alium caſum, niſi quādo mater præmoriatur; aliter pactū
19 eſſet omninò inutile, nec aliquid operaretur; quòd in cōtractibus, etſi ſtricti juris, non permittitur, ex traditis latè, poſt jura, & DD. ut ſupra, ex *Bottilier. d. theor.* 46. *à num.* 15. *cum ſeq.* At verior erit opinio illorum, qui voluerunt, ſufficere ſimplex pactum ſpeciale excluſionis filiorum, ex propria perſona, prout concludunt *Reg. de Pont. in d. lect. feud.* 19. *ſub nu.* 9. *Molfeſ. in tit. de renunc. d. quæſt.* 5. *nu.* 15. *Fab. in d. tit. C. de pact. def.* 1.

*Mart.*

*Mart. de ſucceſſ. leg. par. 1. quæſt. 14. artic. 3. num.* 18. & latiſſimè tuetur *Conſtantin. rat. diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 29. num.* 10. eidemq; ſententiæ adhærent *Altimar. ad Rovit. in obſerv. ad d. conſ. 23. n. 26. & Bottil. loc. cit. n.* 24.

Et hæc ſint dicta ſatis, in reſponſionem
20 partis adverſæ objectionibus, de quibus diſputare, non erat neceſſe in caſu noſtro; dum pactum excluſionis filiorum ex propria perſona nõ eſt ſimplex, ſed in renunciatione dictæ Helenæ, fuit conceptum illis nimirũ verbis; *Semper, in perpetuum, omni tempore, quandocumquè, omniq; via* ſæpè repetitis, quoties fit mentio de filiis, pro eorum excluſione. Quas clauſulas, indubitati juris eſt, compræhendere quodcũ ꝗ tempus, omneſq; caſus ſucceſſionis; quia æquipollet illis *Ma-*
21 *rantæ*. Quinimmò, attento germano illarum ſenſu, idem valent, & operantur, ut habeatur pro expreſſo hic caſus; cum in Jure ſit clarum, quòd verba univerſalia æquipollet particu-
22 lari verborum expreſſioni, dum eundem operantur effectum, tanquam ſi in ſpecie exprimerent caſum, ſub eorum Vniverſitate comprehenſum *Iaſ. in l. de certa, num. 5. verſ. limitant, C. de tranſact. Alex. conſ.* 1. *lib.* 2. *Caſtrenſ. conſ.* 187. *lib.* 4. poſt *Ruin.* & *Cravett.* latè *Morot. conſ.* 43. *num.* 19. ibi ait; *Quando ſunt geminata, habent vim diviſivam, & idem efficiunt, ac ſi expreſſim, & diviſim, de ſingulis caſibus mentio facta fuiſſet ex Aret. Cravett. cum aliis.* Et quòd comprehendant illa omnes caſus, ullo penitus excepto, ſintque ita clara, ut non admittant aliquam reſtrictionem, concludunt *Schrader. de feud. par. 10. ſect. 5. num.* 17. *& Mart. de clauſ. part.* 4. *cl.* 4. Nemo enim ad-
23 huc dixit *Maranta* cautelam explicari debere in renunciationibus, eiſdẽ verbis numero, haut ſi aliis æquipollentibus explicetur, eundem non pariat effectum, quod eſſet quidem nimis ſuperſtitioſum; dum conventiones explicari poſſunt variis verbis, & parum intereſt, quod explicentur eadem, vel alia loquendi forma, quando æqualem continent ſignificationem.

Undè non mihi videtur ſilentio tranſeũ-
24 dum, idem ſanè dirigi debere ad tradita a parte adverſa, quæ interpres fuit renunciationis dictæ Helenæ, tãquam, ſi ipſa principaliter promiſiſſet excluſionem filiorum, propria venientium perſona, & poſtea ejus vir pacti obſervantiam, ſeque acceſſoriè obligaviſſet ad refectionem, quoties dicti ejus filii contravenirent. Quando hujuſmodi intellectus, ſi eſſet verus in facto, ſequeretur utique, filios, uti hæredes ejuſdem Helenæ, contravenire minimè potuiſſe, nec defuncti teſtamentum impugnare, prout abundè probare, modò conati ſumus.

Advertendum tamen eſt, aliter proce-
25 dere facti ſeriẽ, dum haud legitur, d. Hælenam renunciaviſſe pro filiis ex propria perſona, ſed ſolùm pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus (ut habetur in primo *cap.* renunciationis) ſequitur item ſecundum caput, & in eo Helena amplius non loquitur, ſed ejus vice ſuccedit vir Io: Bapt. de Amore, qui duo alia promiſit, alterum nempe fuit, quoad obſervantiam præfatæ renunciationis ejus uxoris, & eam reſtrinxit, prout de Iure, tantùm ad tempus matrimonii, ſeu illo conſtante; dum inconveniens erat, ejus hæreditatem teneri ob inobſervantiam mulieris, ad ſecundas nuptias
26 tranſeuntis, & reſpectu filiorũ ſecundi thori; Et ad hoc tantùm referuntur verba illa: *conſtante matrimonio*, ut antea diximus. Alterum vero, quod ipſe promiſit vir, principaliter deducens in ſtipulationem proprium Jus ſucceſſionis filiorum, & fuit perpetua eorum excluſio, relatis ſępè verbis, ut *quandocumque* illi contravenirent, ſe obligavit de proprio, reficere tãtũdẽ.

Dubitari igitur nequit, reſpectu primi capitis, nempè obſervantiæ dictæ re-
27 nunciationis, ut obligatio viri ſit ac-

ceſ-

ceſſoria, & ille uti merè fidejuſſor teneatur in caſu inobſervãtię; ſed reſpectu ſecundi capitis de quo agitur, nimirum excluſionis filiorum, ex propria perſona venientium, ſtante obligatione refectionis in caſu, quo illi cõtravenirent, ſolus pater eſt principa-
28 lis promiſſor, nec poteſt ullo modo intelligi uti fidejuſſor, dum non ejus uxor, ſed ille ſolus hoc promiſit. Vndè ſequitur, huiuſmodi filiorum excluſionem haud poſſe intelligi conditionaliter, ſcilicet, *ſi hæreditas matri deferatur*, quia tunc ità intelligi potuiſſet, quoties ab Helena tantùm fuiſſet id promiſſum (licet filii ad preſens, uti eius hæredes, etiam tenerentur) ſed non quando principaliter hoc promiſſum reperitur per d. Jo: Baptiſtã, cui nũquã deferri poterant, nec ſuo medio eius filiis, tã Ioſeph, quã Pref. Hyacinthi ſucceſſiones.

Minimè ex his obſtant igitur DD. in cõ-
29 trarium allegati, dum loquuti fuere, ut plurimum de legitimis ſucceſſionibus, non de teſtamentariis. Et quamvis adſit aliquis, qui ita etiam in teſtamẽtis loquatur, ut eſt *Parten. Petagna, in alleg.* relata à *Thor. in 2.p. compend. deciſ. verb. ſuccedere*; Attamen, cauſa, illa erat nimis ab hac diverſa: Primò quia non fuerunt in ipſa renunciatione expreſsè contemplati hæredes extranei, dum non fuit recepta à patre dotente, pro ſe, ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſoribus quibuscumque, quod fuit ſpeciale fundamẽtum illius cauſæ. Secundò, quia filiorum excluſio non reperiebatur promiſſa principaliter, & indedendenter à patre, prout in præſenti, nec etiam à matre renunciante. Et tertiò tandem, quia neque ibi conſtabat, patrẽ renunciatarium, qui voluit pactum excluſionis nepotum ex filia dotata, ad hoc ut ipſe, eiusque deſcendentes potuiſſent liberè diſponere, in benefi-
30 cium cujuslibet hæredis, fuiſſe priorem in acquirendo bona, prout in caſu noſtro, in quo attendi debet ſępè *alleg. dec. Præſ. de Franch.* 307. Vndè ſequitur, præfatos filios prorſus excludi, nec defuncti teſtamentum im-
31 pugnare poſſe, quamvis non ſint, nec poſſint eſſe illi patris, adhuc viventis hæredes, quia uti filiifamilias, nequeunt, etiam eſſe in iudicio, niſi mediante perſona patris, qui repellitur à limine iudicii, ob notoriam exceptionem: Quẽ de evictione tenet actio, eundem
32 agẽdi repellit exceptio, ex *l. vindicãtẽ ff. de evict.* Et quia ſunt excluſi, tàm attenta voluntate eorum avi, primò acquirentis bona, de quibus controvertitur, quàm per legem, ab eodem impoſitam in renunciatione, dùm voluit pacto expreſſo, liberos, & deſcendentes ex Helena eius filia ſemper, & in perpetuum excludi à dicto-
33 rum bonorum ſucceſſione, etiam de Iure Conſuetudinario, itaut maſculi, & deſcendẽtes ex ipſis, liberè diſponere potuiſſent de cunctis bonis, etiã extraneorum favore, Conſuetudine non obſtante, cum hoc operetur renunciatio, hicque ſit primarius finis renunciatarii, qui illam recepit, prout his dictis hactenus demonſtravimus.

Stante igitur huiuſmodi renunciatione d. Helenæ, ita expreſſa, ex hac clara voluntate dict. Pref. Hyacinthi, qui primò bona acquiſivit, ac per legem ab eo impoſitam in eadem renunciatione, concludendum eſt itaque, potuiſſe liberè de omnibus diſponere præfatum Joſeph ejus filium, ultimo loco defunctum, ejuſque hæredem, uti abundè *præced. allegat.* probavimus, ex Juribus congeſtis per *Præſ.
† de Franch. dict. deciſ.* 307 ubi in fine per S.C. Jũctis Aulis ſic deciſũ refert, quemadmodũ in præſẽti erit deciſio.

## CONTROVERSIA XX.

**Succeſſorio edicto an detur locus, favore remotioris in gradu, ad bonorum ſucceſſionem, vigore *Conſuetudinis Neap.* ob proximioris renunciationem, de illis factã, in beneficium defuncti agnati, qui de omnibus liberè diſpoſuit?** *SVM-*

SVMMARIVM.

1 *Amitæ, an detur locus in ſucceſſione, defectu neptis, eiuſque deſcendentium, qui ob matris renunciationem, nō poſſunt ex* Conſuetud. *venire ad bona antiqua?*

2 *Agnatus remotior ſubingreditur locum proximioris deficientis, ob renunciationē, aut mortem naturalem, & civilem, vel exhæredationē.*

3 *Succeſſorio edicto non datur locus, niſi ubi hæreditas caret legitimo ſucceſſore: ſecus ſi adſit hæres ſcriptus, iura proximioris repreſentans; quia tunc excluditur remotior agnatus, & num. 12.*

4 *Renunciatarii loco ſuccedit hæres.*

5 *Renunciatio hæreditatis deferendæ, an abdicativa, ſitq; an tranſlativa? Diſtinctione ſolvitur quæſtio n.6.*

7 *Renunciatio producit effectum trāſlativum, vel abdicativum iuxtà caſus, & ſucceſſionum eventus, quarum exempla afferuntur n.8.*

9 *Hæres renunciatarii, locum repræſentat renunciantis perſonæ, quæ tenetur, adire, & trāsferre, 10.13.*

14 *Hæres teſtamentarius, potitur in hæreditate iure renunciantis, iam trāslato favore defuncti teſtatoris.*

15 *Portio medietatis conſuetudinariæ, translata agnato proximiori, qui eam renunciavit, illicò accreſcit hæredi renunciatarii, etſi extraneo.*

16 *Ius accreſcendi videtur quidem eſſe potentius ſucceſſorio edicto.*

17 *Succeſſio renūciata, defertur renūciāti, & poſtea hæredi acquiritur.*

18 *Non ita in renūciatione abdicativa.*

19 *Renunciationes, quoad tempus præſens, videtur impoſſibile, dici poſſe abdicativas, ex clauſulis cōtentis.*

20 *Cōſuetudinaria medietas acquiritur, ut quota bonorum, nō hæreditatis.*

21 *Excluſio ob exhæredationem, eſt diverſa ab illa, orta ex renūciatione.*

33 *Filii, ſe excludentes ob renunciationem, efficiunt, ut acquiratur patri, aliiſq; liberis facultas diſponēdi, & trāsferatur eorum jus favore hæredis, in agnatorū excluſionē.*

24 *Parentes more Capuanę, & Nidi renunciant liberorum ſucceſſioni.*

25 Conſuetudo Neapol. *ceſſat, & poteſt laicus liberè teſtari, ſi adſit Clericus immediatus ſucceſſor, qui nec etiam Iuri patrio ligatur.*

26 *Sed quid, ſi reperiatur alter agnatus in remotiori gradu poſt Clericum, an detur tunc locus ſubingreſſioni, ex ſucceſſorio edicto?*

27 *Bona primus acquirens, qui in renunciatione eius filię dotatę legem impoſuit, ut ipſa, & liberi excludantur à qualibet ſucceſſione, hoc fecit, ut liberam haberet diſponendi facultatem, & num.29.*

30 *Renunciationis cauſa finalis, eſt renunciantis excluſio, favore dotātis*

31 *Rationes, & cauſę, ubi ſunt diverſę, una deducta, alio jure de altera cenſetur. Secus ſi ſint ęqualiter conſideratę, num. 32. & 33.*

34 *Renunciatarius, qui vult, filiam dotatam, & ex ea deſcendentes excludi, ut liberè diſponat, etiam in extraneos, eò magis agnatorū remotiorum excluſionem, velle videtur.*

35 *Bona noviter quæſita, legi primi acquirētis, nō* Conſuetudini *ſubjacēt*

36 *Proximiores, ſi defuncti diſpoſitionē infringere nequeūt, nec remotiores.*

37 *Maſculis inſtitutis à primo acquirente, fœminis excluſis, ſubſtitutoque extraneo, non fit locus agnatis ad bona antiqua ex* Conſuet. Neap. *eveniēte ſubſtitutionis caſu.*

38 *Ita pariter, excluſis filiabus, ob renunciationem favore primi acquirentis, remotiores agnati excludūtur ab hærede teſtamentario. n.39.*

40 *Renunciatio jurium, ac deferendarum ſucceſſionum, comprehendit, etiam bona* Conſuet. *ſubiecta n.41.*

42 *Amita, an ſimul concurrat cū nepotibus ex ſorore ad bona antiqua?*

33 *Hæredis jus, ſi ſit clarius iure agnatorum, datur locus poſſeſſorio. 44.*

45 *Hæredi ex iure probabili datur immiſſio.*

AR-

## ARGVMENTVM.

Agnatis, in remotiori gradu exiſtẽtibus, & præſertim defuncti amitæ, an detur locus per ſucceſſorium edictum, ad antiquorum ſemiſſem acquirendã vigore *Conſuetudinis*, quoties ab hærede ſcripto, licet extraneo, excludũtur nepotes ex teſtatoris ſorore, quæ expreſsè municipali renunciavit Iuri, favore patris dotantis, ac fratrũ, quorum ultimus moriens, de omnibus liberè diſpoſuit? Quæſtio ſigillatim diſcutitur, & pro hæredis immiſſione jura ſuſtinentur, cæteraq; de hujuſmodi renũciatione in bonis antiquis, enixè exarãtur, & quamplures S.R.C. deciſiones ad ornatum referuntur.

1 EX his, quæ ſuperioribus Jurium allegationibus, pro Sacra Domu A. G. P. expoſuimus, ejus inanem pariter fundare petitionem, ſed perperam, conatur, tandem D. Iſabella Barracano, defuncti Ioſeph teſtatoris amita, & pro ea Dom. Reg. Dominicus Petrone ejus vir, prout antea annuimus, etſi eidem hæc, & ſimilia parum, aut nihil prodeſſe poſſint, ad hoc, ut detur aditus ſucceſſorio edicto. Dum, reſpectu præfatæ portionis antiquorum bonorum, de qua diſceptatur, locus proximioris agnati, qui per renunciationem excluſus remanet (prout eſt gradus ille, quem repræſentant enunciatæ qu. Helenę filii) dici nequit vacuus, ſed ab ipſis ſanè occupatus, & pro eis ab hærede renunciatarii, qui repræſentat jus renunciatum, huius nempè ſucceſſionis, repertum in hæreditate teſtatoris, iuxtà Iura, cum doctrinis deſuper diſcuſſis. Et proindè nequit re-
2 motior agnatus ſubingredi locũ prædictum ex ſucceſſorio edicto, nec eſt tali caſu applicabilis doctrina *Napodani in Cõſuet. ſi quis, vel ſi qua, n. 26.* ubi loquitur de ſucceſſione legitima, & inteſtata, idemq; clarè docet, quod nos jure tuemur, agnatum ſcilicet remotiorem ſubingredi locum proxi-
3 mioris ex ſucceſſorio edicto, quoties ille remanet vacuus, vel per mortẽ naturalem, aut civilem, vel per exhæredationem, quod in præſenti non verificatur, dum reperitur iam locus ipſe occupatus à proximiore, cuius exiſtentia impedit, dari aditum ſucceſſorio edicto, ut venire poſſit re-
4 motior; cum nil aliud proximioris renunciatio operetur, niſi, ut ipſe exiſtens, remaneat excluſus à ſucceſsione, ante renunciata, in beneficiũ tantùm renunciatarii, vel eius hæredis, ſicut in propriis terminis, poſt *Gallarat. Craſſ. Ant. Fabr.* alioſque fundat *D. Reg. Capyc. Latr. conſul. 76. n. 73. circà fin.* & latè *Fulg. conſ.* 100. Qua de re ingredi haud oportet, ad il-
5 lius diſcuſsionem articuli, ità priſcis temporibus controverſi inter DD. ſi ſcilicet renunciationes hæreditatis deferendæ, dici debeant abdicativæ, vel potius translativæ, ut videri poteſt apud *Fab. de Anna conſil. 45. Montan. contr. 10. & Hodiern. contr. 7.* Quia, cum ſint, quæ modò à mulieribus fiunt renunciationes, generaliſsimæ, & amplectantur omnes caſus futurarum ſucceſsionum, iudicari propterea debent iuxtà varios ſucceſſionum eventus, tempore, quo de-
6 feruntur. Undè pro conciliandis opinionibus, omnes communiter in unũ conveniunt, hac adhibita diſtinctione, videlicet: aut tempore ſucceſſionis delatæ, perſona, cuius beneficio fuit renunciatum, ſublata de medio renunciante, ſola ſuccedere poteſt, jure proprio, propriaq; perſona, & tunc renunciatio pariet effectum abdicativum, ac operabitur meram abdicationem, ut poſſit ſubingredi per ſucceſſorium edictum renunciatarius, habebit locum illorum ſententia, q



Digitized by Google

7 illam eſſe abdicativam dixere: Aut
verò talis perſona jure proprio ſucce-
dere nequit, quia forſan ei anteceſſũt
alii in gradu, vel quia, ſublata de me-
dio renunciante, ejus locum ſubin-
gredi poſſunt cæteri agnati, à quibus
in totum, vel in partem excluſa ve-
niat, vel tandem, quia ſit prorſus ex-
8 tranea: & his caſibus, ut renunciatio
ei proſit, operabitur effectum trans-
lativum, ità ut ſuccedat renunciata-
9 rius, vel ejus hæres ex iure, & perſona
renunciantis, quæ tenetur adire, &
transferre, & locum habebit altera
opinio, hujuſmodi nimirùm renun-
ciationes eſſe tranſalativas, ut rectè
concludit, poſt *Bartol. Bald. Caſtrenſ.*
*Ruin. Soccin. Cagnol. Corn. Alex. Ca-*
*pyc.* & alios, *Staiban. Senior conſil.*
82. *à num.* 40. *uſq; ad num.* 81. cum
*Anna in conſ.* 45. *num.* 41. *Rovit. de-*
*ciſ.* 85. colligitur ex *Præſ. de Franch.*
*deciſ.* 89. latiſſimè *Fulgoſ. in d. conſ.*
100. *Minad. in Conſtitut. in Aliqui-*
*bus, notab.* 8. *num.* 0., & latè de-
10 clarat *Montan. d. controver.* 10. *nu.*
11. 12. & 30. qui, etſi modicus ſu-
ſtinuiſſet contrarium, ſcil. pro renũ-
ciationis abdicativæ ſententia, contrà
*Fab. de Anna in d. conſ.* 45. nihilo-
minus non potuit præfatæ diſtinctio-
nis veritatem negare; aliter renun-
ciationes eſſent quidem omnes inuti-
les, niſi ità intelligerentur. Immò,
ſtãte earum generalitate, quæ plures,
ac varios compræhendit caſus futu-
rarum ſucceſsionum, regulari debẽt
11 juxtà eventus, tempore ſucceſsionis
delatæ, ut decidatur, ſi illi poſsint
operari effectum traslativum, vel ab-
dicativum, prout erit expediens renũ-
ciatario, vel ejus hæredi, attenta præ-
dicta diſtinctione, quæ in dubio un-
quam fuit poſita, & prò veriſſima sẽ-
per ex utraque parte admiſſa; præ-
ſertim in illa nimis decantata contro-
verſia, quæ annis retrò elapſis accidit
† ſuper ſucceſsione Ducatus Andriæ,
dum etiam agebatur de excluſione
Ill. Duciſſę Magdaluni, ob renũciatio-
nem, & ità inter nonnullos Iuris ar-
✠ articulos fuit in S. C. deciſum; Quẽ-
admodum in cauſa Ill. Principis Col-
lis prò abſoluto idem fuit decretũ, ut
omnibus Foro verſãtibus innoteſcit.
Hujuſmodi profectò, nec alio medio,
12 procedit indubitabilis, & communis
apud omnes IurisPeritos concluſio
hæc, qua habetur, patrem ſcilicet re-
nunciatarium, ejuſque filios, morien-
tes abſq; liberis, & deſcendentibus,
poſſe ad libitum teſtari, in beneficiũ
etiam extraneorum, abſquè Conſue-
tudinis ligamine, quoties proximior
adſit, qui renunciavit; dum ſemper
tenuere, renunciationẽ tali caſu ope-
rari effectum translativum, nec dari
locum ſucceſſorio edicto, ut ſubin-
13 grediatur remotior agnatus, exiſtẽte
in medio dicto proximiore, qui licet
pro ſe acquirere aliquid nequeat, ac-
quirit tamen pro hærede renunciata-
rii; aliter non poterat abſolutè dici,
nec defendi, renunciationem efficere
tali caſu, ut ceſſet *Conſuetudo*, & ope-
retur illa, liberam teſtandi facultatẽ
in beneficium extraneorum, ſi poſ-
ſet, ſubingredi locum proximioris re-
nunciantis, agnatus ſequens in gra-
du, & in medietate conſuetudinaria
excludere renunciatarii heredem.
Suadetur idẽ manifeſtè, præcipua itẽ ra-
14 tione illa, tradita ex *Præſ. de Franc.*
& *Molfeſ. loc. cit.* qui edocent, ab
hærede teſtamentario reperiri in hæ-
reditate teſtatoris jus renunciantis,
antea in beneficiũ defuncti renuncia-
tum, eique dici illud translatum. Im-
mò *Præſ. de Franch. ad Conſuetud. ſi*
*moriatur, in apoſtill. incip. vide De-*
*cium*, pari ſuffultus authoritati *Pauli*
*de Caſtro*, addit, quòd præfata portio
15 antiquorum bonorum, poſtquàm fuit
delata proximiori agnato, qui eam re-
nunciavit, ſtatim illa accreſcit hæredi
ſcripto ipſius renunciatarii; quia vir-
tute iuris accreſcendi portio accreſcit
portioni; quod jus eſt potentius ſuc-
16 ceſſorio edicto, prout eiſdem termi-
nis concludunt: *Cuman. in dict. l. qui*

*ſu-*

*ſuperſtitis n.5.ver.& tuncaddas,ff.de*
*acquiren. hæred. Alex. in l. pactum*
*quod dotali, C. de collat. nu. 9. verſ.*
*ſecũdo caſu,Gulielm.de Benad.in cap.*
*Raynutius , verb. duas habens filias,*
*poſt nu. 280. Covar. in relat. part. 3.*
*§.3. num. 74.* & ſequitur *Morot.conſ.*
*21. num.7* idque pariter confirmatur
per *Capat. ad Conſuetud. part.3.§.7.*
17 *num.6.* ubi deferri, ait,ſucceſſionem
huius medietatis,ipſi prius proximio-
ri agnato renuncianti, & ex eo poſtea
acquiri hæredi extraneo; Et licet *nu.*
*7.* dicat , hoc non poſſe locum habe-
re, quoties renunciatio fuiſſet merè
18 abdicativa,ut aſſerit *Reg. de Marin.*
*reſol.cap. 91. num.7.* quod haud ne-
gari tamen poteſt; ut dicatur ſanè no-
ſtro caſu abdicativa ( hic punctus,hic
labor ) dùm clarè demonſtravimus,
omninò renunciationem d.quon.Ho-
19 lenæ operari , debere,effectum trãſ-
lativum,iuxtà tradita ex eodem *Ca-*
*put. verſic. cogita tamen* , ubi aſſerit
eſſe hodiè impoſſibile, dari renuncia-
tionẽ,quæ ſit merè abdicativa,ob tot,
ac tales clauſulas in ea contentas .
20 Propterea advertendum eſt , hanc
medietatem conſuetudinariam , ſta-
tim acquiri hæredi univerſali , tàm
ratione iuris accreſcendi , quod effi-
cit, ut portio accreſcat portioni, quã
etiam, quia nequit conſiderari,reſpe-
ctu medietatis prædictæ,jus adeundi
in agnato proximiore , ex cuius per-
ſona , & iure renunciato, acquiritur
hæredi,cum ſit quota bonorum, non
autẽ hæreditatis , & Iuris univerſalis.
Undè clarè inſpicitur,non obſtare partis
adverſę argumẽtũ,deductũ ab exclu-
21 ſione,per exhæredationẽ,ad renũcia-
tionem cum magna adſit inter eas di-
ſparitas rationis ; Ex prima namque
excluditur ſolùm filius , propter in-
grati animi vitium, ex quo datur an-
ſa patri, & cauſa, illum exhæredandi,
quod non operatur,neç operari queit,
22 aliud jus patri acquiri, ut poſſit libe-
rè teſtari, & transferre jura filii,ſuper
ſucceſſione in beneficium hæredis te-
ſtamentarii ; Ex ſecunda verò , dum
filia, dote accepta, ſe ipſam excludit,
propter ſpontaneam eius renuncia-
tionem,efficit, ut acquiratur patri,ac
aliis eiusdem filiis,facultas diſponendi
23 liberè,unà cũ translatione iuris,prius
renũciati eorum beneficio, poſtea,fa-
vore hæredis, ad hoc ut iure , & filiæ
renunciantis perſona uti poſſit ille,tẽ-
pore ſucceſſionis, in excluſionem cæ-
terorum remotioris gradus , ut dixi-
24 mus. Qua rationis diſparitate , nec
etiam locum ſibi vjndicare,poteſt alia
illatio , deducta à renunciationibus,
quoad futuras filiorum ſucceſſiones,
quæ virtute pacti recentis uſus.ſ.No-
bilium Capuanæ, & Nidi,fiunt ad in-
vicem à viro, & ſponſa in tabulis nu-
ptialibus, ut alibi diximus.
Hinc etiam infertur, neque allegari poſ-
ſe, Adverſariorum exemplum alte-
25 rius articuli, tàm controverſi in ma-
teria Conſuetudinum Neapolis,inter
*Horat. Montan.* præſertim *controv.*
*11. & R. de Marin. lib. 2. reſol. cap.*
*56.* quem ſectatur *Landolfus de A-*
*quino in alleg. apud eund. R.de Ma-*
*rin. lib.3.* nempè,ſi ceſſet Conſuetu-
dinis diſpoſitio , & poſſit laicus liberè
teſtari , quoties habet Clericum pro
immediato ſucceſſore,vel potius ſub-
ingrediatur ex ſucceſſorio edicto al-
26 ter agnatus , ſequens in gradu poſt
Clericum? Oritur enim dubium pre-
fati articuli,quia Clericus eſt prorſus
incapax, tanquam perſona non com-
præhenſa in diſpoſitione Conſuetudi-
nis , cui non ligatur nec active , nec
paſſivè,& per conſequens nequit, da-
re teſtatori illud jus ſuccedendi,quod
non habet; ad hoc ut ille poſſit liberè
diſponere , ac illud idem transferre
eius hæredi, ut fuſius probare conati
ſumus, noſtratum authoritate,& Iu-
rium præſertim municipalium diſpo-
ſitione , rerumque judicatarum exẽ-
plo *in Controverſ. 39. vol. 2.* & dice-
mus *Contr.ſeq.21.* Immò preſens ar-
27 gumentum retorquetur noſtro favo-
ri; Quia ſi tàm controvertitur de hu-
O 2 juſmodi

juſmodi articulo, quoties agitur de teſtamentaria diſpoſitione, & Clericus non potuit cedere, nec renunciare jus aliquod, dum illud non habebat; extra igitur dubium erit caſus præſens, ut ſcilicet nequeat ſubingredi per ſucceſſorium edictũ remotior agnatus, quoties proximior, qui jus ſuccedendi, quod immediatè habebat, illud tranſtulit, ac renunciavit defuncto teſtatori, ad hoc ut ipſe liberè diſponere, potuiſſet.

Inſiſtunt deniquè partis adverſæ Advo-
28 cati, agnoſcentes forſan tenui eorum vi deficere argumenta, ad ultimum progredientes articulum, ut ſcilicet habeat locum ſucceſſorium edictum favore d. Iſabellæ, non tàm propter excluſionem filiorum dictæ quond. Helenæ, ob maternam renunciationem, quàm ex voluntate dicti quon. Pręid. Hyacinthi primi acquirentis, qui legem voluit expreſſam in d. renunciatione, pręfatos nimirum filios dictę quondã Helenę ſemper excludi à ſuis bonis. Et hoc ſanè ſupponunt, tanquã ſi ipſa renũciatio ſeparari potuiſſet ab hac lege, & pacto acquirentis, ęquè ac conſiderari, potuiſſet unũ ab alio contradiſtinctũ, quando, quod attinet ad hũc effectũ, ſunt idẽ, tam ratione contractus, quàm cauſę finalis.

Prefata namque oppoſitio eſt cęteris debilior, & nullius momenti; quia fina-
29 lis cauſa, & mens quondã Pręſ. Hyacinthi, qui hanc legem impoſuit, voluitque perpetuam excluſionem filiorum dictę quond. Hælenę, fuit tantùm, ut illę, ejuſque filii potuiſſent liberè de ſuis bonis teſtari, & per conſequens ęquiparatur renunciationis cauſę; Vndè quoad hoc ſequi, debet naturam ejusdemmet contractus renunciationis; Immò, cum ſit unicus contractus, & eadem cauſa finalis excluſionis filiorum renunciantis, certè
30 impoſſibile erit, poſſe iure diverſo, vel diverſa rationis regula iudicari, ſed debet uno, eodemque jure cenſeri, ad *tex. in l. nam hoc jure ff. de vulg. & pup.* quia, quando eſſent diverſę cauſę, ac rationes, tunc una tantùm deducta in unico contractu, poſ-
31 ſet ſanè diverſo Iure ab altera cenſeri; ſed non quando eędem ſunt rationes, & cauſę, quę conſiderantur in eodem contractu, prout latè *Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 18. *nu.* 23. Aliter non potuiſſet Hyacinthus, pri-
32 mus aquirens, conſequi optatum finem, non eſſe ſcilicet Conſuetudini ſubjectum, ac poſſe ipſum, & eius filios liberè diſponere, qua ratione voluit pactũ, & hujuſmodi poſuit legem.

Infertur ex hoc preterea, manifeſtè conjecturata voluntas acquirentis, peni-
33 tus contraria dictę Iſabellę; quia ſi q. Preſ. Hyacinthus ità predilexit, in ſemetipſo, & in eius filiis maſculis, liberam diſponendi facultatem, etiam extraneorum favore, quòd excluſit deſcendentes ex propria filia, magis dilectos, & conjunctos ſanguine; quan-
34 tò fortius intelligi debet, voluiſſe, vel acquirere trãſlativè hæc jura, per ejus filiam renunciata, vel uti tali pacto, & hac lege, pro excluſione ſororis, aliorumq; agnatorum, ac transverſalium remotioris gradus, ad *tex. in l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr. & in l. cum acutiſſimi, C. de fideicom.*

At ratio ulterius verior, germana, potiſſi-
35 maq; cur ex hujuſmodi pacto excludãtur agnati, eſt quia bona, ſtante hac lege, à primo acquirente impoſita in dicta ejus filię, congruè dotatę, renunciatione, non poſſunt ſubiici Conſuetudinibus, quamvis intra diſtrictũ reperiantur; namſemper exiſtimantur tanquam ſi eſſent noviter quęſita, nec efficiuntur antiqua, prout colligitur ab eiſdem DD. allegatis per Adverſarios, & ſignanter ex *Reg. Rovit. in conſ.* 94. *num.* 1. *lib.* 1. Quoniam agnati, tàm proximiores, quàm remotiores, ęqualiter excluduntur à perſonis vocatis, vel contemplatis per acquirentẽ, in ſucceſſione bonorũ, ut sũt heredes extranei in caſu noſtro, per verba: *Eredi qualſivogliano*; Undè ſi pro-

Digitized by Google

proximiores nequeunt, defuncti diſpoſitionem infringere, nec minus poterunt remotiores; prout eſſet pro-
36 fectò, ſi Hyacinthus inſtituiſset hæredes ejus filios maſculos, & dotibus fœminis relictis, eas excluſiſset, unà cum earum deſcendentibus, & in caſu obitus maſculorum, ſubſtituiſset præfatam Sacrã Domũ; Certũ enim
37 eſt, tali caſu haberi pro indubitato, eãdem, virtute dictę ſubſtitutionis, à primo acquirente ordinata, ſuccedere in omnibus bonis; nec excluſio deſcendentium ex filiabus quidẽ, poſset locum aperire ſorori ipſius acquirentis, vel aliis remotioribus agnatis, ad impugnandam hanc ſubſtitutionem.
38 Idem igitur erit in caſu præſẽti, quo primus acquirens bona, excluſit deſcendentes ex filia, ut liberas haberẽt habenas diſponendi, tàm ille, quàm ejus filii maſculi, contẽplans expreſsè in renunciatione ejuſdem filiæ dotatæ hæredes extraneos, qui venire nequeunt, niſi ex teſtamẽtaria diſpoſitione, & proindè tanquam vocati à primo acquirente, ut colligere licet ex traditis per *Molfeſ. d. quæſt* 13.

Addatur etiam, pro confirmatione diſpo-
39 ſitionis dicti quondam Joſephi (non quod opus ſit, pro majori dictæ Sacrę Domus tutela, ſed ad exuberantiam) obſtare præfatæ Iſabellæ, principaliter ejus etiam renunciationem, ut annuimus *priorib. alleg.* cũ ipſa pariter renunciaverit favore fratris, eam dotãtis, & hæredum ipſius, quòad ſucceſſiones devolutas, & devolvendas, in ampla forma, ex cauſa dotis receptæ; Ideòq; remanet ex hoc etiam excluſa, nec impugnare queit teſtamentum dicti quondã Joſephi, filii, & hæredis renũciatarii, ob jura deſuper allegata, adverſus prætenſiones filiorum dictæ quondã Helenæ, ex *Capyc.* præſertim *deciſ.* 190. quæ locum habet, quando
40 etiam non reperitur facta ſpecialis mentio Iuris conſuetudinarii, cũ ſufficiat generalis renunciatio futurorum jurium ſuccedendi, ut latè diximus ex *Præſ. de Franch. deciſ.* 690. cum cæteris relatis per *Caput. par.* 3. §. 7. *num.* 5. *Montan. contr.* 10. *à num.* 28. & *Bottilier. theorem.* 56. *à num.* 16.
41 *cum ſeqq.* Immò quòd ſufficiat, illam fuiſse acceptatã à patre, vel fratribus ſimpliciter pro ſe, ſuiſquè hęredibus, ad hoc, ut liberè poſſint, diſponere etiam de bonis antiquis, in propriis terminis teſtantur *Molfeſ. Montan. Caput.* Aliique *ubi ſupra.*

Verùm, quod attinet tandem ad ſecun-
42 dum ex ſuppoſitis, præfatam ſcilicet defuncti amitã concurrere poſse, unà ſimul cum nepotibus ex ſorore ejuſdem defuncti, ratione ęqualitatis gradus; ità frivola quidem videtur aſſertio, ut nullam mereatur reſponſionem; tùm quia eadem pars adverſa hoc nequit probare, agnoſcens ſanè, ei manifeſtè obeſse diſpoſitionem, *tex. in Auth. poſt fratres C. de hæredi. ab inteſt.* & *Novell.* 118. §. *quandoquidem, verſ. illud palam*, communemque ferè omniũ DD. ſententiam, qua *Manticæ* opinio reprobatur; tùm etiã quia huic ſuppoſito, in ſua allegatione optimè reſpõſa dedit famigeratiſſimus filiorum dictæ quondã Helenæ Advocatus D. Seraphinus Biſcardo, poſtea Sp. Regẽs, à quo fuere adductę doctrinæ, omneſquè rerum iudicatarum authoritates, quas, ut brevitati, conſulam, prætero, cum fuſius inveniantur itẽ *contr.* 14. & 15. *mei vol.* 1.

Quibus ergo, & ſimilibus apertè digno-
43 ſcitur, clarum eſſe Ius, quod in petitorio aſſiſtit in beneficium dictę Sacrę Domus hæredis, ut ſupra dicti quon. Ioſeph, vel ſaltem eſse magis apertũ, quàm nõ eſt Ius agnatorum, qui concurrunt, in ſucceſſione huius medietatis antiquorum bonorum, ex ſæpè enunciatis eorum renunciationibus. Vndè redeundo ad poſseſſorium (de quo ad præſens tantùm agitur) concludendum eſt, immitti debere dictã Sacram Domum, hæredem ut ſupra, virtute teſtamenti in poſſeſſionem, abſque ulla deductione medietatis

anti-

Digitized by Google

antiquorum bonorum, ſalvis juribus, ſi quæ competunt prædictis agnatis, in petitorio; cum debeat hæres ſemper immitti in poſseſſionem, non ſolùm, quando bonum juris habet odorem, & quando ejus favore apparet clarum petitorii jus (quemadmodum
44 hactenus probare curavimus) ſed & etiam quando illud æqualiter eſset pro utraque parte probabile, prout ex inveterato ſtylo ſemper ità judicãdi, in noſtris Tribunalibus, ut tot rerũ judicatarũ exemplo demõſtravimus. Idq; perbellè confirmatur denique au-
45 thoritate *Reg Capyc. Latr. d. conſult. 77. ſub num. 53.* ubi ratiocinatur in propriis terminis poſseſsorii, exiſtentibus, defuncti teſtamento, & renunciatione facta per Ill. Comitiſsã Converſani, quę tanquam filia erat proximior, & immediata ad ſuccedendum in Feudis Paternis, in cauſa Ill. Principis Roccæ, his nimirum verbis: *Illud poſtremò in hac materia renunciationis non prætermittendum, quòd ea, quæ adverſus dictam renunciationem opponuntur per dictam Ill. Comitiſſam, vel ſunt in continenti frivola, ut ſupra demonſtravimus, vel altiorem requirunt indaginem, & utroque caſu non impeditur immiſſio hæredi ſcripto, & obſtat dictæ Comitiſſæ exceptio defectus proprietatis, probata per inſtrumentum renunciationis, non obſtante, quòd videatur requirere altiorẽ indaginem forſan, ex replicatione ipſius Comitiſſæ, ut pluries deciſum per Rotam Romanam apud Puteũ, Farinac., & alios egregiè probat Argel. de acquir. poſſeſſ. qu. 2. art. 11. num. 333. omninò videndus Ubicumquè enim replicatio adverſus exceptionem proprietatis dubietatem continet, & altiorem requirit indaginem, non reiicitur exceptio, ſed replicatio remittitur decidenda in judicio petitorio, ut ibid. Argel. fundat, & quæſt. 6. art. 8. num. 154. quod etiã firmat optimè ad excluſionem poſſeſſorii in beneficium hæredis ſcripti, Piſtor. d. lib. 4. qu. 10. n. 9. qu. Jur.*

Et hæc, ſub melius ſenſientis cenſura, ſint ſatis dicta pro S. Domu A. G. P. cujus beneficio, nonnullas poſt partiũ altercationes, anno 1682. ſecundùm allegata fuit interpoſitum præambuli decretum totius hæreditatis d. qu. Ioſephi Barracano, in Banca de Ardia.

## CONTROVERSIA XXI.

**Adverſus teſtamentum inſtituentis extraneum, num competat jus conſequendi conſuetudinariam antiquorum ſemiſſem, etiã proximiori Clerico, quoties per laicum agnatum, æquali gradu conjunctum ſanguine, teſtatoris infirmgatur diſpoſitio, ſucceſſioniſq; ab inteſtato aperiatur aditus?**

### SVMMARIVM.

1 *Caſus controverſi ſpecies fertur.*
2 *Agnatus, etſi clericus, an concurrere poſſit cum laico in æquali gradu ad antiquorum medietatem, vigore* Neap. Conſuetudinis?
3 *Affirmativa ſuſtinetur opinio, et 10.*
4 *Medietas antiquorum, aliquo ſinè liberis decedente in hac Civitate, ſpectat ad proximiores agnatos, cognatoſq; & de altera poteſt teſtari.*
5 *Pares in gradu, pari modo ſuccedũt.*
6 *Laicus proximior, ſicut non valet ſuccedere Clerico, vigore* Conſuetud. *ad antiquorum medietatem, ità et Clericus, contra ipſius laici diſpoſitionem ſauè venire nequit, ad æqualitatem ſervendam, & num. 7.*
8 *Ideq; ſi agatur de jure cõgrui, cui nec activè, paſſivèq; ligatur Clericus.*
9 *Ratio æqualitatis ſervãdæ traditur*
10 *Quæ non militat, ſi proximior Clericus velit ſuccedere cum laico, in æquali gradu conjuncto, ad bona antiqua.*

11 Lai-

11 *Laicus, ſi viam faciat Clerico ad antiquorum ſucceſſionem ex* Conſuetudine, *ſanè uterq; admittitur.*

12 *Medietas antiquorum bonorum, vigore* Conſuetud. *debita, à defuncti hæreditate ſeparatur.*

13 *Inſtitutus utitur beneficio præteriti, contra bonorum poſſeſſionem contra tabulas, & ex alterius perſona conſequitur id etiam, ad quòd ei non dabatur locus.*

14 *Clericus, ſi reperiatur ſolus, licet infringere nequeat defuncti diſpoſitionem, pro conſecutione medietatis antiquorum, ex* Conſuetudine; *tamē, aperta ei via ab alio agnato in æquali gradu, ſuccedere poteſt.*

15 *Sed quid dicendum, ſi laicus nollet agere, vel bonis renunciaret antiquis, an Clericus tunc, aperta iam via, per exiſtentiam agnati laici, admittatur? affirmativa deciſio recens affertur, num.* 17.

16 *Medietas Cōſuetudinaria antiquarum rerum, poſtquam fuit delata, unicuique proximiorum defertur.*

## ARGVMENTVM.

Diſcutienda brevi proponitur methodo illa celebris, ac ſæpè ſæpius in Forenſi Palęſtra exagitata theſis, antecedēter tacta, alibiq; diſputata: num ſcilicet, Clerico exiſtenti in æquali gradu cum laico, qui contra defuncti teſtamentum, præteritis agnatis, venit pro antiquorum medietate bonorū, vigore *Conſuetudinis*, aperiatur aditus, ad eandem ſemiſſem, etſi ipſe ſolus id agere nequeat. Et pro affirmativa ſententia datur conſilium; ac ità laico etiā renūciante, deciſum fertur.

1 VLtimo vitę munere functo Io: Baptiſta Nubulo, ac ſine liberis extremi ſui diei curſu completo, relicta univerſali hærede venerabili Æde S. Agrippini hujus Civitatis Neapolis, dubitatum fuit eo tempore, quo priſcæ iuventutis flore, incipiebam jurgiis, ac Forenſis Palęſtræ me immiſcere ſubſelliis: Nū ſuper conſuetudinaria bonorum antiquorum medietate, ad Catharinam
2 Nubulo ſpectante, uti agnatam, vigore noſtrę Partenopæę Conſuetudinis, exordientis: *Et ſi teſtator ſub tit. de ſucceſſ. ex teſtam.* poſſit concurrere pariter æqua lange D. Hieronymus Nubulo ſimiliter agnatus, in æquali gradu, & frater utrinque coniunctus præfatæ Catharinæ, qui tanquā Sacerdos, minimè videtur poſſe frui noſtris Cōſuetudinibus, quibus nec activè, nec paſſivè, ex inveterata praxi, ac conſueto ſtylo, ita ſemper in utroque Foro iudicandi, haud ligantur Clerici, neque cæteri Eccleſiaſtes.

Et de meo requiſitus iudicio in caſu
3 propoſito, decantata nimis, ac favorabili, affirmativa ſ. uſus fui ſententia, poſſe nimirum dictum D. Hieronymum benè ſuccedere æqualiter cum dicta Catharina, eius germana ſorore; dū ex eadem præallegata Conſuetudine, *& ſi teſtator* ſtatutum comperitur, videlicet: *Et ſi teſtator filios, ſeù liberos, & deſcendentes in infinitum non habeat, poteſt de bonis paternis, maternis, & aliis ab agnatis, & cognatis ſibi obvenientibus diſponere, juxtà velle uſque ad medietatē ipſorum bonorum: reliqua autem medietas perveniat ad proximiores agnatos, & cognatos.* Quibus ex verbis agnatorum, vel cognatorum qualitas in hujuſmodi cōſuetudinaria ſuc-
4 ceſſione non diſtinguitur, an ſcilicet ſint Clerici, vel Seculares, ſed omnes generaliter vocantur, & proindè uti pares in gradu, pari modo ad ſucceſſionem admitti debent, *l. ſi relinquero ff. de legitimis tutoribus.*

Quicquid verò ſit de enunciata illa cō-
5 muni obſervantia, præſertim in Curia Archiepiſcopali Neapolis, & in S. R. C. nimirum, ut quemadmodum laicus proximior non valet, ſuccedere

6 re Clerico vigore dictæ Conſuetudinis, ità ut poſſit idem Clericus ad ſui libitum diſponere, etiam de bonis antiquis, ità pariter eodemque modo laicus, habens proximiorem Clericū, vel quamlibet aliam Eccleſiaſticam perſonā, pro ſuo volūtatis arbitrio, de bonis omnibus diſponere queat, etſi
7 antiquis. Advertendum equidem eſt, hoc ſancitum non reperiri à Conſuedine, in ſcriptis redacta, vel aliquo alio municipali ſtatuto, aut in ſpeciali ritu, ſed tantum practicari naturali ratione dictante, æqualitatis ſervandæ, prout idem ſervatur in Conſuetudine Iuris congrui, cui nec activè, nec paſſivè eccleſiaſticæ huius Urbis ligantur perſonæ; Et ad æqualitatē ſervandam, ſicuti Clericus non poteſt à laico conveniri in Foro Eccleſiaſtico iure congrui, ità pariter ipſe nequit, contra ipſum laicum agere eodem iure in Foro Seculari, iuxtà
8 inveteratum ſtylum ſic ſæpè iudicādi, ut fuſius teſtatur *Marant. diſput.* 8. & expreſsè colligitur ex deciſionibus *Præſid. de Franch.* 285. & 411. relatis à *P. Molfeſ. in ſuo comment. ad conſuet. par.* 1. *quæſt.* 34. *tom.* 3. ubi latè hanc materiam examinat, & idē *in conſil.* 27. *num.* 13. *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 66. *num.* 23. *Ricc. dec. Cur. Archiep. par.* 3 *dec.* 180. *Reg. de Marin. cap.* 55. *lib.* 1. *reſolut. iur. Ann. conſ.* 112. *num.* 49. *lib.* 2. *Reg. Galeot. contr. jur. lib.* 1. *contr.* 61. *num* 18. & 19. *Thor. in eius compend. tomo* 2. *verbo jus congrui, & in verb. Clericus tom.* 1. cum aliis apud allegatos.

Eadem verò ratio æqualitatis nempè
9 ſervandæ, ſic ut annuimus, à DD. cōſiderata, & præſertim a noſtris Regnicolis, minimè adaptari poteſt in caſu, de quo ad præſens loquimur, cū illa tantùm militet, inter morientem laicum, & clericum; & è converſo, ut conſideranti clarè patet, non quando controvertitur inter conſucceſſores de alterius hęreditate; nam tunc
10 ſola exiſtentia unius proximioris laici, efficit, ut defunctus habeatur pro inteſtabili, ſaltem quoad bonorum antiquorum medietatem, ſervata forma Conſuetudinis, nihil in hoc operando Clerici exiſtentia; quemadmodum præfatus D. Hieronymus, nihil contra diſpoſitionem Io: Baptiſtę agit, ſed per exiſtentiam dictæ Catharinæ ad hanc medietatem concurrit; Et proinde parum refert morienti, vel eius hæredi, quòd enunciata medietas perveniat uni, perveniat duobus, tribus, vel quatuor. Ergo neceſſariè concludi debet, minimè applicari poſſe in caſu noſtro deſcriptam Doctorum concluſionem, æqualitatis gratia ſervandæ, quo ad hanc Conſuetudinariam bonorum medietatem, pro cujus ſucceſſione aperitur via Cleri-
11 co, ſanguine coniuncto, ab alio agnato laico in æquali gradu, & fit caſus, ac locus ſucceſſioni ab inteſtato, pro hac portione, ut diximus, a Conſuedinibus reſervata proximioribus.

Sed melius dicendum eſt; nam mortuo
12 dicto Io: Baptiſta Nubulo, ſuper exiſtente præfata Catharina, quæ habilis ad ſuccedendum eſt vigore, *Conſuetudinis*, ſtatim medietas antiquorum bonorum, providentia eiuſdem Iuris municipalis, fuit ſeparata ab eius hæreditate, ut fuſius advertit *Scipio Buccin. d. Conſuetud. etſi teſtator, in addit. incip. circa hanc conſuetudinem, & in ſeq. addit. incip. an talem medietatem*, cum cæteris *Addent. ibid.*, de qua, ſeparatione, nec ſupradictus teſtator Io: Baptiſta, nec eius hæres, ſcilicet dicta Eccleſia Sancti Agrippini, conqueri valet, dum cauſa illius non fuit, nimirum D. Hieronymus, qui concurrens, poſtea ad portionem hanc conſuetudinariā, cum præfata Catharina eius ſorore utrinque coniuncta, nihil ex ſe agit, ſed tantùm utitur beneficio conſucceſſoris perſonæ laicalis, teſtamentum quoad dictā medietatē impugnantis,

& iſta

Digitized by Google

& iſta occaſione, aperta iam ei via, partem facit ſui favore, etiam in ſucceſſione d. portionis conſuetudinariæ laicali ope, & auxilio, licet ipſi D. Hieronymo, ratione nuper tradita, æqualitatis ſcilicet ſervandæ, id nunquam agere, fuiſſet permiſſum, niſi hoc tantùm caſu, nempè hac via, per laicalem perſonam ei aperta, ut reſolvit *Caputus*, inquiens, hoc eſſe ſine difficultate, in *Conſuetud. præludio* §. 3. *de perſonis*, *num.* 28. & ad propoſitum adducit *tex. in l. Si poſt mortem* §. *fin.*
13 *ff. de bon. poſs. contr. tab.* ubi habetur, quòd ex alterius perſona alter commodum conſequitur, nam fruitur inſtitutus beneficio præteriti, & habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas, utiturque proinde ad ſui commodum eodem teſtamento, per alium contratabulato.

Verba autem *Caputi* ſunt hæc, vide-
14 licet: *Quando cum Clerico, prætendente, ſucceſſionem ab inteſtato ſunt alii laici in eodem gradu, & coſucceſſores vocati, etiam per Conſuetudinem quo caſu prædicti laici faciunt locum d. ſucceſſioni ab inteſtato, pro illa portione à Coſuetudine reſervata; quando ſcilicet quis facit teſtamentum, vel aliter diſponit, intelligas, nam pro illis partibus inteſtatæ ſucceſſioni fit locus, & hoc modo nihil Clericus quidē facit, ſed utitur beneficio alterius conſucceſſoris laici*, & paulò pòſt ſubdit; *Imo potius dicitur, quod Clericus ſimpliciter facit partem in ſucceſſione illius portionis, quæ ei beneficio laici ex diſpoſitione Conſuetudinis defertur.* Et ibidem hanc tantùm limitat concluſionem *num.* 27. eo caſu, quo adeſſet ſola perſona Eccleſiaſtica, non habens actionem, ad reddendum diſponentem inteſtatum pro illa conſuetudinaria medietate anti[illegible], ex ratione adducta æqualitatis ſervandæ, quæ benè equidem tu[illegible]ret; ſecus quādo adeſt conjunctus laicus, cuius exiſtentia operatur, ut quoad illam moriens habea-[illegible] abili, ſicque aperta tu[illegible] Clerico accedēdi un[illegible] iam, & [illegible]

Immò idem [illegible] ne-
rò 29. in [illegible] exponit qu[illegible] dicendum [illegible] laici nollent ager[illegible] ceſſioni conſuetudinariæ bonorum antiquorum, quoad dictam medietatem, an clericus poſſit hoc non obſtante, admitti ad portionem vigore Conſuetudinis debitam, aperta iam via per exiſtentiam ipſius laici, & affirmativè concludit; quia medietas
16 hæc, poſtquam jure Conſuetudinario fuit delata, unicuique ex proximioribus cenſetur delata pro ſua portione, *l. delata ff. de verborum ſignific. cum Concordan.* & proptereà quicquid dicant, aut agant laici, adeundo, vel renunciando, non poſſunt niſi eorum partem renunciare, vel adire, aliiſque rationibus per ipſum *Caput.* etiam ad propoſitum congeſtis.

Pro eadem opinione noviſſimè conſu-
17 luit, & favorabili poſtmodum deciſione victoriam reportavit *Conſ. Rocco*, ut habetur in eius *reſponſ.* 48. *tom.* 2. ubi *num.* 20. & 21. in cauſa † D. Olimpiæ Capyciæ, quæ tanquam laicalis perſona, quia impugnavit teſtamentum quon. Ill. Marchionis Villæ Io: Baptiſtæ Manſi eius fratris, & petiit bonorum antiquorum medietatem vigore Conſuetudinis, ſimilitèr aperuit viā D. Iſabellæ Capyciæ, profeſſæ in Regali Monaſterio Sanctæ Claræ, cujus beneficio demum fuiſſe deciſum refert, per Spectabilem Regentem Caſanatta, quod debitores, & rendentes hæreditatis prædictæ quond. Marchionis correſpondeant pro medietate dicto Monaſterio, ex perſona præfatæ D. Iſabellæ Capyciæ, ibidem monialis profeſſæ, de qua deciſione mentionem facit etiam *De Luca ad Franch. dict. dec.* 411. & in ſimilibus terminis noſtra-

P rum

rum Conſuetudinum,ita docuit etiã *Cardin. Zabarella conſ.* 144. *in fin. verſ. item, ut prædixi* : & *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 3. *quæſt.* 3. *art.* 2. *n.* 3. idem ſuſtinuit *Reg. D. Eraſmus de Pont-*in eius *alleg.* inſerta inter *diverſ. alleg. Reg. de Marinis*, quæ eſt 114. *num.* 33. & videndus eſt pariter ad propoſitum *P. Molfeſ. in ſuo comment. ad Conſuet. Neapol. d. quæſt.* 7. *par.* 2. *num.* 39. & 40. & *dict. eius conſ.* 27. Quibus breviter exaratis, ità meum exponere conſiliũ exiſtimavi, meliori ſemper in aliis caſibus cẽſurę ſubmiſſus, haud perpendere derelinquens, quę fuſius alibi pari occaſione ſcripſi, quęvè ſanè videri poſſunt *Controu.* 28. & 29. *mei* 2. *vol.* ubi cũcta prorſus, quę de hujuſmodi materia per noſtrates cõſiderãtur in variis,&quãpluribus caſibus,qui diverſi modè accidere in contingentiis poſſunt, omninò inſpiciuntur, ac ſigillatim examinantur, pręcipuè *dict. Contr.* 28. ubi etiam circà finem huius cauſę meminimus, atque illam fuiſſe trãſactione ſopitam,expoſuimus;ideo ad ibidem dicta alia dicenda refero.

## CONTROVERSIA XXII.

**Legatum, quomodo dignoſcatur, an ſit conditionaliter taxativè, vel demonſtrativè ſuper aliqua re certa, ejuſq; in pretio relictum?**

### SVMMARIVM.

1 *Facti narratio, ac ſeries rei controverſæ, exponitur.*

2 *Legatum, ſolvendum ex voluntate Teſtatoris ſuper prætio alicuius Feudi, fundi, vel alterius rei, quę vendi debet, an cenſeatur demonſtrativè, vel taxative relictum?*

3 *Pretium ſuccedit loco rei.*

4 *Legatum eſt ad inſtar certæ ſpeciei, ſi ſit relictum in pretio alicuius rei.*

5 *Regula ad dignoſcendum, quando legatum ſit taxativè, vel demonſtrativè relictũ ſuper aliqua re.* 6.

7 *Conditio temporis, appoſita à Teſtatore pro ſolutione legati ſuper certa re, efficit, ut dignoſcatur, legatum eſſe taxativè relictum.*

8 *Teſtator, quando unico verborum contextu corpus adiecit, unde ſit ſolvendum legatum, ſemper taxativè in illo videtur loqui.*

9 *Legatum in dubio videtur iudicandum taxativũ, ſi ſit ſuper re certa.*

10 *Legatum pium, etſi videatur taxativum, an reſolvatur in demonſtrativum favore piæ cauſæ?* & 12.

13 *Legatum taxativum prefertur cæteris legatis ſuper illa re, uel fũdo, in quo fuit relictum: nec patitur diminutionem, ſi hæreditas non ſit ſolvendo pro aliis legatis.*

14 *Legata quantitatis diminuuntur pro rata, non exiſtente hæreditate ſolvenda. Et quid favore pię cauſę?*

15 *Non ſic legata certæ ſpeciei, quæ non patiuntur diminutionem.*

16 *Legatum ſpeciei dicitur ſpeciale, & legatum quantitatis eſt generale.*

17 *Generi per ſpeciem non derogatur: nec ſpecies patitur diviſionem.*

18 *Legatarius ſpeciei dicitur in re legata melioris conditionis, cùm in ſpecie ſit magis dilectus.*

19 *Legata in ſpecie re perempta, perit etiam legatum.*

20 *Teſtatoris veriſimilis mens eſt attendenda; præſertim favore pię cauſæ.*

22 *Cauſa liberorum excepta, ſemper eſt privilegiata cauſa, quæ reſpicit ſuffragium animæ Teſtatoris,* & 23.

### ARGUMENTUM.

Legatum, ſolvendum ex teſtatoris volũtate, ſuper pretio venditionis alicuius Feudi, Fundi, aut cuiuslibet ſimilis rei certæ, eſſe conditionaliter, taxativè, non autem demonſtrativè relictum, præ-

præſertim quando ab eodem ſtatuitur tempus ſolutionis præfati legati, nempè poſt dictam rei venditionem, & ex illius pretio, dilucidè demonſtratur: Immò, cōtrariis rejectis, idem apertis juribus deniq; comprobatur, & recens Sacri Regii Conſilii deciſio, pro quæſtionis coronide, affertur.

1 DOminum ad plenè dignoſcendas voluntates, eorumq; ad unguem diſpoſitiones ſervādas, his, quæ deficere videntur in verbis, Jura conjecturis, & præſūptionibus facilè ſuccurrunt; Quadere, quia ad illas, in facti ſpecie proponēda, recurrere debemus, principiò prēmittamus oportet: Ex legatis, quæ inter cætera inveniuntur ordinata ab V. J. D. Hyacintho Morrillo, Utili Domino Terræ Cerciæ minoris, in ſuis ultimis teſtamentariis tabulis, conditis decimo kalēdas Septembris 1671. pium illud ab eodem fuiſſe relictum legatū, favore Sacræ Domus Sanctiſſimæ Annunciatę hujus Civitatis, nūmorum mille, & quincētum, aureorum, quos ſolvendos eſſe, diſpoſuit ipſe teſtator ex pretio enunciatę Terræ Cerciæ parvæ, ſtatim, ac ex ejuſdem venditione ad ſuos hęredes perveniret præfati pretii pecunia, in qua ſtatuit, ut ipſa S. Domus ejus legataria, ſatisfieri deberet in integrū de dictis nūmis aureis mille, & quincentum, ut ſupra legatis, cum onere tantùm celebrandi anniverſariū perpetuum, ſingulis annis, pro animæ ipſius diſponentis ſuffragio, ſecuta tamen prēfati legati ſolutione, nec ante.

At, cum reperiatur iam vendita prædi-
2 cta Terra Cerciæ minoris, & pecunia, ab emptore ſoluta jam penès publicam arcam ſit depoſitata; inſteterunt itaq; dictæ S. Domus Gubernatores pro liberatione enūnciatæ quantitatis in integram ſatisfactionem hujus legati, taxativè ordinati ſuper pretio præfatæ Terræ, cæterorum non obſtante legatariorum concurſu ſuper ipſius pretii depoſito, cum illis minimè præcludatur aditus, & ſuos greſſus dirigere benè poſſint ad alia bona hæreditaria ejuſdem quond. Hyacinthi, quod ipſi S. Domui prohibetur, dum nequit, ſatisfieri pro hujuſmodi legato, niſi ſolū ſuper d. pretio.

Aperto igitur Jure, his in facto perpen-
3 ſis, integra ſperatur liberatio dictorū ducatorum mille, & quincentum ex præfato depoſito pretii prænominati Feudi, ut ſupra venditi, cum conſtet nimis apertè, illud ſucceſſiſſe loco rei, hancq; fuiſſe prædicti teſtatoris volūtatem, itē colligatur ex claris verbis infraſcripti legati, incipientibus, videl.

*Item Io predetto Dottor Giacinto Teſtatore laſcio alla Caſa Santa della Sanctiſſima Annunciata di queſta Città doc. 1500. da pagarſeli all'hora, quando pervenirà il denaro di d. Terra di Cerza picciola à beneficio delli miei heredi. Reſtando detta Venerabile Caſa Santa obligata in tempo ſe li farà detto pagamento, celebrare un funerale ogn' anno in perpetuum per l' anima mia nel giorno di mia morte, dichiarando, che pendente detto pagamento faciendo, non voglio, che li miei heredi habbiano obligo di corriſpondere neſſuno intereſſe à detta Venerabile Caſa Santa per cauſa di detto legato, fol. 367.*

Quibus poſitis; quòd legatum prædictū
4 ſit ad inſtar certæ ſpeciei, cum conditionalitèr taxativè, non autem demōſtrativè, reperiatur relictum S. Domui A. G. P. ſuper dicto pretio, dubitari non poterit: tàm ſi ipſius legati verba, quā ſi ſequentē Juris-Conſultorū ponderabimus incontrovertibilē concluſionem. Et propterea, quòd dicta Sacra Domus, ſaltem omnibus aliis legatariis præferri debeat, in eodem pretio concurrentibus, nec ullā ejus legatū pati poſſit diminutionem,

quamvis hæreditas non eſſet ſolvendo, dilucidè nunc demonſtrabimus.

Ad dignoſcendum nàmq; utrum lega-
5 tum,quod ex pretio,vel ex fructibus certè rei relinquitur,ſit taxativè, vel demonſtrativè factum,ea cõmuniter DD. utuntur regula, ut ſcil quotiès Teſtator duas componit orationes: alteram, in qua mandat Titio dari aliquid, & alteram, in qua demonſtrat, undè illud eidem ſolvi poſſit, & tunc ſemper iſta ſeparata oratione,videtur tantùm corpus ſolutioni demonſtrativè adieciſſe,ex cauſa nempè facilioris exactionis, nõ ut tale onus inhæreat ipſi rei demonſtratæ. At quotiès corporis aſſignatio, ex cujus pretio, vel fructibus legatum eſt præſtandũ, unica oratione ſubſtantiæ ipſius legati adiiciatur, putà ſi Teſtator eodem ſermone, quantitatem legatam, & corpus,undè ſolvi debeat complectatur, & tunc omninò taxativè legaſſe
6 cenſetur; præſertim ſi aliquam ſubjungat etiam conditionem temporis, (prout in caſu noſtro) cùm tùnc conditionalitèr taxativè ſuper certa re legaſſe, dicendum ſit, iuxtà intellectum, *tex. in l. ſi quis ſervum* 8. §. *ſi quis ità*, *ff. de leg.* 2. ibi: *Ex illo fundo amphoras decem*; *l. cum certus* 5. *ff. de tritic. vino, & oleo legat. & l. ex eo* 13. *ff. eod. tit.* ibi: *Ex eo vino, quod in illo fundo naſcetur*; *l. legatum*, §. *vini falerni*, *ff. de ann. legat.* & tandem ex *tex. in l. Lucius* 12. *ff. de alim. & ciba. leg. & l. quidam teſtamento*, *ff. de leg.* 1. quam decantatã juris regulam apud *Bart. in dict. l. quidam*; ſectantur *Mantic. lib. 9. de conject. tit. 3. num. 20 Grat. diſcept. for. cap. 256. num. 22. & cap. 988. nu. 18. & 23. Menoch. lib. 4. præſumpt. 162. num. 48. Valaſch. de jur. emph. q. 32. num. 17. Dec. conſ. 324. vol. 1. Caſtill. contr. iur. lib. 4. cap. 54. Merend. contr. iur. tom. 2. lib. 17. q. 37.*

Sed præter alios, ſic optimè eandem cõ-
7 probant doctrinam inter noſtrates, poſt *Napodan. in Conſuet. ſi qua mulier num. 24.* etiam *Præſ. de Franch. deciſ. 482. num. 6. & dec. 721. Gizzarell. dec. 84. num. 15. Camill. de Curt. in diverſ. feudal. p. 1. cap. 9. num. 29. Reg. Rovit. deciſ. 57. Præſ. Merlin.* qui nonnullos congerit, *tom. 1. cap. 61. & tom. 2. contr. for. cap. 46. num. 20. & cap. 82. à num. 5. cum ſeqq. Præſ. Amat. conſ. 32. num. 3. & conſ. 37. Caſar. pereg. quæſt. 21. Reg. de Marin. tom. 2. reſ. iur. c. 124. Conſ. Prat. lib. 3. diſcept. for. cap. 34. Conſ. Rocc. tom. 1. reſp. 50. & Conſ. de Roſa conſult. 61.* Qui omnes unico ore concludunt pro hac regula generali, ut quando nimirùm una, eademq; oratione teſtator diſponit, dicens aliquid dari Titio ex pretio, vel fructibus perveniendis ex aliqua re, tùnc legatum ſit abſq; dubio taxativum; ſecus verò, ſi duplici ſermone, aut alia ſeparata oratione, corpus ſolutioni adjiciat, cum penitùs tunc demonſtrativum dicatur legatum.

Si igitur in caſu, de quo agitur, unico
8 verborum contextu, eademque oratione teſtator legavit prædictos duc. 1500. atque conditionalitèr taxativè corpus adiecit, undè, & quando ſolvi deberent, dùm dixit: *Laſcio alla Caſa Santa della Santiſſima Annunciata docati 1500. da pagarſeli all'hora quando pervenirà il denaro di detta Terra di Cerza picciola à beneficio delli miei heredi.* Quomodò dubitari nunc poteſt, prædictum legatum non dici debere conditionale, & taxativum; dum eſſe tale, patet ex
9 eiſdem verbis teſtamenti; eò fortiùs, quia prædictis additur, quòd in dubio legatum ſemper eſt iudicandum taxativum, ut probat *Andr. in cap. 1. num. 1. de notis feudor.* & eum ſequũtur *Camill. de Curt. loc. cit. nu. 43. fol. 26. Reg. Merlin. dict. cap. 82. num. 11. & Conſ. de Roſa ubi ſup. num. 3.*

Nec dicere obſtabit, quòd legatum prę-
10 dictum, cum ſit pium, quamvis videatur eſſe taxativum, reſolvi nihilominùs debeat in demonſtrativum, au-

tho-

Digitized by Google

thoritate *Romani ſing.*435. & ſequa-
cium, quos refert *Epiſc. Maranta*
*in eius reſp.*15. *num.*76. *& ſeqq.par.*
4.tùm quia de opinione prædicta nul-
la eſt habenda ratio, cùm minimè
ſit in Sacro Regio Conſilio recepta,
prout latè ex tribus *Preſ. de Fran-
ch. deciſionibus*, teſtatur *Reg. Rovit.*
*dict. diciſ.* 57. *à num.*7. *uſque ad* 10.
& meliùs *à num.* 13. *uſq; ad fin. deciſ.*
quem ſequuntur *Io. Bapt. Thor.* alias
tradens deciſiones *in ſumma privil.*
*piæ cauſæ, privil.* 267. *Ricc. collect.*
*deciſ.*3509. *Conſ. Staiban. tom.*2. *re-
ſol.* 106. *& Navar. in tract. de pri-
vil. miſer. perſ. privileg.* 163. *num:*4.
11 tùm etiam, quia dato, quòd ſit ſubſi-
ſtens *Marantæ* opinio, locum habere
poteſt tantùm in favorabilibus, dùm
favore piæ cauſæ introducta reperi-
tur, ideoque procedit, quando ſumus
12 in dubio, ut tunc potiùs demonſtra-
tivè, quàm taxativè legatum cenſea-
tur factum favore piæ cauſæ; Non
autem, quando manifeſtè conſtaret
ex verbis, vel ex aperta teſtatoris
mente, ſecundùm Iuris regulas, le-
gatum eſſe prorsùs taxativum; tunc
enim nec piæ cauſæ favore, poterit
reſolvi in demonſtrativum, uti benè
declarat *Merend. contr. iur. tom.* 3.
*lib.* 17. *d. cap.* 37. *à num.* 39. *cum ſeqq.*
Et ita quoq; ſe meliùs poſtmodũ ex-
plicat idẽ. *Marãt. d. c.* 15. *n.* 80. *&* 81.
Undè videtur omninò concludendum,
13 legatum, de quo ad præſens agitur,
cùm ex claris verbis Teſtatoris ſit
conditionalitèr, taxativè relictum fa-
vore dictæ Sacræ Domus, ſuper præ-
tio tantùm prædictæ Terræ Cerciæ
minoris, eſſe omnibus aliis legatis
præferendum, nec aliquam pati poſ-
ſe diminutionem, etſi hæreditas dicti
quond. Hyacinthi Morrillo non eſ-
ſet ſolvendo; Quia non abſolutè dici
14 debet legatum quantitatis, ut locum
habere poſſit *textus* diſpoſitio *in l.*
*quærebatur*, *ff. ad leg. Falcid.* per
quem *tex.* tenent *DD.* quòd legata
quantitatis diminuantur pro rata,
non exiſtente hæreditate ſolvendo;
15 Sed potiùs eſt certæ ſpeciei, dùm ſu-
per certo corpore fuit taxativè reli-
ctum, & ſic nullã pati debet deductio-
nẽ, per *text. in l. in fideicõmiſſorum*,
*ff. ut in poſſeſſ. legat. & in l. ſi quis*
*teſtamento*, *§. apud Iulianum*, *ff. de*
*leg.* 1. uti ex communi opinione re-
fert deciſum *Præſ. de Franch. deciſ.*
236. *à num.*5. his præſertim rationi-
16 bus, quia legatũ ſpeciei dicitur ſpe-
ciale, & legatum quantitatis dicitur
generale, & generi per ſpeciem dero-
17 gatur, nec ſpecies patitur diviſionẽ;
nàm legatarius ſpeciei dicitur melio-
ris conditionis, cum in ſpecie ſit ma-
gis dilectus, & dominium ipſius cer-
tæ rei legatæ recta via in dictum le-
18 gatarium tranſeat, *l. ſi Titio in fin. ff.*
*de furt.* Ideòq; perempta re in ſpecie
legata, perit etiam legatum, nec de-
19 betur aliquid legatario ſpeciei; quod
non accidit legatario ſolùm quanti-
tatis, ut ait *Mantic. de conject. ult.*
*voluntat. dict. lib.* 9. *tit.* 12. *num.* 3.
Quæ opinio, cùm apud DD. ſit verior,
20 & conformis videatur voluntati Te-
ſtatoris, præſertim quando agitur de
legato ad pias cauſas, pro exonera-
tione ſcilicèt conſcientiæ, vel pro ce-
lebratione miſſarum, ad hoc, ut ip-
ſius Teſtatoris anima ab atrociſſimis
pœnis Purgatorii liberetur (proùt in
caſu noſtro) nàm tùnc hujuſmodi le-
gatum, cùm propriã Teſtatoris uti-
litatem, præſertim ſpiritualem reſpi-
ciat; in aliis verò legatis commodum
tantùm legatariorũ attendatur; ſup-
ponitur profectò, teſtatorem antepo-
nere voluiſſe ſuam alienæ utilitati, &
proindè, ut legatum prædictum, cer-
tæ ſpeciei ſignãter, nullam ſanè patia-
tur diminutionem, aut deductionem.
Quemadmodùm in propriis terminis
21 deciſum tradit *Præſ. de Franch. d.*
*deciſ.* 236. *in fin.* pro Hoſpitali San-
✠ cti Jacobi, contrà Hoſpitale Incura-
bilium, conſiderando veriſimilem te-
ſtatoris mentem, ex ea cauſa, cui ap-
plicabatur legatum illud, nempè in
erectio-

Digitized by Google

erectionem Iuriſpatronatus; quam decitionem ſummoperè commendat de more *Dom. Reg. Rovit. deciſ.* 87. præcipuè *à num.* 4. ubi ad confirmationem allegat *Rolandi conſ.* 25. *num.*
22 3. *cum ſeqq. & per tot. vol.* 4. nàm excepta cauſa liberorum, ſemper privilegiata eſt cauſa, quæ reſpicit ſuffragium animæ ipſius Teſtatoris, adhoc ut legatum, pro tali effectu relictum, non patiatur diminutionem, hæreditate non exiſtente ſolvendo, proùt communiter teſtantur, poſt *Surd. de alim tit.* 8. *privil.* 30. *num.* 6. *& Valaſc. de privileg. miſer. perſ. quæſt.* 8. *num.* 218. *cum Olea de ceſſ. jur. tit.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 20. etiam ex noſtratibus *Molfeſ. conſ.* 13. *Navar. d. privil.* 22. *Gizz. ad Reg. Latr. deciſ.* 12. *Altimar. in obſerv. ad cit. deciſ.* 87. *Reg. Rovit. & de Luca ad Franch. d. deciſ.* 246. poſt *Thor. in addit. ad Tiraquell. de piæ cauſæ, privil.* 56. *& Tuſc. concl.* 111. *lit. L.* cum nonnullis ex brevitate hìc preter miſſis.

Dubio procul ergò ſperatur, omnique Iure, per Sacrum Conſilium decidendum fore, legatum prædictum, conditionaliter taxativè relictum dictę Sacræ Domui A. G. P. ſuper pretio dictæ Terræ Cerciæ minoris, omninò eidem ſolvi debere, poſt ſatisfactionem Creditorum, ſaltem de reſiduo depoſiti, perventi ex venditione huius Terræ, aliis legatariis ab illo excluſis, eo magis, quia reliqua adſunt bona hæreditaria, ad quæ illi recurſum habere poſſunt, quod eidem Sacrę Domui minimè eſt permiſſum.

Cætera verò ſuppleat eximia Dom. Iudicantium doctrina, cui humilitèr ſubijcimus; Sicut inenarrabili eorundem integritate, his denique perpenſis, ità ad relationem Spect. Reg. Ill. Ducis Campimellis D. Trojani Mirobballo, tunc Reg. Conſil. & cauſæ commiſſarii, anno 1682. ſecundùm allegata fuit deciſũ, pro integra legati ſolutione in pręfato prętio d. Terrę Cerciæ minoris, ut ex actis in B. dę Fuſco.

## CONTROVERSIA XXIII.

### Promiſſa, in ceſſionis, ac in ſolutum dationis contractu, evictione, & omni tempore exigibilitate nominis ceſſi, an dici poſſit huiuſmodi contractus vera datio in ſolutum, an ſimplex ceſſio, & quædam ipſius nominis aſſignatio?

### SVMMARIVM.

1 REi cõtroverſę ſeries exponitur.
2 *Promiſſio evictionis, quid ſonet?*
5 *Nominis debitoris in datione in ſolutum; ſufficit ſolùm, illum præſtare eſſe debitorem efficaciter obligatum, nõ autẽ, quod ſit ſolvẽdo.*
6 *Evictio, promiſſa de jure, & de facto, in ampla forma quid importet?*
7 *Exigibilitas nominis ceſſi, de jure, operatur, ut debitum exigi poſſit; de facto, ut ſit facilis exactionis.*
8 *Promittens exigibilitatem de jure, & de facto, tenetur præſtare debitorem eſſe ſine exceptione, facili exactione, atque omni tempore capacem, & ſolvendo; num.* 9.
10 *Cedẽs, & in ſolutũ dãs nomẽ debitoris, promittẽs exigibile, ipſe tenetur*
11 *Promittens nomen debitoris verum, idoneũ, & exigibile, non liberatur.*
12 *Clauſula* omni tempore; *& dictio* ſẽper *perpetuitatẽ includit, &* 49.
13 *Idem clauſula,* omni futuro tẽpore.
14 *Exigibilitate promiſſa, ſi debitor fiat difficilis exactionis, tunc datur regreſſus contra cedentem.*
15 *Evictionis caſus fit, quando ceſſionarius non* poteſt *exigere.*
16 *Dos, & Pia cauſa æquiparantur.*
17 *Pia cauſa gaudet dotis privilegio.*
18 *Promittens dotem, & cedens pro illa nomen debitoris, tenetur præſtare exigibile, etſi id non ſit conventum; & extenditur etiam ad intereſſe.*

19 *Do-*

19 *Dotis favore, nunquam acquiſitio dicitur perfecta, & irrevocabilis; nec extinguitur prima obligatio.*

21 *Ceſſio quando dicatur facta demonſtrationis cauſa, & non taxationis?*

22 *Nomen debitoris intelligitur datũ pro faciliori exactione, quando eſt adjectum in executione, non in obligatione promiſſæ ſolutionis, præſertim in favorabilibus 23.*

24 *Nomen ceſſum æſtimatũ, præjudicat.*

25 *Datio in ſolutum, quando dicatur ſimplex, aut ceſſio pro facil. exactione?*

26 *Hypotheca ſpeciali reſervata cum dominio in bonis venditis, debitum non fuiſſe extinctum, nec pretium ſolutum, oſtendit, & num. 27.*

28 *Ceſſione ſimpliciter facta, cauſa ſolutionis, ut creditor ſatisfieri poſſit ſuper nomine ceſſo, periculum ſpectat ad ipſum cedentem nominis, non exacti, vel deteriorati.*

29 *Ceſſione ſimplici non dicitur, ſolvere, ſatisfacere, & à periculo liberari.*

30 *Cedens, ſimplici ceſſione, debet præſtare, debitorem ceſſum eſſe verum, & ſolvendo. Secus in delegatione, & inſolutum datione, num. 31.*

32 *Ceſſionarius quietationem faciens, per aquilianam ſtipulationem in beneficium cedentis, liberat eum ab omni periculo, & num. 34.*

35 *Ceſſionarius, factis diligentiis pro conſecutione nominis ceſſi, fundataque illius inexigibilitate, dirigit greſſus contra cedentem.*

36 *Decoctio notoria debitoris ceſſi excludit diſcuſſionem, & ſufficit illam tantùm allegare.*

37 *Diſcuſſio non requiritur, ubi conſtat, debitorem ceſſum eſſe ære alieno gravatum.*

38 *Cedens, litem aſſumere; omniaque damna reficere promittens, videtur, voluiſſe, ceſſionarium conſervare indemnem, illeſum, & teneri ad intereſſe.*

39 *Cedens, in caſu evictionis paſſæ, tenetur ad damna, & expenſas.*

40 *Evictio operatur, ut ſi de facto, licet iniuſto ſequatur, commiſſa ſit ſtipulatio, & teneatur promittens.*

41 *Caſus fortuiti, poſt in ſolutum dationem, & venditionem; cedunt in damnum ceſſionarii, & emptoris.*

42 *Contractus ex nova conventione, cum prorogatione termini ſolutionis, reducitur ad naturam contractus cenſualis, cujus capitale dicitur demortuum.*

43 *Datio in ſolutũ dat plenè dominiũ rei, abſq; alio periculo cedentis.*

44 *Quilibet, promiſſa ſervare tenetur.*

## ARGVMENTVM.

Evictione, ac exigibilitate promiſſa, omni futuro tempore, & ex quacumque cauſa, tam de iure, quam de facto, ſivè in ſimplici ceſſione, ſivè in ſolutũ datione alicuius nominis debitoris, an detur regreſſus contra cedentem, quoties hic debitor fiat decoctus, impotens, vel alio modo difficilis exactionis? Altercatur, & pro ceſſionario reſolvitur quæſtio: ut per huiuſmodi cõtractum, tali eveniente caſu, non liberetur cedens; ſed poſt opportunas creditoris diligẽtias, teneatur, nõ ſolũ ad ſortem, ſed reficere damna, & intereſſe, ob comiſſam ſtipulationem, idque apertè nonnullis oſtenditur claris argumentis, & inconcuſſis rationibus, geminaque demum Sacri Regii Conſilii profertur in cauſa deciſio.

1 NOn minus Piæ cauſæ favori, quàm propriæ animæ, ac ſuorum ſuffragiis proſpiciens qu. Cæſar Antonius Mormile, in ſuo ultimo elogio diſpoſuit, ut ſtatim ſequuto ejus obitu, pro trium celebratione Miſſarum in perpetuũ à RR. Patribus Venerabilis Monaſterii SS. Severini, & Soſſij, in propria ædicula, intus ejuſdem Eccleſiam, teneretur

ſuus.

Digitized by Google

ſuus legitimus hæres dictis PP. aut illã quantitatẽ capitalis, prout Io: Vincentius eius germanus frater decreviſſet, unã tantum vice, aut alio modo, annuos ſolvere introitus pro enũciata cauſa, quo melius, & congruè inter eos conveniri poſſet.

Quapropter, publicis intercedentibus
2 cautionibus, ſextò idus Maii 1656. Carolus Mormile filius, ac defuncti teſtatoris hæres, tam proprio, quàm procuratorio nomine dicti Vincentii pro aſſerti legati executione, ad convẽtionem devenit cum præfatis RR. PP. vigore cuius, propter dictum ſtipendium miſſarum trium, in perpetuum celebrandarum ſingulis diebus, promiſit, & ſe obligavit, ſatisfacere dicto Ven. Monaſterio, eiuſque RR. Patribus termille nũmos aureos, pro quibus in ſolutum, ac pro ſoluto dedit, ceſſitque, & aſſignavit ipſi Monaſterio, & ejus Patribus ſimilẽ ſummam, cum annuis ducatis biſcentum & decem, quos pro capitali triummille dictus Carolus, uti ceſſionarius Vener. Collegii S. Ioſeph Societatis Ieſu, aſſeruit, debere conſequi à Martio Pignatello, Principe Minervini, prævio Regio Aſſenſu, ſolvi, & reſtituere promiſſos infra certum tempus, iam elapſum, virtute publici
3 inſtrumenti. Voluitque idem hæres pacto expreſſo, ut tempore conſecutionis dicti crediti per d. Monaſteriũ, illud depoſitari deberet, ad aliã emptionem faciendam, pro obſervantia legati prædicti, atque ex introitibus perveniendis, dicti RR. PP. adimplerent quotidie miſſarum celebrationem; Et ita inquiens, itẽ ſe obligavit dictus hęres, creditum pręmiſſum facere verum, omnique tempore capax, & de evictione teneri his claris
4 verbis, videlicet; *Et amplius dictus Carolus promiſit creditum prædictũ, ut ſupra in ſolutum datum, ceſſum, & aſſignatum facere verum, reale, non exactum, nec alteri ceſſum, & quod omni tempore ſit capax ſuper omnibus bonis dicti Principis, nec non de evictione teneri, tam de jure, quàm de facto, vi, & violentia, generaliter, & ſpecialiter ab omnibus hominibus, & perſonis in ampla forma, omnemque litem in ſe ipſum Carolum aſſumere, & integrè reficere omnia, ac ſingula damna*, cum cęteris ſimilibus. Undè liquidò patet, nos
5 modò verſari, non in ſimplici datione in ſolutum nominis debitoris; cũ ſufficiat ſolùm illum pręſtare, eſſe debitorem efficacitèr obligatum, non autem, ut ſit ſolvendo, facili exactione, & omni tempore capax, juxtà *tex. in l. ſi nomen ff. de hær. vel act. vend.* Immò liberè fas eſt nobis, aſſerere, alitèr fuiſſe conventum in caſu præſenti; dum non ſolùm fuit promiſſum, facere dictum nomen ceſſũ verum, & reale, non exactum, nec alteri ceſſum, ſed etiam *omni tempore capax* ſuper omnibus bonis debi-
6 toris ceſſi, ac de evictione teneri, *tàm de jure, quàm de facto, in ampla forma*, aliaque fuiſſe expreſſa, clarè conſtat ex pręmiſſis verbis, quę prorſus exigibilitatem de facto importare vi-
7 dentur. Duplici namque modo datur exigibilitas, ſcilicet de jure, & de facto (ut eſt omnibus notum): De jure ſufficit, quod debitor ſit ſine exceptione, & legali providentia exigi poſſit: de facto autem, quod ſit locuplex, ideſt facilis exactionis; itaquę quando
8 promittitur hęc exigibilitas de jure, & de facto, tunc debitorem eſſe ſine exceptione, & ſolvendo cum facili exactione, promittens, pręſtare tenetur *ex tex. in l. ſi plus, §. qui nomen ff. de evict.* ut latiſſimè tradit, & deciſum refert *Montan. contr.* 44. adverſus ea, quę ſcripſit *Conſ. Hodier. contr.* 27. Ideoque cedens dixit, *de evictione teneri, tam de jure, quàm de facto, generaliter, & ſpecialiter, omnemque litem in ſe aſſumere, ac dam-*
9 *na reficere*: quia voluit promittere, non ſolùm debitorem eſſe verum, ſi-
1 ne exceptione, ſed etiam omni tempore

poſſe capacem, hoc eſt ſolvendo, uti deciſ. Reg. de Marin. reſ. quot. tom. cap. 42. n. 2. ubi Rodoan. & de Luca
Cedens etenim, vel in ſolutum dans no-
10 men debitoris, ac promittens illud exigibile, omnique tempore ſolven-
do, nunquam liberatur; ſed ſemper eum de evictione teneri, habetur ex text. in l. ſi venditor 39. ff. de action. empt. l. qui fundum 40. §. qui [illegible] ff. de contrah. empt. & Gloſ. in l. [illegible] venditor 38. ff. de dolo mal. cum DD. relatis à Gratian. diſcept. for. tom. 3. cap. 527. Et ità, promittens nomen
11 debitoris facere ſemper verum, & idoneum, idem eſt, ac ſi ſolvibile ſucceſſivis temporibus promiſiſſet, ut ait latè Grat. loc. cit. num. 35. cum Mangil. de evictìon. quæſt. 80. nu. 18.
12 præſertim ſi adſit clauſula, omni tempore, vel dictio ſemper, quæ omne tempus futurum includit Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. qu. 21. num. 69. Olea de ceſſ. jur. tit. 7. quæſt. 3. num. 28. prout, ſi fuerit promiſſum nomen ceſſum verum, & bonum omni futuro tempore, tunc intelligitur, ut debeat eſſe efficaciter obligatum, & ſol-
13 vendo; ita ut ſi difficilis exactionis fiat, detur tunc regreſſus contra cedentem ipſius nominis ceſſi, ſeù in ſo-
14 lutum dati Reg. de Marin. dict. cap. 42. num. 4. & 5. cum aliis congeſtis per Reg. Capyc. Latr. tom. 2. conſult. 148. à nu. 24. uſque ad 47. & Ma-
15 ſtril. deciſ. 140. num. 10. Idemque pariter, ſi fuerit promiſſa ſucceſſiva perceptio dictorum annuorum introituum. Nam quoties ipſe ceſſionarius non poteſt illos percipere, fit caſus evictionis, Montan. contr. 45. nu. 10. Reg. Capyc. Galeot. contr. 32. Item ſi ſit dictum, omni tempore capax, hoc eſt amplum, latum, ſufficiens, & ſic ſolvendo omnibus, ex traditis, & deciſis per Reg. de Marin. cap. 195. [illegible] lib. 1. Gratian. deciſ. 13. num. [illegible] Reg. Rovit. prag. 1. ſub num. 34. in [illegible] conſib. Conſil. Prat. tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 15. num. 38.

Clariſſ. id, etiam in Jure oſtenditur,
16 quia dos, & pia cauſa æquiparantur
§ [illegible] feud. alien. [illegible] §. fin. ff. de donat. Surd. deciſ. [illegible] num. 9. & quælibet
17 pia cauſa doctis privilegiis gaudet, ex Leonard. de privileg. [illegible] par. 2. priv. 94. num. 4. Promittens enim dotem, & pro ea cedens debitoris nomen, exigibile illud præſtare tene-
18 tur; etſi non fuerit conventum; Quod extenditur etiam ad intereſſe; & ampliatur ſimiliter in hac datione in ſolutum, ſicut in puncto per S.C. plu-
† res deciſum referunt; & in ceſſione, & in ſolutum datione, cauſa dotis R. Galeot. tom. 1. contr. 32. num. 76. Conſ. Staiban. lib. 1. reſol. 56. num. 27. Thor. in ſupp. deciſ. [illegible] debitor Conſ. Hodier. ad Surd. dec. 266. num. 18. Rot. de priv. mulier. cap. 4. n. 91. & 94. Alex. in l. ſi cum dotem, §. ſi mulier, ff. ſol. matr. Caſtill. deciſ. 5. nu. 7. & 12. tom. 1. Gratian. diſcep. forenſ. lib. 4. cap. 759. num. 8. Theſau. quæſt. for. 88. num. 13. lib. 2. Nam favore
19 dotis, nunquam nominis ceſſi acquiſitio dicitur perfecta, & irrevocabilis, ideoque non extincta, nec perempta primeva obligatio; Ita eò magis dicendum eſt in caſu noſtro, cum de
20 pia cauſa agatur; quæ dote eſt favorabilior, juxtà tradita per Tiraquell. de privil. piæ cauſæ privil. 126.
His ruſus additur, quòd dicta ceſſio, &
21 aſſignatio de qua loquimur, demonſtrationis gratia fuit facta, non verò taxationis cauſa; dum præfatus hæres, prius promiſit ipſi Monaſterio ſolvere dictos nũmos aureos termille, pro trium miſſarum celebratione in ſingulos dies, & poſtea pro illis ceſſit, & dictum debitoris annuorum introituũ nomen aſſignavit. Quod quidem fuit
22 adiectum pro executione, non autẽ in obligatione, dum ipſe cedens prius cæpit à pura promiſſione quantitatis, & poſtea ab illius ſolutione, & ſic intelligitur datum pro faciliori exactione, ſicuti deciſum tradunt in cauſa dotis, &

23 alimẽtorum *Præſ. de Fran.cum Ad-*
*dent. dec.721. Surd. de aliment. tit.*
*4. quæſt.* 26. *Dec. conſ.*323. & in pro-
priis terminis,pro erectioneCappella-
niæ *Olea de ceſſ. jur. tit. 7. quæſt. 3.*
*num. 23. & Guſman. de evict.quæſt.*
10. qui apertiſſimis, ad id compro-
bandũ utuntur *Textib. in l. Lucius*
*ff. de alim. l. legatum* 17. §. *vini, ff.*
*de ann. leg. l. ex eo, ff. de vin trit. &*
*ol. leg. l. nomen* § *uni, ff de leg. 3. l.*
*fideicommiſſum* 50. §. 1. *ff de iud. l. in-*
*ter ſtipulantem* § *ſacram ff. de verb.*
*oblig. l. Firmio Heliodoro, ff. quan.*
*dies l. ced.* cum aliis apud *Garzi de*
*expenſ. cap. 4. Pacciu cent. 6. qu.* 34.
*& Acoſt. de pri. cre. reg. 3, amp. 5. n.* 20.
Et quamvis nomen debitoris,datum ta-
24 men æſtimatum,etſi inexigibile,reci-
pienti præjudicet, & ipſe ad omnes
expenſas teneatur, ex *deciſ. Præſ. de*
*Franch.* 108. etiam in dote;dum ex-
penſæ, per virum factæ in exigendo
nomen debitoris,nequeunt repeti. Ni-
hilominus, ſi in dotem ſimpliciter ſit
datum, tunc omnes expenſæ repetũ-
tur, ac de dote deduci debent *Bart.*
*in l.* 1. §. *neceſſariæ in fin. ff. de impenſ.*
*in reb. dot. fac. Ricc. ad d. deciſ. Præſ.*
25 *de Franch.* 108. At in præſentiarũ,ut
annuimus, non fuit ſimplex datio in
ſolutum huius nominis, prout erat
propriè,& quale reperiebatur ad hoc,
ut omne lucrum, aut damnum, ſeu
periculum cederet ceſſionario, quia
fuit promiſſum omni tempore ca-
pax, & ſic ſemper ſolvendo; Undè
cedens omninò manutenere,tenetur
ipſum ceſſionarium ſemper in eadem
qualitate promiſſa; cum adſit pactũ
ſpeciale,faciendi nomen verum, bo-
num, & exigibile,quod operatur, ut
26 donec pretium ſolutum fuerit per
debitorem in ſolutum datum, intel-
ligatur reſervata ſpecialis hypoteca,
& dominium ſuper bonis venditis,
prout in caſu in ſolutũm dationis
edocet *Reg. Capyc. Latr. conſul.* 148.
*num.* 31. *&* 41. ſignum enim eſt evi-
dens, debitum tali ceſſione, non fuiſ-
ſe extinctum, & prætium minimè ſo-
lutum,ut ait *Surd. deciſ.* 23. *num.* 8.
Hinc apertè deducitur ( cum ſit idem
27 pactum adjectum in dicta ceſſione,
facta per dictum Collegium S. Ioſeph
præfato Carolo Mormile ) non eſſe
quidem perfectam in ſolutum datio-
nem, propter enunciatam perpetuã
capacitatem nominis ceſſi, ac exigi-
bilitatem illius promiſſam, ut decidit
*Rot. in deciſ.* 11. *nu.* 5. impreſſa apud
*Oleam poſt tract. de ceſſ. jur.* & proin-
de illa reduci debet ad ſimplicẽ ceſſio-
nem, ac pro faciliori exactione aſſi-
gnationem, & ad finem tantùm con-
ſequendi annuos introitus, conven-
tos pro celebratione miſſarum Nam
28 ceſſione, vel aſſignatione, facta ſim-
pliciter cauſa ſolutionis, & ut credi-
tor ſibi ſatisfiat ſuper nomine ceſſo,
tunc periculum nominis non exacti,
aut conditione deteriorati, ſpectat
ad ipſum cedentem, non autem ad
ceſſionarium,ut tradunt præ cæteris,
*Maſtrill. tom. 2. deciſ* 179. *à num.* 17.
*ad* 19. *Olea dict. tract. de ceſſ. jur. tit.*
*7. q.* 3. *num.* 18. *Grat. diſcep. for. lib.*
*3. cap.* 521. *& deciſ.* 13. *num.* 41.
Per ſimplicem enim ceſſionem, non di-
29 citur quis ſolvere, & ſatisfacere, nec
liberatur ſanè à periculo, ſed datur re-
greſſus contra cedentem pro eo, quod
non exigitur *Dec. conſ.* 99. *nu.* 4. dum
30 in ſimplici ceſſione, tenetur cedens,
præſtare debitorem, eſſe verum, lo-
cupletem, & ſolvendo, ut poſt *Oleam*
*loc. cit. n.* 17. tradit *Conſ. Staiban. to.* 1.
*obſer. reſol.* 96. *num.* 6. Secus in ſim-
plici delegatione, venditione, & in
ſolutum datione, ait idem, *Staiban.*
*tom. 2. reſol.* 190. Ità in caſu noſtro
præfatus hæres voluit,capitale prædi-
ctũ aſſignare,ut Monaſterium ex illo
exigeret tantùm annuos introitus,
pro deſcripta miſſarum celebratione,
non obſtante, quod in ſolutum eidẽ
dediſſet; quia pacto expreſſo fuit cõ-
31 ventum, ut tempore, quo Monaſte-
rium creditum prædictum conſeque-
retur, depoſitare deberet in publica
arca

Digitized by Google

arca pecuniam,pro illa implicanda in
aliã emptionẽ,ut ex introitibus ab ea
perveniẽdis celebrarentur dicta tria
Sacra quotidiè in perpetuum, donec
de eodem capitali fuerit facta emptio
32 libera pro tali effectu.Idque eſt adeò
verum,nam Monaſterium in hac ceſ-
ſione ei facta, nullam penitùs de re-
cepto confeſſionem, nec minus quie-
tationem fecit, de more in beneficiũ
cedentis, qui neq; prout de jure,ipſũ
Monaſterium conſtituit,uti procura-
torem in rem propriam,pro dicto no-
mine ceſſo; ulla alia ſanè de cauſa,
niſi quia nõ fuit vera in ſolutum da-
tio, & liberatio, ſed tantùm, ut dixi-
mus, ſimplex pro faciliori exactione
nominis aſſignatio. Quando enim
33 ceſſionarius in beneficium cedentis
per aquilianam ſtipulationem quieta-
tionem facit, tunc omne periculum,
ac damnum erit poſtea ipſius ceſſio-
34 narii,quo cõſtituto procuratore,tan-
quam in rem propriam, iam videtur
clarè inducta datio in ſolutum, & ce-
dens omninò ſolutus ab omni pericu-
lo, ut teſtantur DD. ex *tex. & Gloſ.
in l. 3. C. de novat. Gloſ.in l. delega-
re, 11. ff. eod. tit. verſ. vel ſic*, quos
refert *Conſil Staiban. reſol. 96. nu.
28. tom. 1. & reſol. 190.num. 19. &
63. tom.2.* Immò in dubio,hujuſmo-
di contractum ſemper cenſendum eſ-
ſe ſimplicem ceſſionem, non verò in
ſolutum dationem, ait *Olea de ceſſ.
jur. d. tit. 7. quæſt.3 num. 9.*

Quibus ità præmiſſis, cum liquidò con-
35 ſtet, præfatum Monaſterium feciſſe
omnes diligentias, pro conſecutione
dicti nominis ceſſi, & illud non eſſe
ullo modo exigibile,ex notoria deco-
ctione, quam uti talem, ſufficit tan-
36 tùm allegare, ut ajunt *Bart. in l. ſi
ſic ego, ff. ſi cert. petat. Reg. Rovit. in
Pragm. 3. num. 12. tit. de ceſſ. bon.
Gratian. diſcept. for. tom.3. cap.527.
num.11. Rot. Genu. deciſ. 45. Reg. de
Marin. reſol. cap. 191. num. 7. tom.
1. Montan. contr. 44. num.3.* nec re-
quiri diſcuſſionẽ, deciſum refert *Ca-
pyc. deciſ. 54. num. 5.*, ubi conſtat, de-
37 bitorem ceſſum eſſe, ęre alieno nimis
gravatum; vel ſi adſit difficultas in
exigendo, *R. Capyc. Latr. tom. 2. con-
ſult. 148. num. 7. Olea de ceſſ. jur. tit.
7. quæſt. 3. num. 38.* Et dum cedens
promiſit omnem litem in ſe aſſume-
re, omniaq; & ſingula damna reſice-
38 re, cenſetur promiſiſſe, velle Mona-
ſterium conſervare indemnem, & il-
lęſum, eumq; liberare à moleſtiis, la-
boribus, & expenſis, ac ſolvere ſortẽ,
& uſuras, ex *Ruin. tom. 1. conſ. 187.
num. 2. Mangil. de evict. quæſt. 2. nu.
13. & quæſt. 61. num. 11. Poſt. deciſ.
582. num. 2. & 7.* poſt *Bart. in l. pa-
39 ter, num. 1. ff. de dot. præl.* Benè igi-
tur ad damna omnia tenebitur in evi-
ctione paſſa, *l. ſi cum quæſtio 17. C.
de evict. l. fidejuſſor 15. ff. de do[illegible] mal.
except. Grat. diſcept. for. cap. 33. nu.
7.* cum hæc cuncta expreſsè in caſu
præſenti fuerint iam promiſſa.

Evictio enim, quæ eſt impedimentum,
40 & moleſtia, quando fuit promiſſa
quocumq; modo, & cauſa, tàm de
jure, quàm de facto, operatur, ut et-
ſi ſequatur impedimentum de facto,
etiam injuſto, omninò debeatur, &
commiſſa ſit ſtipulatio, promittenſq;
teneatur, *Mangil. de evict. qu. 150.
n. 14.* poſt *Bald. conſ. 121. 296. vol. 2.*

Hinc obiicere, non obſtat, in enunciato
inſtrumento ceſſionis dici, prædictũ
41 capitale eſſe in pleno dominio ipſius
ceſſionarii, cum ſimilibus verbis; nam
ſunt de Notariorum tantùm ſtylo, &
nunquam nocere poſſunt; Cum con-
trarium conſtet ex ſpecialibus pactis,
in eodẽ appoſitis, per quæ dicto Mo-
naſterio favetur, eò magis, quia non
fuit in mora, aut culpa exigendi; quod
adeò verum eſt, nam moratoria non
obſtãte, etiam exegit à dicto Ill. Prin-
cipe debitore, cujus decoctio videtur
adfuiſſe, tàm tempore ceſſionis factę
dicto Mormile, quàm ipſi Monaſte-
rio deſcripto anno 1656. quo erat ni-
mis creditoribus gravatus, & paſſus
erat plurium annorum ſterelitatem



Digitized by Google

in agris, quæ conduxerat à Reg. Curia, cujus cauſa, & pro præterita contagione, dictam obtinuit moratoriam
Qua de re nequit dici, ex caſu fortuito
42 damnum accidiſſe poſt ceſſionem: neque applicari poſſunt, quæ ajunt DD. ut caſus fortuiti poſt in ſolutum dationem, & venditionem, in ceſſionarii, & emptoris damnum cedant, ſicuti deciſum tradit *Reg. Capyc. Latr. tom. 2. conſult.* 148. *nu.* 16. & idcircò malè ſupponitur, Monaſterium diſtuliſſe, exigere capitale prædictũ, ex culpa, aut negligentia; Nàm, perpendatur, rogo, dictum Collegium fuiſſe potius in gravi incuria, cum (ultrà ceſſionem debitoris iam decocti, & cui ex nova conventione antea prorogaverat terminum ſolutionis, cum diminutione priſcę annualitatis) videatur, voluiſſe tali prorogatione termini ſolutionis, reddere contractũ ad propriam cenſualem naturam, cujus eſt, capitale eſſe demortuum, arbitrioq; debitoris, non autem creditoris eſſe reſtituendum, ut poſt alios fundat *Præſ. Merlin. contr. for. cap.* 31. *num.* 23. *lib.* 1. & deciſum tradit *Theſaur. lib.* 2. *qu. for. cap.* 54. *nu* 7. dicens, creditorẽ fuiſſe in culpa, quia prorogavit terminum, ex nova conventione exactionis tertiarum. Immò *Conſil. de Roſa conſul.* 7. loquens de vera in ſolutum datione, ac dominii translatione, prout etiam *Conſil. Staib. loc. cit.* de extinctione debiti, uterque aſſerit in propria cauſa, ceſſionarium fuiſſe conſtitutum procuratorẽ in rem propriam, cum evictione in futurũ, prævia quietatione per aquilianam ſtipulationem. Quapropter, non eſt mirum, ſi omnes caſus fortui-
43 ti, tali modo cedant periculo recipientis, quod non verificatur in caſu præſenti; Nam, ut ſupra demonſtravimus, in enunciata noſtri facti ſpecie, non adeſt vera in ſolutum datio, & per conſequens, nec adfuit dominii translatio in ceſſionarium, dum fuit pacto expreſſo conventum, ut tempore conſecutionis capitalis prædicti, depoſitari illud debuiſſet pro alia emptione facienda; neque ipſe ceſſionarius fuit conſtitutus procurator, tanquam in rem propriam, facta itẽ quietatione; ſed fuit è contra promiſſa perpetua capacitas, & evictio omni tempore de jure, factoque: nec cedens remanſit ſolutus à periculo, & caſibus fortuitis, ſed ad illos ſemper teneri voluit, hoc prævidens idem Monaſterium, ut pro dicta miſſarum elemoſyna eſſet cautum, & nomen debitoris reciperet, tanquã pro faciliori tantũ exactione, illis nimirum verbis: *ceſſitque, & aſſignavit, ſpeciali pacto promiſit, facere d. creditũ omni tempore capax*, hoc eſt ſolvendo *ſemper in futurum*, dum dicitur, *dictum creditum*, non verò *capitale*, undè oſtenditur perpetua exigibilitas, cum introitus ſua natura ſint perpetui, & tanquam ſpecificè promiſſi, à capitale ſeparentur, ac debeantur principaliter, & de per ſe iure actionis, uti deciſum tradit *Reg. de Marin. reſol. cap.* 199. *n.* 9. *lib.* 1. & cum ſit ſubſequuta hæc notoria decoctio, conſtetque debitorem ceſſum, iam non eſſe capacem, ſicque non ſolvendo, aliud non eſt ulteriùs expectandum.
Ex his omnibus clarè ergo liquet, cõmiſ-
44 ſam eſſe ſtipulationem: Et cum quilibet omni jure teneatur, pacta ſervare, maximè ergà mortuos, ne eis damnum inferatur; ideo Monaſteriũ inſtetit, vigore pacti prædicti, contra hæredes dicti quond. Caroli Mormile, prout iure ſperatur mandari, ut ſolvant ipſi actori omnes quantitates debitas, ac in futurum debendas, unà cum expenſis, donec fuerit ei aſſignata alia conſimilis annualitas, pro enũciatis defunctorum ſuffragiis, ut hactenus diximus, cæteraque benignitas, ac Juſdicentium religio, maximaque integritas de more ſuppleat. Quẽadmodum, his ritè perpenſis, per Dom. Reg. Conſiliarios de Aula, in beneficium d. Vener. Monaſterij SS.

Seve-

Severini, & Soſii, juxtà allegata fuit in S.R.C. deciſum, ad relationem Ill. Ducis Campimellis, poſtea eximii Regentis D. Trojani Miroballo, anno 1680. Immò propoſitas nullitates nõ obſtare, iterum ejus favore fuit decretũ ſequenti anno 1681. ut clarè patet ex actis in Banca olim de Amenta.

## CONTROVERSIA XXIV.

**An ſub rubrica, de legatis factis animo compenſandi cum debito neceſsario veniat pariter legatum Medico à teſtatore relictum, alia cauſa non expreſsa?**

### SUMMARIUM.

1 *Legata Medico congrua quantitas, an compenſari debeat cum ſtipendio, eidem ſpectanti pro laboribus erogatis, præſertim in ultima defuncti infirmitate?*

2 *Hominis cor, ſoli Deo licet cognitum ſit; ejus tamen voluntas facilè ex conjecturis probari poteſt.*

3 *Regulæ aſſignantur, ad dignoſcendum, quando legatum compenſetur cum teſtatoris debito.*

4 *Legatum non compenſatur cum debito voluntario, proveniente à contractu nempè libero.*

5 *Niſi aliter conſtet ex verbis, vel conjecturis, compenſandi animus.*

6 *Debiti voluntarii, neceſſariiq; diſparitas, & effectus oſtenduntur.*

7 *Quod pendet nõ à volũtate, ſed legis diſpoſitione, debitũ eſt neceſſariũ.*

8 *Legatum animo cõpenſandi cẽſetur.*

9 *Legatum Medico relictum, compenſatur cũ ſtipendio ei de jure debito.*

10 *Medici acceſsũ nemo ſanè deſiderat.*

11 *Legatum, à debitore creditori, animo compenſandi debitum neceſſarium, cenſetur factum; & voluntarium, etiam ex conjecturis n. 12.*

13 *Legatum cum 4. uxoria cõpenſatur.*

14 *Dotis lucrum, quo fruitur vir, eſt debitum legale, etſi oriatur ab actu quidem voluntario.*

15 *Ità pariter dotis reſtitutio eſt debitum neceſſarium, quia fit à Lege.*

16 *Dotis reſtitutio fieri debet, licet viri nõ adſit promiſſio, de reſtituẽdo.*

17 *Compromiſſũ petitur inter conjunctos ſanguine, ad evitãda odia litiũ*

18 *Pœnam apponentes in compromiſſo, de non contraveniendo, an teneantur repugnantes ad eam?*

19 *Penſio in beneficiis eſt debitum neceſſarium, quia pendet prorſus à Summi Pontificis lege.*

20 *Penſionis acceptatio in beneficiis eſt actus neceſſarius, non volũtarius.*

21 *Debitum, pendens ab actu voluntario, de Iure evadit neceſſarium.*

22 *Legatum factum à patre filiæ, vel ab avo nepti, cõpenſatur cum dote.*

23 *Legatũ filio in legitimã imputatur.*

24 *Idem compenſatur cum alimentis, niſi cõſtet de cõtraria mẽte teſtãtis.*

25 *Legatum, à viro factum uxori, benè compenſatur cũ dotis reſtitutione.*

26 *Vita, & militia compenſatur cum legato, filio ſecundogenito relicto.*

27 *Legatum uxori relictum, cõpenſatur cũ lecto, ac viduitatis veſtibus.*

29 *Legatum tutori, cenſetur ad tutelæ onus relictum, & imputatur labori; Nec debetur, ſi tutor nolit illud acceptare, & num. 30.*

31 *Legatum Advocato, & procuratori cenſetur factũ animo compẽſandi.*

32 *Teſtator pro labore legaſſe videtur.*

### ARGUMENTUM.

Quicquid pro laboribus præſtitis, & aſſiſtentia, in ultima præcipuè defuncti infirmitate, meretur Medicus, an cũ legato, eidem à teſtatore relicto, hoc tamen non exprimente, compenſari debeat? Nova diſcutitur altercatio, quæ nonullis rationibus, & exemplis pro compenſatione reſolvitur, ac ità in S.C. fuiſſe de recẽti deciſũ fertur.

In

1 IN cauſa præactis *Contro-*
*verſis* recenſita Hæredi-
tatis nempè V. J. D. Jo-
ſeph Barracano, cujus
S. Domus A. G. P. uni-
verſalis eſt heres ſcripta, inter cetera,
quæ exagitata fuere, inanis nõparum
Doctoris Phyſicj Dominici de Ange-
lis, ſe offert prætenſio. Ei namque, li-
cet reliquiſſet jure legati, præfatus
Ioſeph teſtator, nummos centum au-
reos, pro una tantùm vice, non alia
quidem tacita motus cauſa, niſi pro
ſatisfactione laborum, & aſſiſtentiæ
præſtitæ in ultima eius infirmitate;
ſuppoſuit nihilominus idem Medicus
conſequi debere, non ſolùm præno-
minatum legatum, verùm etiam pro
dictis laboribus, & aſſiſtentia congruũ
ſtipendium, illudque taxari, ac facien-
dam eſſe ei liberationem, inſtetit.
At quia, decreto Dom. cauſæ Commiſ-
2 ſarij fuit ſuper petitis ordinatum, ut
de effectibus dictę hereditatis liberẽ-
tur enunciato Doctori Phyſico dictos
nũmos aureos centum, ex cauſa hu-
jus legati, & reſpectu ſtipendii pro
ſuis labotibus, capiatur ſummariè in-
formatio. Propterea ex parte dictæ
Sacræ Domus, quoad primum caput,
nempè ſolutionis dicti legati, fuit ac-
ceptatum decretum, & quoad ſecun-
dam partem, ſuſpendi in S.C. inſtetit,
neç non ſimul ordinari, legatum prę-
dictum cum laboribus, ac ſtipendio
eidem debito, pro cauſa dictæ aſſiſtẽ-
tiæ, præſtitæ in ultima defuncti infir-
mitate, compenſandum eſſe.
Et licet ſoli Deo Optimo Maximo, corda
ſcrutanti, *Pſal.7.* cognita ſit hominis
voluntas, & notus animus, *cap.novit,*
*de judic. cap. nobis, & cap.tua nos, de*
*ſimon.* Nec nobis divinare ſit permiſ-
ſum, *cap. at noſtrum,* § 1. *de eccleſ. be-*
*nef.* valdè nihilominus ad dignoſcen-
dam hominis voluntatem verba con-
ferunt, ut conjecturis, ac juris præſũ-
ptionibus, quid ille ſenſerit, probetur.
Duæ etenim per DD. communiter aſſi-
3 gnantur pro expoſiti dubii explicatio-
né, nempè ad dignoſcendum (ut ſæ-
pè accidere ſolet) quando teſtatores,
alicujus rei debitores, qui in ſuis ul-
timis tabulis legata faciunt, animo
compenſandi illa feciſſe, videantur.
4 Altera nimirum in debito merè vo-
luntario, quod provenire dicitur ex
contractu libero, & à principio liberæ
voluntatis ex *l ſicut C. de act. & obl.*
*Afflict. deciſ.44. num. 9. Mantic. de*
*conject. lib.10. tit.2. num.4. Menoch:*
*de præſumpt. præſ. 109. nu.3. & preſ.*
*110. lib.4. & de arb. iudic. caſ.182. n.*
*52. & in cõſ.17. n.9. Grat. c.134. n.16.*
*lib.1. Sperell. dec.176. n.44. cum ſeqq.*
5 Qui omnes cum aliis innumeris in-
quiunt, tunc legatum non eſse ullo
modo compenſandum, niſi aliter cõ-
ſtet, legatum creditori fuiſse relictum
animo compenſandi, nam tali caſu,
etiam ad claras conjecturas eſt recur-
dum *ex l. creditorem & l. creditor*
16. *de leg.* 1. ita firmarunt *Crauetta*
*conſ.* 131. *num.* 17. *conſ.* 149. *num.3.*
*conſil.* 301. *num.* 2. *Paul. de Caſtr.*
*conſ.73. vol.1. verſ. pro rerum intel-*
*ligẽtia, & cũ Corn. Socc. Alciat. Ruin.*
cæteri, diffusè allegati per *Menoch.*
*conſ.236. num.9. vol.3. conſ.56. num.*
19. *vol.1. Hondo. etiam conſ.50. nu.12.*
*vol.2. idem Menoch. dict. præſ.* 110.
*num.28. lib.4. Simon. de Pret. de in-*
*terp. ult. vol. lib. 4. dub. 6. à nu. 32.*
& poſt *Afflict.* ubi ſupra, ſecundùm
6 hanc regulam fuiſse ſæpè judicatum,
traditur per *Rot. deciſ.456. inter no-*
*viſſim.* Altera verò, pro veritatis in-
dagatione, regula conſtituta eſt per
DD. in debito neceſsario, quod ini-
tium habet à cauſa neceſsaria, nimi-
rũ quando quis ſine facto ſuo, ex lege,
7 vel ſtatuto, nec propria voluntate ad
aliquid obligatur, ex notabili *text. in*
*l. obligamur, §. lege ff. de act. & ob-*
*ligat. Peregr. de fideicom. art.33. nu.*
41. *Menoch. d. præſum. 109. num. 2.*
*lib. 4. & Mantic.* cum *Sperell. ubi*
8 *ſupra;* & in hoc caſu legans cenſetur,
velle debitum legato compenſare *l.*
*cum pater* 79. §. *qui dotale, ff. de leg.*

2. *l. ſi*

*l. ſi cum dotem 23. § ſi pater filia abſente de dote egerit, etſi omiſſa ſit de rato ſatisfactio, filiæ denegari debet actio: ſivè patri hæres extiterit, ſivè in legato tantùm acceperit, quantum doti ſatis eſſet; Et ità Iulianus in pluribus locis ſcribit, compenſandū ei in dotem, quod à patre datur, lucroq; eius cedit, ſi tantùm ab eo cōſecuta ſit, quantum ei dotis nomine debebatur à marito, qui patri ſolvit,* & ibidē *Imol ff. ſolut. matrim. Auth. præterea, ubi: imputabitur legatum in talē portionē, C. unde vir, & uxor.*

Quòd autem debitum, de quo agitur,
9 nimirum de ſtipēdio laborum d. Doctoris Phyſici, dependat ex cauſa neceſſaria, & proindè legatum, fuiſſe relictum à præfato teſtatore, in ſatiſfactionem dictæ aſſiſtentiæ, præſtitæ in ſua ultima infirmitate, clara, & evidenti ſuadetur ratione, non ſolùm ex verbis ejuſdem teſtatoris, qui dictos centum nummos aureos eidem legavit, dicēs: *pro una vice tantùm*, ſed etiam, quia apertè dignoſcitur, debitum eſſe ex cauſa neceſſaria; & ſic legatum compenſandum eſſe cū dicto ſtipendio, ei debito, pro ſuis laboribus, præſertim in dicta defuncti infirmitate; quia hac de cauſa fuit relictum, licet non expreſsè, quod non erat neceſſe; cum nunquam conſide-
10 rari poſſit, aliquem uelle, Medicum ad domum ſuam accerſire, niſi illo egeat aliqua urgenti cauſa & ſic ductus, neceſſitate cogente, in ejus manus incidere, videatur, nec aliter.

Legatum namque, ſemper cenſeri factū
11 animo compenſandi debitum neceſſarium, etſi ſit ordinatum à debitore creditori: vel volūtarium, ſi ex validis conjecturis ità conſtet, & putari debeat, neceſſitate legis; licet ſit ob
12 merita, & obſequia legatarii, aut originem trahat etiam ab actu voluntario, qui poſtea evaſerit neceſſarius ex juris diſpoſitione, communi DD. voto colligitur, per *tex. in Auth. præterea, C. und. vir. & uxor*, vbi ità deciditur in quarta uxoria, cum qua
13 compenſatur legatum, à teſtatote relictum; ea ratione, quia licet ortum habeat ab actu voluntario, ſcilicet matrimonii, tamen diſpoſitione legis in bonis viri debetur, ut probat *Immol. in dict. auth. num.* 28. cum aliis apud *Martam de ſucceſſ. leg. tom.* 4.
14 *par.* 4. *quæſt.* 18. *art.* 6. Ulteriùs lucrū dotis, quod maritus acquirit vigore ſtatuti, eſt debitum ex legis diſpoſitione, & tamen originē habet ab actu voluntario, nempè matrimonii, ut ait *Salyc. in eod. auth. præterea nu.* 12. *verſ. ad tertiū*. Itē quod debetur pro dote, à patre exacta (ut in caſu *l. ſi cum dotem, § ſi pater, ff. ſolut. matr.* ubi *Bart.* prę cæteris) habet originem à facto voluntario, ab ipſa nimirum
15 exactione; uti reſtitutio pariter dotis exactæ à marito, dicendum eſt debitum neceſſarium, quia ex legis neceſſitate eſt, *l. in rebus, C. de jur. dot. l. aſſiduis, C. qui pot. in pign. hab* nam licet nulla interveniſſet mariti pro-
16 miſſio, de reſtituenda dote, tamen illa dos reſtituenda eſt, cum prælatione omnium creditorum, tàm in tacita, quàm in expreſſa hypotheca; ergo dotis reſtitutio eſt debitum neceſſarium, à lege inductum, etiam in præjudicium creditorum, itaut interveniente facto hominis à principio, ſēper dicatur fieri ex neceſſitate.

Idq; rurſus ſuadetur exemplo ſtatuti,
17 quo in noſtro Regno, præſertim ex *Pragm. odia litium*, ſancitum eſt, ut in controverſiis, ac jurgiis inter conjunctos ſanguine, fieri debeat tranſactio, & peti compromiſſum: ſi de non contraveniendo, pęnam ipſi compromittentes apponant, & cum effectu poſtea contraveniant, non dicuntur de jure incidere in pænam, *l. ſi quis major, verſ. nullo cogente, C. de trā-*
18 *ſact.* ubi *Salycet.* aliique ea ratione moventur, quia licet tranſactio dependat à lege, pęna tamen voluntaria dicitur ab origine, ideoque ad pęnam contravenientes non tenentur,

cum

Digitized by Google

eum de jure impoſita,nō inveniatur.

Comprobatur denique hoc idem, alio
19 exemplo penſionis in Beneficiis, quę eſt debitum neceſſarium, cum ex legis diſpoſitione, nempè Summi Pontificis placito,fiat ejus ſolutio, quæ licet originem trahat ex cauſa voluntaria, & poſtea debeatur, ob præſtitũ conſenſum; tamen quia non erat in poteſtate partium hoc onus quidem
20 in beneficiis imponere, illa cauſa nō attenditur, ut ait *Paul. de Caſtr. cōſ. 233. vol. 2.* ubi cum *Cravet. conſ. 125. num. 12 & conſ. 304. num. 5.* cauſam neceſſariam, non voluntariã in actibus eſſe attendendam,oſtēdit.

Quaderè dubio procul dicendum eſt,
21 omne debitum, ab actu voluntario originem habens, ſi poſtea ex legis neceſſitate debeatur, evadere prorſus neceſſarium,nec amplius dici volũtarium;& omninò aſſerendum eſt, huiuſmodi debitum ſemper compenſandum eſſe cum legato,relicto à teſtatore, etſi non expreſſerit cauſam, quoties cōſtat de vero debito legali, & neceſſario, *Menoch. d. conſ. 120. & 121. & de præſumpt. dict. præſ. 109. num. 5. lib. 4. Mantic. ubi ſupra de coniect. lib. 10 tit. 2. num. 2. verſ. quod ſi debitum, Surd. conſ. 32. num. 20 lib. 3. Seraph. deciſ. 1365. num. 5.*
22 etiam ſi legatum ſit factum à patre filiæ, vel ab avo nepti, nam intelligitur animo compenſandi cum dote relictum; quoniam ex legis diſpoſitione ambo tenebantur eas dotare, *l. qui liberos ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dot. promiſſ. l. ſi cum dotem §. ſi pater ff. ſolut. matrim.* ubi *Bart. l. huiuſmodi §. ſi pater ff. de leg. 1. & l. Titia cum teſtamento, §. qui invita, ff. de leg. 2.*
23 Sic pariter legatum , filio relictum debet in legitimam imputari *l. quoniam novella*, ubi DD. omnes *C. de inoff. teſtam.* idem *Afflict. deciſ. 138. Durand. in deciſ. Rot. Rom. 339. par. 2. Sperell. deciſ. 176. num. 81. Pariſ. conſ. 95. num. 39. lib. 2. & Mantic. loc. cit. num. 5. & 6. Mancil. de imput. quæſt. 48. num. 14. Reg. Galeot. contr. 29. & 30. Peregrin. de fideic. art. 3. num. 38. Menoch. lib. 3. præſum. 142. & lib. 4. præſ. 109. nu. 16. Thor. in ejus Cod. de rer. judic. caſu 53. num. 33. Molfeſ. part. 6. ſui compend. num. 18. Conſ. Staib. in obſerv. 138. ad centuriam 2. ſuar. reſol. n. 42. & per tot.* ubi poſt *Doc. Mart. loc. cit.* materiam hanc compenſationis legati plenè de more examinat.

Ità pariter legatum,factum à viro uxo-
24 ri, compenſatur in dotem, cum ſit debitum neceſſariũ *Surd. conſ. 388. num. 20. lib. 3. Menoch. conſ. 206. n. 86. lib. 3. Gratian. cap. 448. num. 13.*

Et computatur in dotem legatum,
25 relictum à patre filia: vel ab eodem filiis, & filiabus, compenſatur cum alimentis, niſi evidentiſſimè oſtendatur, teſtatorem voluiſse multiplicare legata, vel Jus cogat, ad dandum aliquid ex enunciatis cauſis, titulo particulari, *l. planè num. 34. §. ſi eadem res, ff. de leg. 1. Covarr. in cap. officii, nu. 4. ff. de teſtam. Præſ. de Frāch. deciſ. 422.* ubi *Addent. cum de Luca, Anna conſ. 91. & Conſil. Staiban. ubi ſup.* omnia diffusè examinat, poſt *Reg. Rovit. conſ. 25. lib. 1.* ubi *Altom. Reg. Merlin. contr. 44. Reg. Latr. deciſ. 94. Rocc. reſp. 61. & Hodier. ad Surdi deciſionem 119. per tot.*

Rurſus compēſatur etiam legatum, fa-
26 ctum à patre feudatario filio ſecundogenito, cum vita, & militia ei debita, ex *Cap. Regni Comitibus*, quia tãquam debitum neceſſarium ei debetur, ex diſpoſitione juris, ut junctis aulis deciſum per S. C. teſtatur *Conſil. de Anna conſ. 120. lib. 2. Conſ. Hodiern. ad Surd. deciſ. 119. nu. 13. Bottilier. de ſucceſſ. ab inteſt. theor. 115.* cum aliis per nos relatis *Contr. 28. num. 16. lib. 2.* Idemque eſt pariter dicēdum, quòad veſtes lugubres,
27 cum lecto viduili, ex Conſuetudine mulieribus debitas, nam compēſantur pariter cum legato, relicto à viro uxori, quia illæ etiam habētur tanquam de-

debitum neceſſarium, ut teſtantur
*Anna d.conſ.*120.*&* 121.*de Franch.*
*deciſ.* 413. *Capyc. Latr.deciſ.*94. *Fõ-*
*tan. de pact.nupt. cl.* 7.*gl.*5.*par.*4.*n.*
101. Idque etiam de jure communi
oſtendunt *Conſil. Altimar.ad Rovit.*
*conſ.* 25. *& de Luc.ad Fran.dec.*313.
His igitur ità exaratis, cũ à pari,nõ ſo-
28 lùm ex legali providentia, ſed etiã,
ut annuimus, ex debito in ſuperiori
gradu neceſſario,hic Medicus debeat
conſequi ſuorum laborum ſtipendiũ,
& ad illius ſatisfactionem unusquisq;
de jure aſtringi poſſit, niſi æquo, &
libenti animo ſolvat; ſequitur clarè
in caſu noſtro, ut dum præfatus Io-
ſeph teſtator, ſuum agnoſcens debi-
tum contractum, reliquit nominato
Dominico de Angelis dictos num-
mos aureos centum, intelligi debeat
idem legatum compenſatum cum
deſcripto onere, & pro cauſa laborũ,
ac aſsiſtentiæ præſtitæ in ultima te-
ſtatoris infirmitate: eò magis quia
non eſt multùm diſpar, immò valdè
competens eiuſdem meritis, pro
enunciata laborum cauſa.
Idq;tandem evidenter oſtenditur, exẽ-
29 plo legati,à teſtatore tutori relicto,
quod præſumitur cõtemplatione tu-
telæ, & in recompenſationem laborũ
fuiſſe relictum; itaut ſi nolit ille ac-
ceptare tutelam,legatum ei amplius
non debeatur, ſed tranſeat in pupil-
30 los, *ex tex. in l. Neſennius,ff. de ex-*
*cuſat. tutor. l.poſt legatum,* §. *amit-*
*tere, ff. de his, quibus ut indignis;*
& probatur etiam *ex tex. in l. ſed,&*
*nimirum* 19.*ff. de excuſ. tut. l. lex.*
*tutor,* § *quæſitoribus, l. amiciſſimus*
*eod. tit.* & ex *tex.* denique in *l. lex,*
*quæ tutelam,* 28.*ff. de teſtament.* cũ
aliis concordantibus, prout teſtantur
31 pariter *Mantic. loc. cit. d.lib.*6.*cap.*
16.*num.*5. *Andr. contr.*51.*Menoch.*
*lib.*4.*præſ.* 124.*num.* 1. *Surd deciſ.*
138.*num.* 3.*Bald. conſ.* 357. *Angel.*
*conſ.*166. *Surd.de alimen. tit.*8.*pri-*
*vil.*23. *num.*6. *Ruin.conſ.*38. *num* 3.
*vol.*3.cũ aliis innumeris,plenè relatis
tàm per *Reg. Capyc. Latr. conſ.* 106.
*à num.*23. *& conſul.*111.*n.*9. quàm
per *Conſil. Staiban. obſeru. ad ejus*
*reſol.* 23.*num.*6.Quod ampliatur eis-
dem iuribus in Advocato, & Procu-
ratore,apud *R.de Marin.c.*243.*lib.*1.
Quibus ſic ſtantibus, ac tot exemplis,in
32 ſimilibus caſibus adductis,idem iuſtè
ſperatur in præſenti, eſſe decidendũ,
adverſus prætenſa per dictum Almæ
Medicinæ Doctorem, ea potiſsimùm
ratione, quia teſtator intuitu hujus
debiti neceſſarii, nempè aſsiſtentiæ
præſtitæ in ſua ultima infirmitate,le-
gavit ei præfatos centum nummos
aureos, itaut nihil aliud pro allegata
laborum cauſa, prætendere deinceps
potuiſſet, dum dixit:*pro una tantùm*
*vice.*Cætera verò ſuppleat eximia Ju-
dicãtium doctrina. Et ità octavo idus
✝ Aprilis 1682.facto verbo de prædictis
in S.R.C.per Dom.R. Cõmiſs.D.Ste-
phanum Padilla,fuit deciſum, eſſe .ſ.
deducendos à quantitate liquidanda
dictos cẽtum nũmos aureos, vigore
legati; ut ex actis in Banca de Fuſco.
Quid verò dicendũ ſit de legato, agna-
tis relicto,an compenſari debeat cum
antiquorum ſemiſſe,ex *Conſuetudine*
eis debita,videbimus infrà *Contr.ſeq.*

## CONTROVERSIA XXV.

**Legatum proximiori agnato relictum, ſive inſtitutio ejus favore facta, ſimul cum herede extraneo, an compenſari debeat cum Conſuetudinaria antiquorum medietate,ſi alia cauſa ex teſtatoris mẽte non colligatur?**

*SVMMARIVM.*

1 *Debitũ,quãdo ex cauſa neceſſaria pẽdet,cũ legato cõpeſatur.*

2 *Legatum, vel inſtitutio in aliqua parte hæreditatis, favore proximiorum de agnatione, num com-*



*pen-*

Digitized by Google

penſetur cum antiquorum medietate, debita vigore Conſuetudinis?
3 Refertur opinio negativa; ſed affirmativa prorſus ſuſtinetur à n. 29.
4 Compenſationi datur locus cum debito legali, ſi in legato, à teſtatore ordinato, cauſa non exprimatur.
5 Unuſquiſque in hac Civitate Neapolis liberè poteſt, per contractus inter vivos, ſemota tamen fraude, diſponere etiam de bonis antiquis.
6 Medietas conſuetudinaria bonorũ poſt teſtatoris mortem, & non ante agnatis, cognatiſq; debetur.
7 Moriẽs teſtator Neap. in medietate antiquorũ, inteſtatus decedit.
8 Agnato mortuo, ſtatim de Jure patrio antiquarum rerum medietas proximioribus defertur.
9 Idque fit ſolius Conſuetudinis miniſterio, non autem facto defuncti.
10 Medietas conſuetudinaria agnatis defertur conditione ex nova lege.
11 Compenſationis extrema, ſi deficiãt, nempè debitum ex parte teſtatoris, & creditum ex parte legatarii, non eſt quid ſit compenſandũ. Nam eodem tempore, debet apparere de debito, & credito, nu. 27.
12 Debitum vitæ, & militiæ, eſt filii primogeniti ſucceſſoris, licet feudum ei proveniat à patre.
13 Hæres extraneus propriè non eſt debitor medietatis antiquorum, ex Conſuet. Neapol. addictæ agnatis.
14 Hæres, ut debitor dici poſſit, quæ requirantur, oſtenditur.
15 Hæres aditionis actu videtur, contraxiſſe cum defuncti creditoribus, & legatariis.
16 Medietas antiquorum, vigore Conſuetud. debita agnatis, non cenſetur eſſe in defuncti hereditate, ſed ab illa prorſus ſeparata.
17 Hereditas, teſtatoris lege, & ultimæ voluntatis actu, ad hæredẽ trãſit.
18 Decedens inteſtatus, voluiſſe videtur, ut bona pervenirent ad ſuos legitimos hæredes.
19 Subiectum diſpoſitionis teſtatoris eſt ipſius patrimonium, & num. 50.
20 Teſtator eadem utitur poteſtate in legando, qua in inſtituendo.
21 Hæredis inſtitutio dicitur univerſalis; at particularis legatariorũ.
22 Exceptio firmat regulam.
23 Agnatus poteſt, relinquere proximioribus, quod ad eos ſpectat vigore Conſuetudinis, & in reliquo prorſus eos excludere. & n. 56.
24 Teſtatorẽ, nunquã præſumitur, feciſſe actũ inutilẽ, & fruſtratoriũ.
25 Agnatus dicitur ſuccedere ab inteſtato in medietate antiquorum, ex Conſuetud. ei debita.
26 Legatum non tranſit in legatariũ, niſi poſt aditam hæreditatẽ, & 27.
28 Teſtatoris voluntas, potius ut valeat, quàm pereat, interpretanda eſt, & num. ſeq. 29.
30 Teſtator cum ſit debitor ex cauſa neceſſaria, & legali, quod reliquit creditori, cenſetur animo compenſandi feciſſe. Niſi de contraria cõſtet voluntate, num. 57. & 59
31 Legatum factum in beneficium filii, compenſatur cum ejus legitima.
32 Idemque in legato, facto filio naturali, quia compenſatur, cum eo, quod ei de Iure debetur
33 Legatum filiæ, cũ dote cõpenſatur.
34 Licet, ſit relictũ ab hærede extraneo
35 Debitum medietatis antiquorum, juxtà noſtras Cõſuet. eſt neceſſariũ
36 Pater, ſi aliquid relinquat filiæ, cõpenſatur cum ejus paragio; nec poteſt illa petere utrumque, dotem ſcilicet, & item legatum.
37 Mobilia relicta uxori, compenſantur cum lecto, & veſtibus lugubribus, ei pro viduitate debitis.
38 Legatum, factum uxori bonorum mobilium, compenſatur cum fructibus, perceptis à viro in bonis paraphernalibus ipſius mulieris.
39 Frater an poſſit inſtituere fratrem hæredem cum fideicommiſſo, etiam in bonis antiquis?
40 Vir relinquens legatum uxori, cẽſetur compenſare cum lecto, & veſtibus lugubribus.

41

Digitized by Google

41 *Vita, & militia ad inſtar legitimæ, debetur ſecundogenitis.*

42 *Conſuetudinaria antiquorum medictas proximioribus agnatis defertur ad inſtar legitimæ.*

43 *Nec in illa poteſt imponi onus.*

44 *Agnatus, ſi cum alio cohærede extraneo æqualiter inſtituatur, an poſſit præcapere medictatem bonorum antiquorum, vigore* Conſuet. *ei debita, & in reliquo concurrere cum cohærede extraneo, & 45.*

46 *Cōfutātur dicta* R. Merlin. & Caputi

48 *Debitum, quamvis ſit incepturum poſt mortem teſtatoris, ſemper tale reputatur, uti eſt.*

49 *Heres nequit duplici onere gravari.*

50 *Teſtator in diſponendo, habet pro obiecto ſuum patrimonium, cujus eſt omninò dominus.*

51 *Teſtator legās aliquid agnato, præſumitur, velle meliorare cōditionem agnati; ſed hoc quomodo intelligatur, in terminis* Conſuet. Neapol. *explicatur n. 52. & 53.*

54 *Teſtatori eſt interdicta diſpoſitio de antiquorū medietate, ex* Conſuet.

55 *Bonorum medietas antiquorum, per* Conſuetud. *debita, ſtatim poſt teſtatoris obitum, proximioribus ex linea, ūdè illa obvenerūt, defertur*

56 *Teſtatoris actus, non dicitur inutilis, & fruſtratorius, quando ipſe id adimplevit, ut tenebatur, & 57*

58 *Legatum pro certa cauſa, ac re particulari, non compenſatur cum debito, quamvis legali, & neceſſario.*

## ARGUMENTUM

Proximior agnatus, ſi æqualiter, vel in parte inſtituatur hæres cum extraneo, aut eidem ſit aliquod legatum certę quantitatis relictum, an compenſetur id cum conſuetudinaria antiquorum medietate: an verò ante partem, ei de Iure patrio debitam, ſemiſſem præcapere, reſiduumque hæreditatis dividere, vel legato frui poſſit? Theſi hincindè diſcuſſa, pro cōpenſatione ſuſtinetur ſententia, niſi aliter fuerit expreſſum, aut clara ex teſtatoris verbis diverſa voluntas appareat. Et altercatio, quæ inter Noſtrates non parvi erat momenti, ſolutis Adverſariorū obiectionibus, ac viribus expugnatis, omninò ſedatur.

1 Quamplura de legati cōpenſatione cum debito neceſſario, ex legali nempè providentia ortum habente, quòad varios caſus, inter ſe nimis cohærentes, antecedenti *Controverſia* exaravimus, ea potiſſimùm ratione, per DD. communiter perpenſa; quia cū debitor creditori ſuo aliquid legat, vel cohæredem illum in aliqua ex hæreditatis portionibus inſtituit, videtur ipſe voluiſſe teſtator, compenſare cum legato, aut inſtitutione, debitum, ad quod tenebatur, & ità ſuæ obligationi ſatisfacere; quando nimirum, ut annuimus, ex cauſa neceſſaria dependat, juxtà Juriſprudentum placitum ex *l. ſi cum dotem*, *§. ſi pater*, *ff. ſol. matrim. l. Titia*, *§. qui in vita*, *verſ. præterea de leg. 2.* cum cæteris, ibidem diffusè adductis.

2 Remanet modò illā promiſſam aggredi quæſtionem, in materia noſtrarum Conſuetudinum, non parùm ancipitem: ſi ſcilicet ſuperius dicta de præfata compenſatione cum debito ſanè neceſſario, procedant etiam, quando teſtator aliquod quantitatis legatum faciat agnatis, vel cognatis, aut illos cohæredes inſtituat, unà ſimul cum cæteris extraneis perſonis in ſua univerſali hæreditate, an cenſeatur hoc feciſſe, animo compenſandi cum antiquorum medietate bonorum, eis addicta, ex linea, undè illa provenerunt, vigore Conſuetudinum hujus Civitatis Neapolis, quoties hujuſmodi teſtatoris diſpoſitio nō inſpiciatur,

R 2 clarè

clarè, ex alia certa cauſa facta, prorſus à dicta conſuetudinaria bonorum ſemiſſe antiquorum contradiſtincta?

Et quidem prima facie, licet videatur ſuſtinenda Concluſio favore agnato-
3 rum, nempè non dari hanc compenſationē, ex congeſtis per *R. Merlin. controv.* 44. *cent*.2.*Caput.in Conſuetud.ſi moriatur par*. 2. §. 11. *& ibid.* per *Salern.& Bucc.* Primò quia, quādo ſupponimus, compenſationem eſſe faciendam cum relictis à teſtatore, cauſā non exprimente, hoc dicimus juxtà communiorem ſententiam, ut
4 ſupra demonſtravimus, quoties ipſe teſtator verè eſt, de per ſe neceſſarius debitor; Medietas autem bonorum antiquorum ab eo non debetur, nec in vita, nec in morte; Non in vita, quia omnibus patet, præſertim ex noſtratibus, licet non ſint Iuriſperiti, unumquemque poſſe in vita, ſcilicet
5 per contractus inter vivos, ad ejus libitum in hac Civitate, ſemota tantùm fraude, de omnibus bonis, etiam antiquis diſponere, cum ad medietatem illorum præſtandam, urgeri in vita non poſſit; quia tantùm illa pro-
6 ximioribus agnatis poſt teſtatoris mortem debetur, ut in ſimilibus Statutis teſtantur, ex *tex. in* §. 1. *Auth. ut liceat matri, & aviæ*, *Peregr. de fideicom. art*. 40. *num*. 58. *Menoch. conſ*.476. *num*.15.*Barboſ. de diction. verbo diſponere*, & in terminis propriis noſtrarum Conſuetudinū *Napod. in decantata Conſuetud.& ſi teſtator, verb. diſponere,& in Conſuet. ſi aliquis moriens, num*. 32. *Andr. in cap*. 1.§.*donare, tit. qual. oli. feud. po. alien. Præſ. de Franch. dec*.435.*Reg. de Ponte conſ*.8.*& 9. Molfeſ.ad Conſuet. par*.3. *q*. 1-cum aliis alibi relatis. Non in morte etiam, quia nemo re-
7 ſpectu iſtius medietatis, debitæ vigore Conſuetudinum, poteſt diſponere, ſed quòad ipſam dicitur, ut multoties annuimus, decedere ab inteſtato, non obſtante regula *l. jus noſtrum de reg. jur*. quia Conſuetudo ſtatim mortuo agnato, quaſi manu ducit bona ipſa, ſive medietatem illorum
8 ad proximiores ex ea linea, undè obvenerunt; immò hoc importat illud verbum *perveniat in cit. Conſuetud.* poſitum; ibi: *reliqua autem medietas perveniat ad proximiores agnatos*: quaſi id quidē fiat ſolius Conſuetudi-
9 nis miniſterio, abſq; teſtatoris facto, & nihil de manu hæredis debeat accipi; quia hæc medietas defertur agnatis, cognatiſque, condictione ex Conſuetudine, & ad illam ſuccedunt ab inteſtato ipſi proximiores, ſtatim mor-
10 tuo teſtatore, ut docet *Napodan. in d. Conſuet. & ſi teſtator num*.26. *& 30. & Caput. dict.* §. 11. *num*.54. qui ſubdit propterea: Ergo teſtator debitor iſtius portionis non eſt ipſe; quia hujuſmodi medietas ſegregatur ab hæreditate, ex vi Conſuetudinis, undè deficere videntur extrema compenſationis, ideſt debitum neſſarium ex parte teſtatoris, & creditum ex
11 parte legatarii, & ità non poteſt dari in jure compenſatio cum non debito *argumen. tex. in l. compenſatio, ff. de compenſat. Surd. deciſ*. 119. *num*. 8. Idque pariter fuit motivum deciſionis S. C. relatæ per *Afflict. dec*.138.
12 ut ſcilicet debitū vitæ, & militiæ, non ſit debitum patris feudatarii, ſed filij primogeniti ſucceſſoris, & pater itaq; in vita non teneatur, niſi ad alimenta Officio Iudicis, ut conſtat ex traditis per ipſum *loc. cit*. præſertim *num*. 5.

Secundò idem videtur comprobari,
13 quia inſtitutus hæres extraneus propriè debitor enunciatæ medietatis conſuetudinariæ dici non poteſt; illa enim in ipſo inſtanti mortis teſtatoris, ex vi Conſuetudinis ſegregatur ab alia hæreditatis medietate, de qua ipſe teſtator liberè diſponere poterat.
14 Idque confirmatur, quoniam ut hæres debitor dici poſſit, ex facto defuncti, cujus perſonam repræſentat, neceſſe eſt, teſtatorem fuiſſe debitorē, ut ad debitum ex cauſa hæreditatis
15 teneatur; nam per aditionis actum vi-

videtur cõtraxiſſe cum creditoribus hæreditariis, & legatariis ſimul *l. ex maleficiis*, §. *hæres ff. de act. & oblig. l apud Iulianum in fine, ff. ex quibus cauſ. in poſſ.* Sed neutrum horum in ſpecie propoſita conſiderari poteſt: nõ repreſentatio defuncti debitoris, qui debitor non fuit de d. medietate, vi-
16 gore Conſuetudinis: non hæreditatis aditio, quia bona ipſius medietatis in hæreditate nõ cẽſẽtur eſſe, neq; aditio ad ea fertur, cũ agnatis perveniat medietas ex providẽtia Cõſuetudinis
17 hæreditas autẽ ſolo teſtatoris judicio, & actu ultimæ voluntatis ad hæredẽ transmittatur; quoniam inteſtatus decedens, tunc videtur voluiſſe, ut bona omnia perveniant ad ſuos legi-
18 timos hæredes, ad *tex. in l. conficiuntur*, §. 1. *ff. de iur. Codicill.*

Undè omninò ex his, & aliis ſimilibus rationibus concludit *Caput. d.* §. 11. *n. 50. cum ſeqq.* ut excludi debeat hæc compenſatio, quoties teſtator ſimpliciter agnatum hæredem inſtituit in parte hæreditatis, aut ſimili modo legatum ei fecit, quia (ut ipſe inquit) ſubjectum diſpoſitionis, faciendæ per teſtatorem, eſt patrimonium ipſius liberum; & non per hoc inſtitutio hæ-
19 redis, quamvis de cũctis bonis facta, intelligitur ſolũ de patrimonio libero, ſed & legata de eodem facta, etiam intelligi debent, & ipſe teſtator videtur, uti eadem poteſtate in legando, qua in inſtituendo; hinc contrario
20 non probato, præſumendum eſt, voluiſſe in re legata conjunctum meliorare; præſertim ob ſolitum teſtamentorum ſtylum, cum ſemper videamus, heredem inſtitui univerſaliter in omnibus bonis ipſius teſtatoris,
21 præterquam ab infraſcriptis legatis, & ità cum inſtitutio ſit de bonis liberis, legata de ijſdem intelligi debent, ut exceptio ſit de regula, eamque fir-
22 met *Alex. in d. l. ſi cum dotem, § ſi pater n. 7. verſ. prædictis, ff. ſol. matrim. Surd.* poſt alios *conſil.* 112. *num.* 83.

Quinimmò eiſdem rationibus addit *R. Merlin. dict. contr.* 44. *num.* 40. quòd, ſi daretur hæc compenſatio cum medietate bonorum antiquorum, ſeù illius imputatio cum legato relicto, præterquam, quòd ipſum legatum inutile redderetur, contra juris regulas, expreſſaque teſtatoris verba; adhuc videretur teſtator per indirectũ de portione, ſubjecta Conſuetudini,
23 diſponere: quod etſi non ſit ei prohibitum in eundem agnatum, & ſequẽdo Conſuetudinis dogmata, & juxtà illius placitum, poſſit benè agnatis, & cognatis relinquere quicquid ad eos ſpectat, vigore Iuris municipalis, ut affirmat *Napodan. in eadem Conſuet. & ſi teſtator, verbo perveniat, num.* 25. *&* 30. ibi: *& ſic poſſet teſtator hanc medietatem his proximioribus*
24 *relinquere*: adhuc tamen ullo modo eſt ſupponendum, teſtatorem feciſſe actum inutilem, & fruſtratorium, argumento *tex in l. ſi creditori, ff. de leg.* 1. *Reg. Rovit. conſ.* 25. *num.* 6. Ad quid enim perditio hæc? legare ſcilicet, vel relinquere agnato illud idem, quod abſque ullo ejus miniſterio, ſed ex Conſuetudine defertur ſtatim, ut diximus, defuncto teſtatore, & in quo ipſe agnatus ſuccedit ab inteſtato, &
25 dominium illicò illi quæritur; quando legatum non tranſit in legatariũ, niſi poſt aditam hæreditatem, per regulam *tex. in l. à Titio, ff. de furt.*
26 quo fit, ut attento tempore, quo cõpenſatio effectum ſortiri poſſet, jam non ſit quid compenſetur, quia bona debita agnato, ſegregata ſunt ab hæreditate teſtantis, & non ſunt amplius in ſua poteſtate; & ut compenſatio fiat, neceſſe eſt, debitum, & legatum concurrere eodem tempore, ſcilicet
27 ut utrumque exiſtat, ſitque in diſponentis commercio, quemadmodum ponderat *Caput. ubi ſupra num.* 50. 53. *&* 54. cum quo tandem ſubdit *Reg. Merlin. loc. cit. num.* 43. non dari locum dictę compenſationi; quia quando ab inteſtato ſuccedituṙ, non admittitur imputatio, nec collationi

28 eſt

28 eſt locus in his; quæ ultima defuncti
voluntate deferuntur, ad *tex.in l.ſu-
pra,C.de volſat.* Et etiã, quia colligitur
idẽ clarè à præſũpta teſtatoris volũ-
tate, ex quo contrarium non dixit,
juxtà *tex.* apertiſſimum *in l.unica*,§.
*primum itaque, verſ. ſciendam, C. de
rei uxor. act.* quæ teſtatoris volun-
tas, ut potius valeat, quàm pereat,
compenſatio, idcirco excludi debet.
Nihilominus his, & ſimilibus non ob-
29 ſtantibus, ex quibus maximoperè
redditur dubia præſens quæſtio, ve-
rior ſemper contraria mihi fuit viſa
ſententia, ac Iuri magis conſona, nõ
ſolùm ex ſolidiſſimis rationibus, qui-
bus fulcitur, ſed ex DD. ac deciſio-
num authoritate, qua eſt prçſtantior.
Fundatur etenim noſtra Concluſio cla-
riſſimis Iuris, tàm Communis, quàm
Conſuetudinarii præceptis, nõ ſolùm
per ea, quæ ſuperiori *Controverſia* di-
ximus, nempè notiſſimum eſſe; ut
quãdo teſtator aliquid debet ex cau-
ſa neceſſaria, non verò voluntaria,
putà ex contractu, ſed ex Iuris di-
ſpoſitione, vel ſtatuti, aut municipa-
30 lis legis placito, tunc omne relictum
à debitore, ſivè per inſtitutionem, ſi-
uè per particulare legatum, intelli-
gatur animo compenſandi cum debi-
to, ex illa cauſa legali, & neceſſaria,
nec debeatur creditori utrumq; nem-
pè legatum, & quod ad eundem ſpe-
ctat neceſſitate Iuris, ex *d. l. ſi cum
dotem*, §. *ſi pater, ff. ſolut. matrim.* &
*Auth. præterea, C. und. vir, & uxor*,
ut latè ſcripſit *Menoch.* inter alios *lib.
4. præſumpt.* 109. & paſſim in S.C. tra-
ditur deciſam apud *Afflict. deciſ.* 44.
*à num.* 14. *cum ſeqq.*
Probatur itaque eadem ſententia, quia
31 non eſt major ratio conſideranda in
antiquorũm bonorũ medietate, quæ
agnatis, & cognatis debetur jure par-
ticulari, nempè Conſuetudinis, quàm
in legitima, quę filiis debetur, non
ſolùm univerſali jure, ſed & etiã na-
turali, quod eſt magis; & tamen in
ſpeçie, fit compenſatio in legato fa-
cto ad beneficium filii, cui legitima
debetur, ex *tex. in l. omnimodò*, §.
*imputari, & l. quoniam novella, C.
de inoff. teſtam. l. ſi cum dotem*, §. *ſi
pater, ff. ſol. matrim. Alex. conſ.* 51.
*num.* 2. *lib.* 4. *Gabr. conſ.* 106. *nu.* 3.
*lib.* 1. *Surd. conſ.* 288. *num.* 18. *vol.*
3. *Theſ. deciſ.* 58. *Molfeſ. ad Conſuet.
Neap. par.* 6. *q.* 11. *num.* 16. *Reg. de
Marin. ad Revert. deciſ.* 366. *Reg.
Latr. conſul.* 111. *num.* 11. *Thor. in
compen. verb. legatum part.* 3. *Ho-
dier. contr.* 7. *num.* 28. Immò ſi pater
legitimis carens liberis, reliquerit ali-
quid filio naturali, cenſetur reliquiſ-
ſe animo compenſandi cum eo, quod
32 ei debetur ex Juris diſpoſitione, ut
ait *Covarr. in cap. Officii, num.* 2. *de
reſtit. Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 10. item
ſi pater aliquid relinquat filię, cui do-
tem dare tenetur, ex diſpoſitione *l.
ult. C. de dot. prom.* vel ſtatuti, tunc
legatum ei relictum compenſatur cũ
dote, ut habetur in *l. huiuſmodi*, §.
*cum pater, ff. de leg.* 1. *ubi Gloſ. Bart.
Alex. Iaſ.* cum aliis apud *Pariſ.* relatis
*conſ.* 95. *num.* 38. *lib.* 2. Quod non
33 ſolùm procedit in patre, ſed etiam
in patris hærede, ſive ſit filius, ſivè
extraneus; efficitur enim debitor ne-
ceſſarius in dote, vt erat ipſe defun-
ctus; undè ſi ipſe legat aliquid filiæ
34 teſtatoris, benè compenſatur cum
dote, ei debita in illis bonis hæredi-
tariis, ut in ſpecie ait *Cravett. conſ.*
131. *num.* 14. poſt *Caſtren.* alioſque
adductos per *Covarr. in d. cap. offi-
cii, n.* 2. *verſ. item, de teſtam. & per
Menoch lib.* 4. *præſ.* 109. *n.* 25. & 26.
Idem igitur dicendum eſt in medie-
tate, debita vigore Conſuetudinis,
quæ compenſari debet cum legato,
vel cum eo, quod fuit agnato à te-
ſtatore relictum, ſive particulari, ſive
univerſali titulo inſtitutionis; Nam
35 cum debito, quod oritur ex diſpoſi-
tione Statuti, Conſuetudinis, vel cu-
juslibet Iuris municipalis placito, ſẽ-
per compenſari debet quicquid fuit
à teſtatore relictum, cum ſit debitũ
qui-

Digitized by Google

quidem neceſſarium, ut conſuluit *Cravetta conſ.* 149. *num.* 6. & *conſil.* 56. *num.* 33. Et præ ceteris Regnicolis, ità etiã teſtantur *Conſil. Camill. de Medic. conſ.* 123. *Anna ſing.* 310. & *Preſ. Amat. conſ.* 42. *num.* 2. & 4. ut
36 ſcilicet relictum à patre, vel ab hærede patris ad beneficium filiæ, compenſetur cum paragio, & legitima eidem ſpectante; neq; poteſt filia petere utrumq; & *Pre. Amat. loc. cit.* deciſum refert per S. C. donationem factã à matre in beneficiũ filiæ, ſuiſſe ſubrogatam in locum paragii, dictæ filiæ debiti in bonis maternis. Et ad propoſitum etiam *Reg. Capyc. Latr.*
37 *deciſ.* 94. deciſum tradit, mobilia relicta uxori, compenſari cùm lecto viduili, & veſtibus lugubribus, ei debitis per hæredes viri defuncti: & in in caſu fortiori idem S. C. decidit in legato, facto uxori bonorum mobiliũ,
38 ut illud compenſetur cum fructibus, perceptis à viro ex bonis paraphernalibus, & extra dotem apud *Afflict. dec.* 44. *à n.* 9. *uſq; ad* 30. quę sunt propria uxoris, & vir erat de illis debitor. Tandẽ, nè huic Concluſioni deſint DD.
39 in propriis terminis, & authoritates in individuo medietatis bonorum antiquorum; vigore Cõſuetudinis Neapolis (licet firma nimis remanere videatur, ex prædictis tantùm propoſitionibus veris, & indubitatis) quò l portio hæreditatis, relicta in teſtamẽto, ſive tale legatum, factum agnato, compenſari debeat cum dicta medietate, debita vigore Conſuetudinis, quia dicitur debitum neceſſarium, plenè probat *P. Molfeſ. in commen. ad Conſuet. ubi ſupra par.* 2. *q.* 13. *nu.* 8. ubi præter alios per ipſum adductos, idem ſubſtinet *Io. Piſanel. in Conſuet. ſi aliquis moriens fol.* 168. *in addit. incip. Ex prædictis*, ubi inquit in fratre, inſtituente fratrem hæredem, & fideicommittẽte in d. bonis antiquis, fuiſſe deciſum, quòd potuit teſtator, fideicommittere in præjudiciũ Conſuetudinis (quod eſt fortius) quia cõſideratum fuit, poſſe fratrem tandiù vivere, ut de fructibus ipſis percepiſſet quantitatem correſpondentem valori huius medietatis, & ita admiſſa fuit compenſatio fructuum relictorum, cum medietate, neceſſariò fratri debita; Et ultra præfatos, clarè idem habetur penes *Reg. Rovit. conſ.* 94. *nu.* 43. *lib.* 1. ubi in cauſa D. Beatricis Tuttavillæ, cum D. Bernardino de Cardines ità deciſum tradit; prout *Thor. in eius comp. to.* 1. aliam S. C. deciſionem refert, quibus Diffinitionibus ſanè uniri debet deciſio *Reg. Capyc. Latr.* 94. ubi à *Gizzio* impugnatur *Reg. Merlin. dict. contr.* 44. & in omni caſu, ait, quòd legatum, uxori relictum à viro, cenſeatur ſemper factum animo compenſandi cum veſti-
40 bus lugubribus, & viduili thoro, ex conſuetudine debitis, ſicuti compenſatur, quod à teſtatore relinquitur cum debito legali, ità *Conſil. Hodier. ad Surd. deciſ.* 119. poſt *dict. Afflict. deciſ.* 44. *Præſ. de Franch. deciſ.* 413. & *Conſil. de Anna conſil.* 120. *lib.* 2.
41 ubi fundat, compenſari legatum cũ vita, & militia, quæ loco legitimæ debetur; quemadmodum etiam, adinſtar legitimæ portionis, hæc conſuetudinaria medietas ità proximioribus agnatis, cognatiſque defertur, iuxtà communem Noſtratum ſententiam;
42 quia in ea nullum onus à teſtatore imponi poteſt, dum non ipſius placito, ſed neceſſariò illis, vigore municipalium Sanctionum, debetur, ut conſuluit *Conſil. Rocco in ſuo reſponſ.* 61.
43 *lib.* 1. pro Sacra Domu A. G. P. hærede inſtituta pro æquali parte, & portione à Paulo Bolvito, unà ſimul cum Maria Bolvito eius ſorore, quæ anteà detrahere volebat medietatẽ bonorum antiquorum, vigore Conſuetudis, & etiam paragium, ac legitimam, ei debitam à communi parente ſuper dictis bonis, & in reliquis hęreditatis effectibus, ęqualiter ſuccedere cum dicta Sacra Domu, cuius favore, in excluſionem dictę Marię Bol-

Digitized by Google

Solvito, fuit concluſum,non poſſe illam utrumque habere, nempè detrahere ab hęreditate dicti Pauli ejus
44 fratris defuncti, & medietatem antiquorum bonorum, cum paragio, & poſtea in reliquo ſuccedere ſimul cũ dicta Sacra Domu, contra voluntatẽ teſtatoris, quę fuit, ut omnia bona per ipſum relicta dividerentur, & ut in eis ambo hæredes ęqualiter ſuccederent; cujus ſententię fuerunt omnes ex I.C.Collegis,videl. *D.Franciſ. Marcian, D. Io: Bernard. de Caſtellis, D. Bartholom. de Franch. & D. Donat. Anton: de Marinis*, ut refert ipſe *Conſil. Rocc. loc: cit. in fin.*

Ex his,aliud igitur non ſupereſt, niſi ut
45 evadamus ab adverſis argumentis, eorumque tenebris; & expugnemus rationum vires, quibus præſertim nituntur *R.Merlin.& Caput. lo.cit.* Et ità,non ſolùm luce meridiana purior clareſcat noſtra ſententia, atq;uti verior, omninò in tali altercatione appareat, non tàm validioribus Iurium munita pręſidiis,eximiorũ Virorũ robore,ac judicatarũ rerũ authoritate; ſed & ità firma remaneat,ut futilibus ſolutis objectionibus,de ea amplius inter noſtrates ambigi,prorſus nequeat.

Et primò, non obſtant ex adverſo dicta
46 per *Reg. Merlin. & Caput.* ajentes, enunciatæ medietatis debitum, neceſſarium non eſſe ex parte teſtatoris, qui ad illam in vita non tenetur, cum liberè, ſemota fraude, de bonis omnibus diſponere poſſit:nec in morte, quia municipalis Juris vi, proximioribus debetur. Retorquetur enim argumẽtum: ſi ex nova itaque lege, ſive Cõſuetudinis vigore,hæc neceſſariò debetur ſemiſſis, ſine dubio cõpenſatur cum eo, quod fuit à teſtatore agnatis relictum, quibus deberi ſanè eandem medietatem, ſciebat.

Vndè minimè obſtat item, quod ſub-
47 dit poſtea *Merlin.loc.cit.n.30.* hujuſmodi nempè medietatem ex Conſuetudine ſegregari ab ultimæ volũtatis commercio, & ità deficere compenſationis extrema, ideſt debitum ex parte teſtatoris, & creditum pro legatario,qui uti proximior agnatus, ſtatim ſecuta ipſius teſtatoris morte, hanc acquiſivit medietatem, de qua
48 ille diſponere non poterat. Nam facilis eſt etiã reſponſio,ex quò debitũ hæredis, quem latet, licet ſit incepturum poſt teſtatoris mortem, reputari tanquã ipſius defuncti onus; ità ut reliquiſſe cenſeatur legatum, animo compenſandi,nõ minus ac,ſi idẽ verè fuiſſet debitor, ex generali illa ratione *tex.in d l.Titia,§.qui in vita ,ff.*
49 *de leg. 2.* Nè ſcilicet hęres duplici gravetur onere, ut ait *Caſtrenſ.dicto conſ.35. cit.verſ. Sed ad hoc,d. lib. 2.*

Nec ulterius obſtat, quòd iterũ Adver-
50 ſarii afferant, ſubiectum nempè diſpoſitionis, faciendæ per teſtatorem, eſſe patrimonium ipſius liberum, nõ autem ſubiectum Conſuetudinibus, prout eſt hæc antiquorum ſemiſſis, neceſſariò debita, non quidem à teſtatore,ſed patrii juris vigore; undè, ſi aliter non conſtet, ſanè præſumendum eſt, voluiſſe diſponentem in inſtitutione facta, vel re legata favore agnati, meliorare conditionem ſui ſanguine conjuncti,præferendo illum
51 ſuo extraneo hæredi. Nam eis clarè reſpondetur per eoſdem terminos,videlicet: ſi ſubiectum diſpoſitionis, faciendæ per aliquem, eſt ſuum patrimonium liberum, non verò innixum legi municipali, & proinde prohibitũ de illo diſponi, apertè videtur, teſtatoris voluntas, in caſu noſtro contraria non eſſe profectò diſpoſitioni Cõſuetudinis,ex qua enim cũ bonorum medietas antiquorum intelligatur prohibita, illaq; debeatur ſtatim poſt teſtatoris mortem agnatis; Hinc, re-
52 ctè hoc ſciens ipſe teſtator,voluit de ſuo patrimonio,& bonis liberis diſponere in aliorum beneficium, cum de illis jam diſponere poterat: & de reliquo favore illorum, ad quos neceſſariè ſpectabat,quoad portionem vigore Statuti;undè inſtitutionem,eorum be-

Digitized by Google

53 beneficio factam, vel legatum eis re-
lictum, cum dicta ſemiſſe compenſa-
ri, clarè conſtat; aliàs fruſtratoria fuiſ-
ſet inſtitutio hæredis extranei, æquè
ac ipſius teſtatoris diſpoſitio, qui pro
objecto habuit, propriæ satisfacere,
voluntati, & itẽ Conſuetudinũ placi-
to, relinquendo bona pro æquali por-
tione agnatis, & alio cohæredi: vel le-
gata congrua quantitate proximiori-
bus, in compenſationem præfatæ me-
dietatis, in cæteris ſuis bonis extraneũ
velle hæredem, ut eidẽ libera erat fa-
cultas, & jure præſumi debet.
Reſpondetur denique dictis per *R. Mer-*
54 *lin. num.*40. ubi ait, quòd ſi daretur
hæc compenſatio, ex indirecto aliquis
teſtari poſſet de portione, *Conſuetudi-*
*nibus* ſubiecta, quæ ſtatim poſt teſta-
toris obitum defertur proximioribus
ex linea, undè bona obvenerunt; vel
55 ſaltem dici deberet, teſtatorem ipſũ
feciſſe actum inutilem; quia agnatis
relinquere, ad ipſum non ſpectabat,
quod vigore juris patrii illicò eis de-
betur. Nam quis unquam dicet, non
poſſe diſponentem agnatis hanc an-
tiquorum medietatẽ relinquere, aut
quomodo vocari poterit idem actus
inutilis, & fruſtratorius, quoties teſta-
56 tor, ad quod tenebatur, adimplevit,
tali quidem inſtitutione, vel legato,
jus proximiori de agnatione tribuẽs,
quod ei debetur, de cæteris verò bo-
nis alium hæredem inſtituens? prout
fuit ex tot eximiis Viris prolata ſen-
tentia, in cauſa penès *Conſil. Rocc. d.*
*reſp.* 61. *lib.* 1. *circà fin.*
Rejectis igitur contrariis, firma prorſus
57 noſtra remanet Concluſio, à qua mi-
hi, haud eſſe recedendum, videtur,
niſi ubi expreſsè de contraria teſtato-
ris voluntate conſtaret, uti habetur
in alia facti ſpecie, relata ab eodem
*Reg. Merlin. dict. cap.*44. *lib.*2. *num.*
44. nempè Angelæ, & Ioannæ Cæſa-
rano cum Sacro Hoſpitali etiam SS.
† Annunciatæ, in qua cauſa S.C. plenius
reſervavit examen, nec in ea ageba-
tur, de quibus hìc diſſervimus, cum
ibi legatum, factum à Iuſtina Cęſara-
no in beneficium ſororis, ſpecialem
habebat cauſam, meri ſcilicet amoris.
58 Quando namq; hoc legatum eſt ità
qualificatum, nempè pro certa cauſa,
aut facto aliquo, & re particulari, tunc
ceſſat præſumptio ſuppoſitę compen-
ſationis, de qua fit ſermo, cum debi-
to non habente qualitatem illam, etſi
millies legale, & neceſſarium ſit; præ-
cipuè ſi fiat ex amore erga legatariũ,
ut firmant poſt *Corne. & Socc. Me-*
*noch. conſ.*56. *num.*18. *Medic. de com-*
*penſ. q.* 31. *num.* 7. *par.* . *Phanuc. de*
*lucro dot. gloſ.* 5. *num* 94. *& Molfeſ.*
*ad Conſuet. Neap. tom.* .*p.* .*q* .*n* 10.
Quo caſu, aliiſque ſimilibus, contrariam
ſententiam benè procedere, nam ali-
59 ter ſecus dicendum eſt, eò magis, quia
tàm *Buccinus*, quàm *Caputus loc. cit.*
*num.*50. cum cæteris ex adverſo alle-
gatis, fatentur, eorum opinionem du-
biam eſſe, quia ei adverſantur, ferè
omnes ex noſtratibus, ut præter alle-
gatos, videndi ſunt *Reg. Rovit. conſ.*
25. *lib.* 1. ubi *Conſil. Altim. in addit.*
& præſertim *à nu.* 15. *Thor. in ſuppl.*
*comp. deciſ. verb. compenſatio, Coſcia*
*diſſer. iur. cap.*19. *nu.*13. *&* 17. *Conſ.*
*Rocc. ubi ſup. cap.* 61. Et ante præfa-
60 tos idem plenè probat *P. Molfeſ. par.*
2. *ſui comment. ad Conſuet. q.*13. *num.*
8. & colligitur etiã à *Io: Piſanell. in Cõ-*
*ſuet. ſi aliquis moriens, fol. mihi* 168.
*in addit. incip. ex prædictis*, quos ſe-
quitur *D. Verde lib.* 2. *inſtit. tit. de*
*legatis lem.*70. *num.*2258. Et hæc ſint
ſatis dicta, ut in Quæſtione, quæ prius
non parum anceps, ob difficultatum
tenebras videbatur, modò luce meri-
diana clarior, optata veritas, appareat,
æquè ac in ea omninò fulgeat.

## CONTROVERSIA XXVI.

Feudi ſucceſſor ad onera ſimul cum hærede in allodialibus, an pro rata contribuere teneatur, ſi de feudo hæreditario, vel ex pacto, & providentia, aut de vita, & militia, cæteriſque debitis agatur?

## SUMMARIUM.

1 HÆres in allodialibus, an teneatur contribuere cum hærede in feudalibus ad onerum ſolutionem, an pro rata? recẽſẽtur opiniones n. 3

2 Vita, & militia, in Regno debetur ſecundogenitis à primogenito, ſuccedente in feudis.

3 Hæredes tenentur pro rata ad onera hæreditaria, in feudalibus, & burgenſaticis, cum num. 4.

5 Onerum contributio eſt faciẽda pro rata valoris bonorum, & unusquisque hæres tenetur ſolvere, pro ea portione, quam poſſidet:

6 Onera hæreditaria, quæ ſunt ſuper feudo, cum aſſenſu radicata, tenetur non ſolùm hæres in ipſo feudo ſolvere, ſed pro rata, & valore bonorũ, tenetur hęres in burgẽſaticis

7 Creditores hæreditarii, aſſenſu carentes, nõ debent ſatisfieri tantùm de patrimonio burgenſatico, ſed ab hæredibus, etiam in feudis, qui hæredes tenentur pro rata.

8 Patrimonii, bonorumque diviſio nequit fieri ſinè cauſa.

9 Onerum contributio eſt facienda, ſecundùm bonorum valorem, non juxtà numerũ hæredum, & eſt pro indubitato in feudo hæreditario.

10 Unus non debet pro alio hærede gravari, quãdo inæqualis eſt patrimonii feudalis, & burgẽſatici valor.

11 Bonorum feudalium, burgenſaticorũq; æſtimatione facta, pro rata nẽpè illorum debet fieri onerum hęreditatis contributio, præſertim in feudo hæreditario, num. 12.

13 Feudum emptum cũ qualitate hæreditaria, eodem modo cenſetur, ut reliqua ſunt hæreditatis bona.

14 Et reputatur uti unicũ patrimoniũ.

15 Hœredes plures quoties adſunt, expedit, quẽlibet ex illis actione perſonali teneri pro rata ad onera.

16 Venditione annuorum introituum, cum pacto de retrovendendo, facta à feudatario, tàm ſuper feudo, prævio Regio aſſenſu, quàm ſuper aliis bonis, debiti ſolutio, non ſolùm ad ſucceſſorem in dicto feudo, ſed ad alios hæredes in burgenſaticis ſpectat pro rata, & quòad ſortem, & quoad intereſſe conventum.

17 Hæredes omnes ad ſolutionem annuorum introituum cum pacto de retrovendendo, tenentur ex vi perſonalis obligationis.

18 Redditus annui, non ſolùm reſpiciũt rem illis ſuppoſitam, ſed integrum debitoris patrimonium.

19 Et ſic eorum onus non tranſit in ſolum particularem rei hypothecatæ, ſed ad omnes hæredes, qui pro rata quidem tenentur.

20 Contributio onerum quòad feuda hæreditaria, fieri debet inter hæredes per æs, & libram, ut deciſum fertur, etiam num. 21.

22 Et quàvis ſucceſſor feudalium, illa habuerit, præter defuncti volũtatẽ.

23 Fiſcus, hæres inſtitutus in feudalibus, tenetur contribuere cum hæredibus in burgenſaticis, hæreditariis item oneribus.

24 Primogenitus ſuccedens in feudo, tenetur ad onera hæreditaria, contracta abſq; aſſenſu, & citrà cauſam feudi, unà ſimul cum hærede pariter in allodialibus.

25 Primogenitus in feudo, ex pacto, & providentia, non tenetur ad onera contribuere pro rata cum hærede in allodio. Secus verò in feudo novo, licet ſit ex pacto.

26 Feudi ex pacto, & providentia ſucceſſor, illud capit ex propria perſona, vigore primæ inveſtituræ, nõ verò habet à moriente.

27 Et ideò non tenetur ad contributionẽ onerum hæreditariorum defuncti, ſed tantùm ad ea, provenientia ex ipſo feudo, quia ſucceſſor in allodio, ad alia ſanè tenetur.

28 Quod intelligas ſi feudũ ſit antiquũ.

29 Primogenitus quòad feudum ex pacto, & providentia, non dicitur propriè hæres, ſed ſucceſſor.

30 Feu-

Digitized by Google

30 Feudum ex pacto, & providentia omnes qualitates feudi hæreditarij ſibi vindicat.

31 Contributio onerum hæreditariorũ pro rata inter hæredes ceſſat, quoties teſtator eã tacitè vel expreſsè prohibuiſſet. Quæ autem ſint coniecturæ, quæ eximunt ab hoc onere contribuendi pro rata, num. 33.

32 Teſtator poteſt ad ſui libitum unũ hæredẽ magis, quã alterũ gravare.

34 Teſtator non præſumitur, voluiſſe ab onerum contributione ejus hæredem eximere, etſi illum in feudo inſtituiſſet, eundemque gravaſſet de ſolvenda aliqua ingenti pecuniarum quantitate; nam etiam tali caſu ad onerum contributionem, ſimul cum hæredibus in allodio teneretur quidem ipſe pro rata, valoris feudi.

35 Hæres in feudalibus tenetur ſolus ad onera, quæ procedunt ex feudi natura, puta in ſolutione relevij, adhoę, & ſimilium.

36 Onerum hæreditariorum contributio, quomodo eſt facienda, attentis noſtris Conſuetudinibus, nempè cum diſtinctione bonorum, ſcilicet ex illa linea, undè illa obvenerũt, & in quibus onera reperiuntur,

37 Et an ſint ſolvenda pro rata per omnes ſucceſſores agnatos, & cognatos, an verò unuſquiſque teneatur ad ſua, licet per defunctum ſint contracta ſuper omnibus ejus bonis? & concluditur pro rata n. 38

39 Onera annuorum introituum, contracta per defunctum, quomodo teneantur ſolvere agnati, cognatiq; ſervata forma Conſuetud. Neap.

40 Tertius poſſeſſor alicujus feudi, habẽs cauſam à ſucceſſore, qui ad contribuendum oneribus hæreditariis tenebatur, unà cum hæredibus in allodio, non poteſt occaſione dictæ contributionis conveniri.

41 Tertius poſſeſſor tenetur tantùm in actione hypothecaria, prævio Regio aſſenſu, & non in perſonali.

42 Onerum hæreditariorum ad cõtributionem, contra tertium poſſeſſorem bonorum, ſive feudalium, ſivè burgenſaticorum, non datur prorſus actio hypothecaria.

43 Emptor, revocata feudi venditione, vigore Conſtitut. Conſtitutionem Divæ memoriæ, non habet pro recuperatione pretii ſoluti, niſi actionem tantum perſonalem.

44 Actio perſonalis minimè datur contra tertium poſſeſſorem.

45 Actio hypothecaria non contrahitur, niſi expreſſa promiſſione.

46 Nec tacitè datur, niſi in caſibus à Iure expreſſis, & prævisis.

47 Vita, & Militia, an ſecundogenitis debeatur, fructibus feudi venditis, prævio Regio aſſenſu, aut minimè in anno perceptis?

48 Vita, & Militia eſt onus feudi.

49 Et regulatur juxta feudi valorem.

50 Vita, & militia, etſi ex fructibus debeatur; fructus verò non ſunt in obligatione.

51 Vita, & militia debetur in pecunia.

52 Vitæ, & militiæ annua præſtatio, liquidatur ex fructibus feudi, per filiorum numerum.

53 Dos de paragio ſolvitur ex feudo, non ut pro ipſo paragio aſſignetur corpus feudi, ſed ut in pecunia præſtetur ab hærede.

54 Vita, & militia, ſi aliquibus annis fructus ex feudo non percipiantur, adhuc ſecũdogenitis debetur.

55 Releviũ ſolvitur, etſi fructus non habeãtur anno obitus feudatarii.

## ARGUMENTUM.

Ad onera hæreditaria, contribuere nùm teneantur omnes hæredes in feudalibus ſcilicet, & burgenſaticis, pro rata valoris bonorũ; itàut fieri non debeat illorum ſeparatio, attentis circumſtãtiis, ſi à defuncto fuerint occaſione feudalium, vel burgenſaticorum, hujuſmodi debita contracta? Et affirmativa ſuſtinetur opinio, eorumque cõ-

ſutatur ſententia, aſſerentium, hanc contributionem eſſe faciendam ſecũdùm numerum heredum, non ex bonorum valore. Quiduè dicendum ſit, in feudo hereditario; quid verò ex pacto, & providentia, antiquo, vel novo, dilucidè oſtenditur. Immò de eadem altercatur theſi, quòad defuncti onera, juxtà noſtras Cõſuetudines, quarum diſpoſitione, cum bonorum diſtinctione paternę, maternęque lineę proximiores ſuccedũt. Et tãdem de vita, & militia, de relevio, de adhoa, cæteriſuè ex natura feudorum debitis, concinnè fit ſermo: aliaq; ad propoſitũ dubia ſigillatim exarantur.

1 BInas inter potiſſimas illas quęſtiones, quę fuerunt exagitatæ, apud *Conſil. de Anna*, ut in ſuo *conſil.* 4. nobis de eadem facti ſpecie diſputare, à ſimili contingit; Et illarum prior profectò videtur: SI hæres in allodialibus teneatur contribuere cum hærede in feudalibus, pro ſatisfaciẽdo ęre alieno, contracto cum Regio aſſenſu ſuper bonis feudalibus, vel è contra; ità ut omnes pro rata cõtribuere debeant creditoribus hæreditariis, nulla facta patrimonii feudalis ab allodiali ſeparatione, neque etiam attẽto, an onera intuitu feudi, vel burgenſaticorum fuerint contracta? Altera verò ſubſequitur theſis: an vita, & militia, quæ in hoc Regno ex *Conſtitut. in Comitibus* ad ſecundogenitos ſpectat, debeatur etiam eiſdem à primogenito, in feudis ſuccedente, quoties omnes feudi fructus venditi reperiantur, aut ſi aliquibus annis non percipiantur, ſaltem pro his annis dicta portio ipſis ſecundogenitis minimè acquiratur?

3 Et reſpectu primi ex controverſis, licet nonnullæ adſint Doctorum ſententiæ, quas ſigillatim congerit *in dict. conſil.* 4. *de Anna lib.* 1. Verior tamẽ, ac receptior illa videtur eſſe opinio, ut ſcilicet defuncti hæredes, ſi plures ſint, nempe in feudalibus, atque in burgenſaticis, omnes pro rata, nec in portione (ut alii perperam judicant) contribuere hæreditariis teneantur oneribus; adeòut, qui plus poſſidet, plus ſolvat, cum hujuſmodi contributio, pro rata valoris rerum, ſit facienda, non verò ſecundùm præfatum numerum hæredum.

4 Ità adverſus opinionem *Gloſ. Pariſienſis*, damnatæ memoriæ, *tit.* 1. §. 11. *nu.* 8. unanimiter fatetur, teneri ad onerum contributionem, tam hæredem in feudalibus, quàm hæredẽ in burgenſaticis: *Camer. in repetit. cap.* 1. *quæſt.* 22. *in tit. an agnat. Frecc. de ſubfeud. lib.* 3. *ſub tit. de differ. inter feud. ex pacto, & hæred. differ.* 13. *Ant. de Alex. ad Conſuetud. Neap. ſi quis, vel ſi qua, & propriè in apoſtil. incip. ad intellectum, Tiraquell. de jure primog. qu.* 35. *num.* 31. quos ſectantur *Capyc. deciſ.* 198. *ubi Add. Præſ. de Franch. deciſ.* 1. *num.* 24. *deciſ.* 10. *num.* 41. & *deciſ.* 159. ubi in Regno pro lege, id ſervari, teſtatur, *& ibidem D. de Luca in obſeru. Reg. de Ponte conſil.* 52. *lib.* 1. *& in tract. de poteſt. Proreg. tit. de aſſen. Reg. ſuper dot.* §. 3. *num.* 8. *Anna Pater allegat.* 98. *num.* 1. *& alleg.* 126. *nu.* 11. *ibiq; Filius in addit. Reg. Rouit. conſ.* 91. *per tot. lib.* 2. *ubi Altimar. in obſeru. P. Molfeſ. in comment. ad Conſuet. Neapol. par.* 2. *tom.* 1. *tit. de bonis, quæſt.* 12. *nu.* 24. *& in addit. tom.* 2. *Theodor. alleg.* 14. *Montan. in repetit. cap. Imperialem,* §. *præterea Ducatus, num.* 70. *fol. mihi* 187. *D. Reg. de Marin. ad Reg. Revert. deciſ.* 144. *& lib.* 1. *reſolut. cap.* 162. ubi perbellè *Rodoer. in addit. Reg. Capyc. Latr. conſult.* 10. *&* 11. *tom.* 1. *Reg. Galeot. contr.* 22. *lib.* 2. *Gizzarell. deciſ.* 32. *Larath. in theatr. feudal. dilucid.* 86. *par.* 1. *à num.* 11. *Bilotta*

*concluſ.*

Digitized by Google

*concluſ. feud.* 11. *Lanar. in addit. ad Patruum, cap.* 1. *de ſucceſſ. feud. nu.* 67. *Mareian. conſ.* 9. *num.* 9. *vol.* 1. *Hodiern. ad Surd. deciſ.* 90. *num.* 15. *Reg. Salern. in diverſ. alleg. poſt ejus deciſ. alleg.* 14. *num.* 67. & 68. *Marta in ſumm. ſucceſſ. legal. par.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 5. *n.* 16. & *Thor. in ejus compen. deciſ. tom.* 1. *verb. hæres in burgenſaticis col.* 2. *f. mihi* 255. Aliiq; paſſim. Qui omnes, hanc onerum contributio-
5 nem fieri debere, cōmuniter tenent, non pro hæreditariis portionibus, ſed pro rata valoris bonorum; itàut ex
6 pluribus hæredibus, unuſquiſquè teneatur ſolvere pro ea bonorum portione, quam poſſidet. Nam ſi onera hæreditaria eſſent ſuper feudo cum aſſenſu radicata, non utique teneretur ad ea ſolus hæres in ipſo feudo; ſed pro rata, & valore bonorum tenerentur etiam hæredes, in burgen-
7 ſaticis contribuere: Et è converſo, ſi creditores hæreditarii carerent aſsēſu, non ex hoc eis ſolvi tantùm deberet de patrimonio burgenſatico, & ab illius hæredibus; cum in feudo teneretur etiam hęres, ad contribuēdum pro ejus valore, neque facienda
8 eſset bonorum diviſio; quia attento tempore obligationum, & hypothecarum, unicum erat patrimonium, & indiviſum; quia ab uno poſſeſsū; ut edocent præallegati DD. quibus adiiciuntur *Conſil. de Georg. alleg.* 19. *num.* 62. *Amichangel. de feud. quæſt.* 2. *num.* 15. & 43. *Reg. Galeot. controv.* 21. *nu.* 29. *lib.* 2. *cum ſeq. contr.* 22. *nu.* 32. & noviſſimè *Conſil. Provenzal. ſuper Conſuetud. ſi moriatur,*
9 *obſeru.* 15. *num.* 15. Qui, hæreditariorum onerum contributionem eſſe faciendam, ajunt nempe juxtà valorem bonorum, non autem ſecundùm numerum hæredum, cum non debeat unus hæres pro alio gravari,
10 quādo inæqualis eſt patrimonij feudalis, & burgenſatici valor, ut inquit *Capyc. in d. ejus deciſ.* 198. ubi ità pluries refert deciſum anno 1466. per ſententias arbitrales maximorū Virorum, tempore Ferdinandi, inter
✠ Aragonenſes primi Regis, in cauſis Fratruum de Barrile, Ducis. ſ. Ariani, & Principis Hoſtiliani; prout etiam deciſum in cauſa Iſabellæ Sanbaſilis, refert *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 1. *n.* 24. & aliàs fuiſſe judicatum, tradit
11 *Frecc. d. differ.* 13. cum cæteris ubi ſupra, ex quibus indubia prorſus remanet hæc Concluſio, quòd hæreditariorum onerum contributio fieri, nequeat pro portione hæreditaria, cum diſtinctione ſcilicet, undè debita proceſſerint, ſed pro rata æſtimationis bonorum, tàm feudaliū, quàm etiam burgenſaticorum.

Idq; pro abſoluto procedit in feudo he-
12 reditario, in quo fit contributio pro rata bonorum, etſi onera eſſent ſuper bonis burgenſaticis tantùm, & unus eſſet hæres in burgenſaticis, alter in feudalibus; nam omnes tenerentur ad onerum contributionem, nec ſolus hæres in burgenſaticis; prout è contra, ſi onera hæreditaria eſſent tantùm ſuper bonis feudalibus. *Præſ. de Franch. loc. cit.* & *Reg. de Marin. d. cap.* 162. cum feudum, emptum cum qualitate hæreditaria,
13 eodem modo cenſeatur, quo reliqua ſunt hæreditatis bona; & proinde reputari debet, ut unicum, & idem pa-
14 trimonium, nec à bonis burgenſaticis diverſum, quemadmodum docēt *Frecc. differ.* 31. *in final. verb.* & *in* 3. *formul. inveſt. num.* 3. *circa fin. nu.* 4. & 48. *Camer. cap.* 1. *an agnat. quæſt.* 22. *num* 155. *verſ. quod dicimus*, *Reg. Rovit. d. conſ.* 91. & *in Pragm.* 25. *de feud. num.* 27. *Reg. de Marin. loc. cit. num.* 6. Si igitur unicum reputatur patrimonium, tenentur quoquè (nulla patrimonii diſtin-
15 ctione admiſſa) hæredes in feudalibus, & hæredes in burgenſaticis, ad onerum contributionem pro rata; dùm quoties adſunt plures hæredes, expeditum eſt, quēlibet ex illis actione perſonali teneri ad onera pro rata



Digitized by Google

ta hæreditaria, *l. pro hæreditariis, C. de her. action. Præſ. de Franch. dec. 403. num.* 1. *& d. deciſ.* 159. ubi ita fuiſſe per S. C. deciſum refert: ut ſi facta reperiatur à defuncto Feudata-
16 rio annuorum introituum venditio ſuper feudo, ab eo poſſeſſo, prævio Regio Aſſenſu, & in defectum feudi, ſuper aliis bonis, cum facultate retrovendendi; hujuſmodi debiti ſolutio, non ſolùm ad ſucceſſorem in feudo pertinere debeat, ſed cum eo alii etiã hæredes in burgenſaticis, ad contribuendum pro rata teneantur, tàm ad ſolutionem annuorum introituum, quàm ſortis principalis, tempore retrovenditionis faciendæ; ex eo præcipuè, quia licet ſpecialiter ſuper feudo contractum reperiatur debitum, attamen, cum nullum ſit translatum dominium in emptorem, conſideratur illa annua introituum præſtatio, uti debitum hæreditarium, ad quod
17 ſaltem ex vi perſonalis obligationis, omnes hæredes tenẽtur, quẽadmodũ in puncto idem ſubſtinuere, *P. Molfeſ. dict. quæſt.* 12. *num.* 24. *Montan. contr.* 9. *num.* 6. *Milanenſ. deciſ.* 7. *num.* 42. *&* 46. *lib.* 2. *Guttierez qu. civil. lib.* 2. *cap.* 146. *num.* 4. & latiſſimè *Reg. Galeot. dict. contr.* 22. *num.* 36. *verſic. ſed illud remanet*, rejecta contraria opinione *Camill. de Curt. in diverſ. jur. feud. par.* 1. *cap.* 9. *à n.* 12. *&* 18. cujus ſententiæ non mediocriter ſe opponit *Conſil. Theodor. alleg.* 38. *præſertim num.* 29. ubi nonnullis firmiſſimis innixus rationibus,
18 *Præſ. de Franch.* deciſionem comprobat, ex eo potiſſimum, quia annui redditus non reſpiciunt ſolam rem, illis ſuppoſitam, ſed integrum debitoris patrimonium, per *tex. in l. fideicommiſſum, §. tractatum, ff. de legat.* 1. & conſequenter non tranſeũt
19 in ſolum particularem ſucceſſorem rei ſuppoſitæ, atq; hypotecatæ, ſed ad omnes hæredes, qui pro rata contribuere tenentur, ut annuit etiam *Rodoer. loc. cit. ad Reg. de Marin. nu.* 5.

Infertur ergò ex traditis per *Pr. de Fra-*
20 *nch.*, in omnibus feudis hæreditariis fieri debere hujuſmodi onerum contributionem inter hæredes per æs, & libram; Et hoc etiam ſi ſucceſſor bonorum feudalium, illa habuerit contra, vel præter defuncti feudatarii voluntatem, ut tenet idem *de Franchis dict. dec.* 1. eò caſu, quo teſtator feuda alicui reliquerat, quæ demùm
21 ab illo fuerunt per alium revocata; prout in terminis, hoc idem fuit diſputatum in cauſa, quæ evenit inter Laudoniam Como, unà cũ Lucretia Sorore Secundogenita, quæ fuit inſtituta hæres in feudalibus à Io: Franciſco Como, abſque liberis defuncto; Cum enim dicta Laudonia revocaſſet feudalia ab hærede inſtituta, tanquam in præeminentiori gradu conſtituta, dicebat, ſe non teneri ad con-
22 tributionem onerum hereditariorũ, ex quò feuda illa fuit aſſequuta contra voluntatem defuncti; Nihilominus ad contribuendum, fuit ipſa feudalium hæres condemnata, ut teſtatur *Conſil. Gizzarell. deciſ.* 28. ſecũdùm ea, quæ ſcripſit *Reg. de Ponte conſil.* 13. ubi *num.* 19. *&* 26. ita in aliis cauſis adverſus ſucceſſorem in feudalibus, etiam contra defuncti voluntatem, plurles deciſum refert. Et licet *Camill. de Curt.* qui dictæ Laudoniæ partes ſuſtinuit, poſtmodum etiam contra præfatam ſententiam ſcripſerit, uti habetur in eius *divers. iur. feud. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. dicens, non eſſe habendam de ea rationem; quemadmodum, eandem opinionem pro ſuccedente in feudis contrà defuncti voluntatem, ut ad contribuendum poſteà non teneatur, latiſſimè defendit *Vincent. Anna in ſuis allegat.* 126. *à num.* 6. quem ſequutur, uti obediens filius, doctiſſimus noſter *Conſil. Anna in addit. & in d. conſ.* 4. *num.* 44. A ſuperiori tamen ſententia, tanquàm probabiliori, & rerum ſæpè judicatarum authoritate munita, haud eſſe recedendum

ar-

arbitror, attento pariter Cõſilio *Rodoeri in eius aurea addit. ad dict. cap. 162. D. Reg. de Marin. num.* 4. ubi ad propoſitum refert *Reg. Lanar. conſ.* 80. qui etiam *à num.* 45. *cum ſeqq.* adverſus ſucceſſorem in feudo, etſi pręter defuncti voluntatem, cõmuniorem tuetur ſententiam.

Quòd autem ad eandem hæreditario-
23 rum onerum contributionem, teneatur pariter Fiſcus, ſi fortè ſuccedat in feudis, citrà titulum, vel jus directi dominii, ſed tanquam hæres, & titulo inſtitutionis, manifeſtè elicitur ex verbis *Capyc. in inveſt. feud. verb. feudorum exequutiones fol.* 197. *col.* 1. quæ ſunt nimirum hæc: *Limita dummodò feudum devolveretur ad Dominum, ut dominum, ſecus ſicut ad quemlibet alium privatum, ut quia Vaſſallus illi feudum donaret, vel hęredem eundem inſtitueret, ligabitur enim Dominus his caſibus, ut ſupra de ſucceſſore dictum eſt.* Et quia
24 antea dixerat *Capyc.* primogenitum, ſuccedentem in feudo, teneri ad cõtribuendum oneribus hæreditariis, contractis abſque R. aſſenſu, & citrà cauſam feudi, unà ſimul cum hæredibus in allodialibus. Meritò igitur, ut ait *Rodoer. loc. cit. num.* 7. quem ſequitur *Conſ. Altimar. in dict. obſervat. ad conſil.* 91. *Reg. Roviti n.*6. Idem Capycius ſentiiſſe videtur, teneri ſcilicet etiam Fiſcum, ſuccedentem in feudo, citrà titulum directi dominii, ad cõtribuendum cum hæredibus in allodio, pro exolvendis creditoribus defuncti feudatarii, non minus, ac teneretur alius quicumq; ſucceſſor. Et hæc, de feudalibus in genere, quoad onerũ contributionem per hæredes faciendã, ſatis ſint dicta.

Verùm in ſpecie dantur caſus, quibus
25 ceſſat contribuendi neceſſitas, & horum primus ſe offert, iuxtà *d. Annæ conſil.* 4. *num.* 14. ſi feudum ſcilicet in quo primogenitus ſucceſſit, ſit ex pacto, & providentia antiquum, tunc enim nullo modo tenetur ſucceſſor ad hanc onerum contributionẽ pro rata, cum hęredibus in allodio, pro dimittẽdis hæreditariis creditoribus; ſed cum feudi ſucceſſor, illud capiat ex propria perſona, & vigore primæ
26 inveſtituræ, ex providentia concedentis, & pacto recipientis, nihil habens à moriente; fit propterea contributio, habito reſpectu, undè debita proceſſerunt; itàut facta bonorum ſeparatione, ad onera ex feudo provenientia teneatur feudi ſucceſſor,
27 ad alia verò ſucceſſor in allodio; & procedit *tex.* diſpoſitio in *l. ſi certarum*, §. 1. *ff. de milit. teſtam.* eò fortius, quia primogenitus quòad hujuſmodi feuda, propriè non dicitur hæres, ſed ſucceſſor, juxtà placitum
28 *Freccię de ſubfeud. lib.* 3. *de differ. inter feud. ex pact. & prou. & feud. hæred. cap.* 13. *verſic. quando enim feudum fol.* 261. cujus opinionem ſequitur eximius *Anna Genitor in alleg.* 126. *num.* 12. ubi idem *Filius* perbellè comprobat in *addit. circà fin. & in dict. conſ. à num.* 15. *&* 17. poſt *Capyc. in cit. inveſt. feud. d. verb. feudorum, verſ. ſucceſſor, fol.* 196. *col.* 1. *& Bilott. concluſ. feud.* 11. *&* 16.
29 Quod verò intelligas, tantùm in feudo antiquo; nam ſi fortè feudum ex pacto, & providentia eſſet novum, teneretur quidem primogenitus, ſuccedens, ad contribuendum cum hæredibus in allodio, ea præcipua ratione, quia in feudo novo, habet locum regula in principio poſita, ex quò illud, licet ſit ex pacto, & providentia,
30 omnes tamen feudi hæreditarii qualitates ſibi vindicat, & annuit *Camer. in l. Imperialem col.* 1. *in fin. verſic. Quoniam feuda nova, perpetuò vim habent hæreditariam*, & ex aliis poſt *Iſern. in cap.* 1. *de alienat. feud. pater. nu.* 10. fuſiùs idem docet *Conſil. Gizzarell. dict. deciſ.* 28. *num.* 3. *cum ſeq.*

Ceſſat etiam ſecundò hoc onus, contri-
31 tribuendi pro rata oneribus hæreditariis, quoties ità teſtator expreſsè, vel tacitè ordinaverit, per *tex. in l.*

quo-

Digitized by Google

*quoties*, §. 1. *cum ll. ſeqq. ff. ad Tre-*
32 *bell.* Poteſt enim ipſe teſtator, ad li-
bitũ plus unũ hæredẽ gravare, quã
alterum, alioſque exonerare, *argum.*
*l. unicæ*, §. *ſed ut manifeſtetur*, *C. de*
*caduc. toll. Præſ. de Franch. dict. de-*
*ciſ.* 1. *num.* 2. & 5. *Reg. Lanar. conſ.*
80. *num.* 46. *Molin. de Hiſpan. pri-*
*mog. lib.* 4. *cap.* 6. *Reg. de Pont. in*
*ejus tractat. de poteſt. Proreg. tit.* 6.
§. 3. *num.* 22. Sed conjecturas, ex
33 quibus colligi poteſt, teſtatorem vo-
luiſſe eximere eum, quem in feudo
inſtituit, ab onere contribuendi, latè
enumerat *Reg. Capyc. Latr. conſult.*
10. & 11. cum *Reg. Galeot. contr.*
22. *lib.* 2. *nu.* 2. ubi magiſtraliter ad-
vertit, non ſatis conſtare, teſtatorem
voluiſſe ab onerũ contributione ejus
hæredem eximere, etſi illum in feu-
34 do, uti in re particulari inſtituiſſet,
& etiam quòd eundem gravaſſet, de
ſolvenda aliqua ingenti pecuniarum
quantitate; nam etiam tali caſu, ad
onerum ſolutionem pro rata valoris
feudi eum teneri, unà ſimul cũ hæ-
redibus in allodio, peritè nimis ſuſti-
35 net. Ad onera autem, quæ procedũt
ex feudi natura, putà in illa ſolutione
adhoæ, relevij, vitæ, & militiæ, & ſimi-
lium, tenetur tantùm hæres in feu-
dalibus, ut ajunt *Capan. de iur. relev.*
& *Reg. Capyc. Latr. dict. deciſ.* 92.
Solùm ex his ſanè, quæ diximus de hac
36 onerum contributione, facienda pro
rata per hæredes in feudalibus, &
burgenſaticis, Duę inſurgunt non
mediocris põderis difficultates, qua-
rum prior adeſt: Si idem procedat in
terminis noſtrarum Conſuetudinum,
& pręſertim *Conſuetud.* exordientis,
*ſi quis, vel ſi qua*, cujus diſpoſitione
habetur, morienti ab inteſtato, in
bonis, ei proventis à matre, vel ex
linea materna, ſuccedere proximio-
res ex parte matris, & in bonis, ob-
ventis à patre, lineaque paterna, ſuc-
cedere proximiores ex parte patris.
Difficultas enim urget, ſi per defun-
37 ctum ſint contracta debita ſuper om-
nibus bonis, quomodo per hęredes
ſolvantur? At eſſe ſolvenda à cun-
ctis ſucceſſoribus agnatis, cognatis-
que, pro rata valoris bonorum anti-
38 quorum, juxtà opinionem *Gugliel.*
*de Cuneo in l. hinc quęritur*, §. *poteſt*,
*ff. de pecul. ubi Alberic. num.* 5. ex eo
potiſſimum, quia tempore debiti cõ-
tracti erat unum patrimonium, non
diviſum, firmiter tenẽt *Ant. de Alex.*
*in prima eius obſervat. ad d. Conſuet.*
*ſub num.* 123. & fuſiùs *Conſil. Pro-*
*venxal. in eius obſerv.* 15. *ad eand.*
*Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua*, idemq;
firmat *ſeq. obſerv.* 16. ſi ſuper bonis
paternis, & maternis eſſet facta per
defunctum annuorum redditum
venditio; & in terminis ſtatuti, ſimi-
lis huic noſtræ Conſuetudini, eiuſdẽ
fuerunt opinionis *Alex. conſil.* 31. *lib.*
1. *num* 9. *Rojas* poſt innumeros, quos
allegat in *epithom. ſucceſſ. cap.* 30.
*num* 25. *in fin.* ſecundùm *Conſtitut.*
*Cathaloniæ*, *Jacob. Cancer. var. re-*
*ſol. cap.* 1. *de ſubſtit. ſub num.* 39. &
hanc eſſe veriorem, nec ab ea rece-
dendũ, admonet *Ant. de Alex. ubi ſu-*
*pra*, attentis noſtris Conſuetudinibus,
ut ex relata à *Cuneo*, & aliorum ſen-
tentia probat, etiam *Camer. in c.* 1.
*an agnatus ſub num.* 158. quem re-
fert *Provenzal. in d. obſerv.* 15. *n.* 13.
Poſterior verò ſequitur ità ex præmiſſis
40 difficultas: Si aliquis ex hæredibus
alienaverit feudum, vel rem allodia-
lem, ſibi ſpectantem, ſtante ejus obli-
gatione, contribuendi pro rata oneri-
bus hæreditaris, an poſſit, à cohære-
de, vel à creditoribus agi, pro hac cõ-
tributione, contra tertium illius feu-
di, vel rei poſſeſſorem? Et quia hę-
res in feudalibus, ſolùm actione per-
ſonali tenetur, ad contribuendum,
ideò nõ datur actio cõtra 3. feudi poſ-
ſeſſorem; cum tertius teneatur tan-
tùm in actione hypothecaria, quę
ſine aſſenſu Regio, nũquam acquiri-
tur ſuper feudo, ut reſolutivè aſſerit,
*Conſil. Hodiern. ad Surd. deciſ.* 90.
circà *fin.* quem ſequitur *Rodoer. in*
*addit.*

Digitized by Google

*addit. ad dict. cap.* 152. *reſol.Reg. de*
42 *Marin. num.* 13. Idque etiam in allodialibus, cum expreſſum non habeatur in Jure, pro hac contributione, dari actionem hypothecariam; ità *Reg. de Marin. tom.*3.ex *Jo:Bapt.*
43 *Melior. reſolut. cap.* 47. ubi fundat, emptorem, revocata feudi venditione, vigore *Conſtit. Divæ memoriæ*, habere, pro recuperatione pretii ſoluti contra venditorem, actionẽ perſonalem ( quæ non datur contra ter-
44 tium, ex *l. fin. ff. de contrah. empt. Reg. Rovit. conſ.* 41. *num.* 11. *lib.* 1.
45 *Reg. de Marin. cap.* 63. *lib.* 2.) quia actio hypothecaria non contrahitur, niſi præcedente expreſſa promiſſione, *l. contrahitur, ff. de pignor.* nec
46 tacitè datur, niſi in caſibus, à Jure expreſſis. *tit. ff. & Cod. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* Et proindè, non poſſe agi contrà tertiũ rei poſſeſſorem, ad hæreditariorum onerum contributionem, concluditur cum *Altimar. ad Rovit. d. conſ.* 41. *n.*18. quia de jure nihil ſtatuitur.

Supereſt tandem, examinare ex princi-
47 palibus ultimam quæſtionem, de vita, & militia: an ſecundogenitis debeatur, fructibus feudi venditis, aut aliquo tempore non perceptis? Et quia, vitam, & militiam, nemo con-
48 tradicit, eſſe onus feudi, ex *Conſtit. Comitibus*, ubi *Andr. & in c.*1.§.*quid ergo, de inveſtit. de re alien. fact. Capyc. d. cap. Imperialem, Afflict. deciſ.* 43. & 138. *Napodan. in Conſuet. ſi qua mulier, num.* 22. *Marin. Frecc. diff.* 13. *Pute. de reintegr. feud. rubr.* 176. affirmativa idcircò ſuſtinetur opinio, ex *Anna d. conſ.*4.*num.*45.ut tanquam onus, vel portio feudi, re-
49 guletur juxtà valorem feudi, & *Put. d. rubr.* 176. *num.* 7. & licet fructus ſint venditi, ſecũdogenitis debeatur. Idemq; item ſuadetur, quia vita, & mi-
50 litia ex fructibus, etſi debeatur, ejuſque taxatio ex illis fiat; tamen ipſi fructus feudi non ſunt in obligatio-
51 ne; quia vita, & militia præſtari debet in pecunia, ut ex *dict. Conſt. Comitibus* docet *Minad. deciſ.* 10. *num.*5. ubi *Monac. in addit. & Reg. Rovit. in pragm.*24. *de feud.* qui vitam, & militiam ait, eſſe annuam præſtatio-
52 nẽ in pecunia, liquidandam ex fructibus feudi pro numero filiorum, ex *Afflict. & de Amicis.* Quod comprobatur etiam, exemplo dotis de para-
53 gio, quæ ſolvitur ex feudo, non ut aſſignetur pro ea corpus feudi, ſed ut præſtetur ab hęrede in pecunia, *Andr. in Conſtitut. in aliquibus, de Gregor. in tract. de dote de parag. quæſt.* 3. *cum* 38. *& Præſ. de Amat. conſ.*42.

Hinc clarè colligitur, ut ſi aliquibus an-
54 nis fructus ex feudo non percipiantur, adhuc ſecundogenitis hęc vita, & militia debeatur, ut in ſpecie deciſũ tradunt *Minad. deciſ.*10. *& Præſ. de Franch. deciſ.* 121. *Cavalcan. deciſ.* 12. *par.* 2. *Anna dict. conſ.*4. *num.*61. *Reg. Rovit. in dict. pragm.*24. *de feud. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par.* 8. *tit. de jure relev.* ubi idem procedere, ait reſpectu relevii, quod ſolvitur pro nova inveſtitura, attento valore medietatis fructuum unius anni, *Andr. in Conſtitut. poſt mortem, Loffred. c.* 1. §. *ſed, & res, per quos fiat inveſt.* & tamen ſi pauci, aut nulli fructus naſcerentur anno, quo moritur feudatarius, adhuc teneretur ad relevium ſucceſſor in feudo, uti docet *Frecc. de ſubfeud. defin.* 13.
55 *Loffred. loc. cit.* & deciſum fuit in
* Regia Camera contra Comitem Palenæ; & in cauſa Marchionis Padulæ, ut legitur in *Mariconda apoſt. cap.* 1. §. *ſimiliter de Cap. Corra.* & clarè habetur in praxi, ut fructuum liquidatione facta, relevij ſolutio fiat in pecunia. Quæ pro expoſitarum rerum reſolutione, ſint hìc ſatis dicta.

## CONTROVERSIA XXVII.

**In Feudo ex pacto novo, an inventarium pro illius oneribus, prodeſſe poſſit?**

## *SVMMARIVM.*

1 *INventarii beneficium, an proſit hæredi in feudo ex pacto novo?*
2 *Feudum ex pacto novo eſt omninò ad inſtar feudi hæreditarij.*
3 *Inventariũ, nec in feudo hæreditario, nec ex pacto nouo juvare poteſt.*
4 *Hæres in feudo hæreditario tenetur ad onera uſque ad ipſius valorem.*
5 *Qualitas hæreditaria nõ accidentaliter, ſed ſubſtãtialiter feudo ineſt.*
6 *Feudũ novũm mixtũ, à patre acquiſitum, tanquam hæreditariũ, in legitimam filio imputatur.*
7 *Legitima deduci non poteſt ex feudo mixto antiquo, quod habetur tanquã feudũ ex pacto, & providẽtia.*
8 *Feudo antiquo non ſuccedit filius facto patris, ſed primi acquirentis.*
9 *Feudum hæreditarium, vel nouum in legitimam imputari dicitur, habita ratione valoris feudi, licet in eo ſolus primogenitus ſuccedat, & per S. C. fertur deciſam n. 10.*
11 *Legitima, primogenito debita ſuper feudo hereditario, quãta eſſe debeat?*
12 *Tertia pars totius feudi ſtatuitur.*

## ARGUMENTVM.

Inventarium haud juvare, in feudo ex pacto nouo, quemadmodum neque in hæreditario, ut ad onera nõ teneatur hæres uſque ad præfatì feudi valorem, in quo ultrà deductionem legitimæ, benè à patre gravari poteſt filius, niſi illud ſit verò antiquum, dilucidè oſtenditur.

1 DIfficultatibus modò ſuperest, pro eadẽ cauſa *ſuperioris Controverſiæ* excitatis, quòad inventarii beneficium, ut omninò ſatisfaciamus, laconicè inquirentes, an illud quidem juvet in Feudo ex pacto novo, vel ſecus; itàut pater poſſit oneribus filiũ gravare, qui ultrà deductionem legitimæ, pro quantitate valoris ipſius feudi, ad illa teneatur, æqueac ad legatorum omnium ſolutionem, juxtà tradita per *Reg. Rovit, in prag. 4. de Feud.* in ſuis allegationibus, ibidem perbellè cõgeſtis, quibus cuncta penè dubia, ad propoſitũ pertinentia, plenè diſcutiuntur.
At feudum ex pacto novũ, cum ſit ad
2 inſtar feudi hæreditarii, nec ab illo
differre videatur, dum ex ſup. traditis apud omnes Feudiſtas, communi voto ſancitum comperitur, ut poſt *Andr. in cap. 1. de alien. feud. pater. n.* 10. aliosq; nõnullos, teſtantur præſertim *Camer. in l. Imperialem col. 1. cir. fin. et Cõſ. Gizzarell. dec. 78. n. 3*, ſequitur ergò, ut annuimus, invẽtariũ mi-
3 nimè prodeſſe in tali feudo novo, licet
appareat ex pacto, & providẽtia; quẽadmodum nec etiam juvat in feudo hæreditario, ut ait *Conſ. de Ann. conſil. 5. lib.* 1. authoritate *Marin. Frecc. de ſubfeu. in 29. auth. n, 10. uer. vel ſi feudum eſſet novum ex pacto, & prouid. prout idẽ in 7. differ. & in 3. formul. n. 15. Burſat. conſ. 291. n. 70. vol. 3. Præſ. de Franch. deciſ. 368. n. 4. ubi Add.* cum cæteris, quos cõgerit *R. Lanar. conſ. 80. n. 23. poſt Andr. in c. 1. verſ. ubi verò, tit. an agnat. & in cap. 1. in princ. de prohib. feud. alien. per Fe-*
4 *der.* ibi. n. habetur, inuẽtariũ haud iu-
vare in feudo hæreditario; quia illo non obſtante, tenetur hæres ad defũcti onera uſq; ad præfati feudi valorẽ, ut ait *Conſ. Hodier. ad Surd. deciſ. 235*
5 *n. 6.* poſt. *Lanar loc. cit*, nam qualitas
hereditaria, nõ accidẽtalitèr, ſed ſubſtãtialiter ineſt ipſi feudo hereditario.
Quod eſt adeò verum, nam etiam ad
6 inſtar hujuſmodi feudi hereditarij,
feudum novum ex pacto, vel mixtum, à patre acquiſitum, in legitimã filio imputari, habita ratione valoris iſtius feudi, concludit *Surd. in dicta deciſ. 253.* & tenet *Anna dict. conſ. 5. & conſ. 52. à nu.* 19. quem

ſecta-

ſectatur de Luca,ad d.Præſ.de Frāch.
7 deciſ.368.Licet contrarium ſit dicendum in feudo mixto antiquo, quod judicatur in omnibus tanquam feudum ex pacto, & providentia, ex quo legitima deduci nequit,dum in illam non imputatur,quoties eſt antiquum, prout plenè docēt ipſe Surd. cōſ.427. n.48. Pariſ.conſ.17.nu.30.lib.2. & D. Cardin. de Luc.diſc.19. de feud. Filius enim non habet hoc feudum facto patris, ſed primi acquirentis; propterea cum dicatur eſſe,non in patris hæreditate, ſed illius utilis primi domini, in calculo paternæ hæreditatis,ad ta-
8 le effectum,non eſt ponendum.Nonnulla ad propoſitū itaq;videnda ſunt apud Reg.Rovit. in d. Pragmat. 4.de feud. præcipuè num. 63. & conſ.41. n. 18.cui adhærent Magil.de imput. quæſt. 37. Amat. conſ. 6. Anna pater ſingul. 202. Conſ. Rocc. reſp.1. nu. 9.
9 lib. 2.& Conſ.de Georg. alleg.27.ubi advertit, quòd feuda hæreditaria, vel nova, licet in legitimam imputētur, hoc tamen intelligi non poteſt, niſi habita ratione valoris feudi, etſi in eo ſolus primogenitus ſuccedat;
10 quemadmodum etiam, junctis Aulis, deciſum refert Præſ.de Franchis d.dec.368.& poſt DD ferè innumeros Conſ. de Ann.conſ.130. à num. 23. cum ſeqq. lib. 2. Legitima verò,pri-
11 mogenito debita ſuper feudo hæreditario, quanta eſse debeat, clarè habetur apud Reg. de Marin. cap.250. ubi diffusè Addent. & penès Reg. Capyc. Latr. conſult. 13. num. 14. conſult. 24. conſ. 118. num. 13. conſult. itē 121.& 122. Idēq; invenies apud Cenſal. ad Peregrin. de fideicom. art. 36. col. 1. & Reg Galeot. contr. jur. lib. 1. cap. 59. num. 26. Ex quibus,
12 eſse tertiam partem totius feudi, in quo ſolus primogenitus ſuccedit,cōmuni ore deciſum fertur, ſignanter per Reg.de Marin.loc.nuper cit.n.14. Quæ porrò breviter dicta ſufficiant, cum reliqua, de feudali materia, infrà fuſiùs ſint ponderanda.

## CONTROVERSIA XXVIII.

Vita, & militia, ſicut in deſcendenti, an ità in tranſverſali linea, ſecundogenitis per feudi tranſitum debeatur: an verò ſecùs, ſi fuerit illa ſemel aſſignata?

### SVMMARIVM.

1 Tranſverſali in linea, ſicut in deſcendenti, an debeatur etiam vita, & militia?
2 Capyci, & Annæ ſententiæ in propoſita quæſtione referuntur.
3 Et illarum diſparitas clarè deſcribitur in cauſarum varietate.
4 Magna jurgia Cæſarea quidem deciſione indigent.
5 CAROLVS V. Invictiſſimus Imperator eſt noſtri amantiſſimi CAROLI VI. dignus Tritavus.
6 Ius vitæ,& militiæ habetur ex Regni Conſtit. Comitibus, & quod prius ignorabatur,nūc cūctis patet.
7 Vita,& militia debetur ſecundogenitis, excluſis à ſucceſſione feudi paterni.
8 Vita, & militia an ſit loco legitimæ,vel loco alimentorum, traditur receptior opinio, & n. 14.
9 Legitima nō debetur inter trāſverſales, niſi turpi inſtituta perſona.
10 Patruus non tenetur alere nepotē.
11 Feuda inter tranſverſales deferūtur uſq;ad tertium gradum,de Iure Conſtitutionis Regni.
12 Argumentum non licet ſumere de uno ad alium caſum: nec illatio à diverſis juribus.
13 Vita, & militia, quòd ſimpliciter debeatur in tranſverſalium ſucceſſione, eſt communis noſtratum ſententia,etiam ex deciſis n.14.
15 Sed an ſemel taxata, & habita in ſucceſſione communis patris, iterū aſſignari debeat, ſi feudum idem

 tran-

*tranſeat ad lineam collateralem? deciſio negativa fertur num.* 16.

17 *Feudum idem nequit duplici onere pro eadem cauſa gravari.*

18 *Capycij, & Annæ ſētētiæ cōciliātur.*

19 *Feudum exinaniretur, ſi in qualibet ſucceſſione, tàm deſcendentium, quàm tranſverſalium ad ſecundogenitos vita, & militia ſpectaret.*

20 *Deciſiones, ut ſtatuta, ſtrictè habētur.*

21 *Et uti verba in eis ſonāt, ità intelligi ſemper debent, & num.* 22.

23 *Caſus non expreſſi, habentur omninò apud omnes pro omiſſis.*

## ARGUMENTUM.

Fratribus ſecundogenitis an debeatur vita, & militia in bonis feudalibus defuncti fratris primogeniti, ex alio germano fratre ipſius hęrede, quoties in eiſdem, tanquam provenientibus à communi parente, jam eam habverint? Propoſita quæſtione, *Capycij*, & *Annæ* ſententiæ, inter ſe pænitus adverſæ, dilucidātur, & quomodo conciliari poſſint, diſtinctè pariter oſtenditur; Aliaque de vita, & militia concinno recenſentur ordine.

1 AMbigua, & anceps non parum, ex traditis per *Ant. Capycium, in ſua deciſ.* 211. videbatur ex adverſo *Fabij de Anna* ſententia *in conſ.* 6. de illa notabili quidem theſi, tunc temporis excitata, quamvè nobis accidit ad præſens diſcutere; an ſcil. vitæ, & militiæ portioni locus ſit, ſicut in deſcendentibus; ità & in trāſverſali linea; adeout nō tātùm illa ſecundogenitis, loco legitimæ portionis, à qua in feudo excluduntur, ex patris ſucceſſione taxari, & aſſignari debeat, verùm etiam in eodem feudo iterum ad eos ſpectet, per fratris defuncti ſuc-

2 ceſſionem? Nihilominus cum magna adſit diſparitas inter caſum, qui evenit tempore *Capycij*, & alterum, in quo ad præfatū recurritur *Annæ Conſilium*, ut facti ſpeciem in utroq; breviter referā, ac differentiæ ratio clariùs conſideretur, dicā propterea, in huiuſmodi quæſtione, tàm arduè diſputata inter filios, fratreſq; Marchionis Cāpaneæ, poſt multa fuiſſe per S. C. deciſum, eis iterum non deberi vitā, & militiā, pro ſucceſſione, fratris dum ex paterna ſucceſſione, jam ſoluta reperiebatur; quod minimè in *d. Capyc. deciſ.* 211. verificari potuit. Articulus enim enunciatæ *Capyc.* deciſionis fuit in genere diſcuſſus, reſpe- 3

3 ctu collateralis lineæ, num ſcil. debeatur vita, & militia; itàut ſi frater decedat, ſuperſtitibus nonnullis fratribus, vel fratrū præmortuorū filiis, qui ex Iuris diſpoſitione paternū ſubingrediuntur gradum, etiā in feudis,

4 ut *in cap.* 1. *circa fin. de ſucc. frat. & grad. ſucced. in feud.* quia feudum ad fratrem maiorem ſuperſtitē, tantùm devenire debet, mortuo fratre feudi poſſeſſore: an tali caſu cæteri fratres, ac fratrum filij acquirant jus pro vita, & militia? & hactenus extenditur quæſtio *dictæ deciſ. Capy.* in quā etiam conſuluit *Conſ. Minado. conſil.* 1. quāpluribus ſuſtinens juribus, deberi tranſverſalibus vitā, & militiā; Et pro ejus opinione, licet fuiſſe judicatum, item referat *in fin. d. conſ.* varijs ex rationibus, fuiſſe omnibus viſam mirabilem hanc ſententiam, fatetur tamen cum eodē *Anna loc. cit. n.* 3. uti teſtatur etiā *Capyc. ead. deciſ.* 211. vbi aſſerit, quòd cum inter ipſum, & Dominos Marcellum Gazellam, & Antonium Muſcettula, fuiſſet negotium compromiſſum, fuit eis viſus recens caſus, & novus articulus, ac

5 itaque Cæſarea Deciſione indigere; quapropter fuit cum effectu hęc cauſa remiſſa ad Cæſaream Maieſtatem, quæ in dicto tam gravi negotio ſuas pias præſcripſiſſet leges; Vndè con-

ſulto

ſulto Imperatore, ſemper invictiſſimo, & feliciſſimæ recordationis CAROLO V. digno Tritavo noſtri amãtiſſimi CAROLI VI. Cæſaris (cui majorem felicitatẽ, gloriam, fortunãq; auſpicamur) deciſionẽ remiſit, ſuaſq;
† dedit vices S. R. Conſilio, ubi, pro tranſverſalibus fuit deciſum, in cavſa Abbatis Io: Franc. Carafæ, cũ Ill Principe Hoſtiliani ejus fratre, ſuper liquidatione vitæ, & militiæ Comitatus Aliani, ad cujus ſolutionem præfatus Princeps tandem fuit condemnatus.

Et quãvis adverſus *d. Capyc. deciſ.* non-
6 nulla afferri poſſent, quorum præcipuum videtur, quod jus vitæ, & militiæ non fuit cognitum, niſi per *Regni Conſtit.* exordientẽ *Comitibus*; nã anteà prorſus ignorabatur. Hinc, dũ
7 introduxit *Conſtitutio* hoc jus in filijs tantùm ſecundogenitis, uti excluſis à feudi ſucceſſione per primogenitum, minimè intelligi debet, idem introduxiſſe reſpectu collateralium, nam ſi volviſſet, expreſſiſſet, eò fortiùs, quia: vel dicimus, hanc vitam, & militiã eſſe loco legitimæ, vel judi-
8 cari, ut alimenta, & tamen in neutro caſu videtur, ſpectare ad trãſverſales; ſi enim de legitima tractemus, & nulli dubium eſt, quòd non debetur tranſverſalibus, niſi hæres turpis à fratre
9 perſona inſtituatur, iuxtà *tex. in l. fratres, C. de inoffic. teſtam.* Si verò
10 de alimentis loquimur, & quem latet, illa in tranſverſalium ſucceſſione non deberi, etſi de primo agatur gradu, cum nepotem alere nõ teneatur patruus, ità *Odof. in l. 2. C. de alend. lib.* dum nulla lege hoc cautum invenitur. Idq; clarius colligitur ex eiſdem *Regni Conſtitutionibus*, ubi proviſũ
11 cõperitur, tranſverſalibus deferri feuda uſq; ad certum gradum, nempè tertiũ, & nihil de vita, & militia, quæ poſtmodum fuit introducta, diſponitur pro eis, ſed tantùm illam deberi filijs ſecundogenitis, à paterno feudo excluſis, Conſtitutio inquit; & tamẽ idem in tranſveſalibus dicere, poterat, ſi voluiſſet; & propterea, ſtante rationis diverſitate inter unum, &
12 alterum caſum per ea, quæ annuimus (quia non licet ſumere argumẽtum de uno ad aliud) multi poſt dictam deciſionem *Capicij* tenuerunt, in tranſverſalibus non dari vitam, & militiam, quos in unũ colligit *Anna d. conſ. 6. à nu. 4. ad n. 19.* quia illatio non debet fieri à diverſis juribus.

Receptior attamen, & verior fuit ſemper
13 opinio apud noſtrates, in tranſverſalium ſucceſſione deberi vitam, & militiam, juxtà d. *Capyc. deciſ.* 211. pro qua ità etiam conſuluit *Conſil. Minad. conſil. 1.* & idem eſſe communiter ſuſtinendum, tradunt *Loffred. in paraphraſ. feud. cap. 1. §. quid ergo, verſ. dubitatur, de inveſtit. de re alien. fact. Praſ. de Franch. deciſ. 73. n. 18.* ubi *Addent. Caput. in Conſuet. ſi moriatur par. 2. §. 5. Capan. de vit. & milit. quæſt. 6. num. 11.* Et in Regno Siciliæ hoc etiam pro indubitato procedere ajunt *Petr. de Gregor. de dot. de parag. quæſt. 21. in fin., & quæſt. 23. Intrigl. de feud. cent. 1. quæſt. 51. num. 239. & cent. 2. art. 73.* latè *Amat. variar. reſol. cap. 75. num. 28* ubi quamplures congerit; & pro hac opinione ſæpè in Regno deciſũ tradit *n. 31.* ex *Capyc. Minad. Frec. & Pr de. Franch.*, ut omnibus à feudi ſucceſſione excluſis vita, & militia
14 debeatur; quia ullo modo in locum legitimæ ſuccedit, quæ tantùm filiis debetur, ut ait *Mart. de juriſd. par. 4. cent. 1 caſ. 23. num. 22.* licet ex receptiſſima noſtratum traditione, ad inſtar legitimæ liquidetur, ex *Andr.* & alijs, congeſtis *Contr. 11. noſtri* . *lib. num. 50.* poſt *Reg. de Ponte conſ. 79. lib. 1.*

Quæſtio verò *dicti Conſil. de Anna* ſuo
15 tempore ſatis arduè in S. C. diſputata fuit, quoties ex feudo iam reperitur ſemel taxata, & aſſignata vita, & militia in linea deſcendenti, ſi dum aliàs fiat caſus ſucceſſionis feudi, in linea quidẽ tranſverſali, iterum ex eodem feu-

Digitized by Google

ſeudo debeatur; nempè ſi abſq; libe-
ris deceſſerit primogenitus, qui feu-
dum poſſidebat, an frater ſecundo-
genitus, qui tanquam primus poſt
defunctum, feudum occupare debet,
teneatur ſolvere vitam, & militiam,
cæteris fratribus, quibus illa ex pater-
na ſucceſſione, iam fuit per primoge-
nitum antecedentèr aſſignata?
Et quod vita, & militia, quando eſt ſe-
16 mel ex ſucceſſione patris ſoluta, illa
iterum non debeatur ſuper eodẽ feu-
do in ſucceſſione fratris, per S.C. fuit
deciſum, & valdè Juri conſona fuit
omnibus viſa deciſio, ex eo potiſſimũ,
alijs omiſſis, quæ tunc temporis fue-
17 runt allegata, quia nequit idẽ feudũ
duplici onere gravari, ac duplici vita,
& militia onerari, juxtà juris regulam
*in l. titia, §. qui in vita, ff. de leg. 2. l. 2.
ff. de dot. prelcg.* cũ *ſimil. lib.* ubi neminẽ
duplici onere gravari poſſe, ſtatuitur.
Sequitur ergò ex his, quòd quamvis
18 ex *d. Capyc deciſ. 2* 1. contrariũ nũc
ſuſtineatur ab aliis in præmiſſà the-
ſi; id tamen intelligendum eſt, ubi de
ſolvenda vita, & militia in linea col-
laterali, prima vice agatur, non quan-
do fuit ſemel ſoluta ex patris ſucceſ-
ſione; nam ſi iterum illa deberetur,
ex ſucceſſione fratris, maximũ ſeque-
retur damnum; cum toties, quoties
fieret caſus ſucceſſionis inter tranſ-
verſales, dari deberet vita, & militia
eiſdem, quibus ex eodẽ feudo antea
19 fuit aſſignata, & feudum ità ad
exinanitionem ſanè deveniret, quod
abſurdũ permitti, nequit, ut *cũ Anna
d. cõſ. 6.* perbellè advertit *Præſ. Camill.
de Curt. reſol. feudal. cap. 2. num. 26.*
ubi pro hac ſententia, item allegat
*Cannet.* in *extravag. Reg. Siciliæ, ſi
aliquẽ, pag. 330. nũ. 53. verſ. pulchra,*
& ità demũ deciſũ refert *Anna loc.
cit.* in cauſa D. Horatii Grimaldi cõ-
† trà præfatum Marchionem Campa-
neæ. Idemq; junctis Aulis etiam de-
crevit S. C. teſte *Gizzarell. dec. 36.
& 37.* ubi confutãtur *Afflict. Loffed.
Capyc. & Minad.*, & ſingulis eorũ
argumentis occurritur; & quamvis
*Conſ. de Giorg.* aliter dicat *alleg. 8.
nu. 21.* attamen ipſe adhæreo opinio-
ni, magis veritati conſonæ, nempè
*Conſ. de Anna*, & *Gizzarell.* Quibus
adduntur *de Medic. conſ. 8. Theodor.
alleg. 20, & Thor. in lib. 1. comp. verſ.
vita milit.* ubi ſimilẽ deciſionẽ refert.
Et ità, nec alitèr intelligi debent præfa-
20 tæ adverſæ ſententiæ, nempè *Capy-
cii, & Annæ*; cum apud Sapientes
Regni, ſemper fuerunt conſideratæ
21 Deciſiones ſtricti juris, tanquam mu-
nicipalia Statuta; itaut extendi non
poſſint de caſu ad caſum, ex *l. quod
verò, ff. de leg.* ubi non eſſe receden-
dum, ſtatuitur, à verborum ſono, niſi
de contraria intentione clarè conſta-
ret; immò ubi aliud non diſponitur,
ultrà caſus expreſſos, pro omiſſis, cæ-
teri habẽtur *l. 1. §. penult. C. de caduc.*
22 *tollend.* Vndè concluditur, non de-
beri duplicatam vitam, & militiam,
per duplices tranſitus, nimirum ad
lineam deſcendentem, & tranſverſa-
lem; quia ſi fuerit ſemel taxata, &
habita à ſecundogenitis, nõ debet eis
iterum præſtari, quando feudum trã-
ſit ad lineam tranſverſalem; Quia
opinio *Capycii* benè procedit, juxtà
decantatam deciſionem S.C. cui Cæ-
ſarea Majeſtas dedit vices, pro hujus
novi articuli determinatione; & pro-
ceſſus originalis fuit recognitus per
*Reg. Conſ. Theodorum, dict. alleg. 20.*
in quo pro hac re decidenda duo re-
periũtur ad Cæſaris reſcripta, in qui-
bus ipſe Cæſar noluit ſuper expoſitis
providere, ſed litẽ remiſit ad S.R.C.
ut de juſtitia provideret, per hæc ſci-
licet verba: *Por onde os encargamos,
y mandamos, que en nueſtro nombre
determineis la dicha queſtion, confor-
me à juſtigia, que con la preſente os
damos, y comectemos, para el nueſtro
entero, y baſtante poder.* Sed opinio
quidem *Annæ* firma ſimul remanet,
reſpectu tranſitus feudi à linea de-
ſcendenti ad lineam collateralẽ, quia
ſtrictè eſt intelligenda dicti S.C. de-
ciſio

ciſio, nimirum in illo tantùm caſu, in quo fuit prolata, ſcil. cum alia vice vita, & militia non fuiſset aſſignata in ſucceſſione feudi cõmunis patris; nã ſi ſemel eſt debita ex ſucceſſione patris, non iterum deberi ex ſuceſſione fratris, apertè demonſtratum eſt; & clarè patet ex verbis ſecundi item Cæſaris reſcripti, quo ipſe inquit. *Nos igitur tenore præſentium, ex certa ſcientia, & conſulto, ac Sacri noſtri Conſilii matura deliberatione perhabita, declaramus, quod caſus omiſſus in Conſtitutione debeat, haberi pro omiſſo, quandoquidem diſpoſitum in deſcendentibus, nihil habeat inferri, per quod extendi debeat eodem modo ad collaterales, ſeu transverſales*; & poſtea ſubdit *S. C. de juſtitia provideat*. Et hęc sũt utriuſq; reſcripti verba, recenſita à *Scipione Theodoro loc. cit. nu.* 38. Quæ hactænus, de præfato articulo ſufficiant, cætera verò apud allegatos DD. magis diffusè videãtur.

# CONTROVERSIA XXIX.

Filia primogenita, à patre dotata, ſi proteſtata fuerit, ipſo genitore conſensiente, ſe non renunciare Feudi ſucceſſioni, conſervat nè, hujus proteſtationis vigore, jus ſuccedendi, ad ſororis ſecundogenitæ in capillis excluſionem?

## SVMMARIVM.

1 *Mulier primogenita, ſi dotationis tempore proteſtetur, nolle feudorum ſucceſſioni renanciare, quid juris, juxtà* Conſtit. Regni, ut de ſucceſſionibus?

2 *Quidvè patris dotantis intercedente conſenſu, ſi adſit ſecundogenita ſoror in capillis?*

3 *Proteſtatio cõtraria facto nõ juvat*

4 *Proteſtationi cõſenſiens ſibi, & ſuis hæredibus præjudicat.*

5 Andr. de Iſern. in cap. 1. de nat. ſuc. feud. *doctrina exponitur, & quomodo intelligatur, num.* 6.

7 *Patris conſenſus proteſtationi filiæ dotatæ, an noceat alteri filiæ in capillo? & num.* 8.

9 *Defuncti facto cõtraveniri nequit.*

10 *Soror, dotata à fratre de ſuis bonis, excluditur à feudi ſucceſſione, ſi ſinè legitimo ille moriatur hærede; ſed Fiſcus ſuccedit, etſi fratris adeſſet conſenſus proteſtationi ſororis, ſibi reſervantis feudi ſucceſſionem, & num.* 11.

12 *Mulier dotata, ex* Conſtitut. Regni *excluditur per ſororẽ in capillo à bonis tantùm dotantis.*

13 *Secus, quando ſola patri ſuccedit, & n.* 14.

15 *Fiſcus in feudo ſuccedit, ſi ſola adſit ſoror, de bonis fratris dotata.*

16 *Secùs, ſi adeſsẽt alij ſucceſſores.*

17 *filia ſororis dotatę ſuccedit avũculo*

18 *Pater conſenſiens filię dotatæ proteſtationi, qua in feudis, nolle ait, ſe præjudicare, nocet filię in capillo, pro hæreditario, ſed nõ in feudo ex pacto, n.* 20. *quid in fratre?* 21.

## ARGUMENTUM.

Ex primogenitæ filiæ, patre conſenſiente, præmiſſa proteſtatione, qua ob dotationem aſſeruit, nolle feudorũ ſucceſſioni renunciare, an filia ſecundogenita in capillis, excludatur, juxtà mentem *Conſtit. ut de ſucceſſionib*; & doctrinæ *Andr. de Iſern. in cap.* 1. *de nat. ſucc. feud.* exponitur difficultas, aliaq; ad intellectũ *tex. in cap. Regni, Emergentiũ*, exarantur; ac de vi præfatæ reſervationis, ſuccedendi in feudis, dotantis comitante conſenſu, diſtinctè fit ſermo.

1 PRimogenitam dotatã, quæ ex nimis decantata diſpoſitione *tex. in Conſtit. Regni, ut de ſucceſſionibus*, in feudis õninò excluditur per ſororẽ ſecũde-

dogenitam in capillo, ſi de dotantis ſucceſſione agatur, ut fuſiùs expoſuimus *Contr.* 20. *lib.* 1. *num.* 7. minimè excludi poſſe, conſuluit *D. Conſil. de Anna conſil.* 8. quoties dotationis tẽpore proteſtetur, quòd non intendit, feudorum ſucceſſioni renunciare, patris tamen præcedente
2 conſenſu; alias hujuſmodi proteſtatio non juvaret, quia eſſet contraria facto, niſi cum ea, patris dotantis cõſenſus pariter adeſſet, *cap. Cumana*
3 *de elect.* ex quo habetur, ut proteſtationi conſentiens ſibi, & ſuo hæredi præjudicet; & ità filiæ in capillo, quæ eſſet hæres immediata, poſt ſororem jam antè dotatam.

Et quamvis hæc appareat opinio, prorſus
4 ſus contraria dictis per *Andr. de Iſern.* perſpicuum Juris feudorum, ac noſtri Regni Conſtitutionũ anteſignanum Interpretem, qui *in cap.* 1. *de natur. ſucceſs. feudor. num.* 30. *verſ. ſed filia,* de præfata quæſtione diſputans, concludere videtur, hujuſmodi proteſtationem non valere, etiã tanquam facto contrariam, etſi fratris
5 in ea, aut patris dotantis adeſſet conſenſus, quia non poterat dictæ cõſenſiẽs proteſtationi, facere, quin *Conſtit. præd. ut de ſucceſſion.* locum non haberet, ex valdè vulgata regula *l. nemo poteſt.*, *ff. de leg.* 1.

Nihilominus, quia mihi accidit, nõnul-
6 la perpendere de hac re, in facti contigentia, ut alijs conſulerem: propterea eſt advertendũ, quòd idẽ *Andr. de Iſer.* prima facie, licet obſcurè videatur loqui, illum tamen benè perlegens, ità cõcludere poſtmodũ dicet; Ibi enim prius firmavit *Andr.* proteſtationem filiæ cũ dotantis conſenſu, ei prodeſſe, *alleg. cap. Cumana*, extrà *de election.* Demum verò sẽſiens difficultatem, inquit (*Hoc non benè dicitur, quia conſenſiens præjudicat ſibi, & ſuo hæredi; In patre non poſſet poni, à cujus ſucceſſione non repellitur propter dotem*) quibus verbis, ſi clarè patet, voluiſſe *Andr. loc. cit.* hoc pactum, ſeù filiæ proteſtationem, nocere patri conſentienti, & hæredibus ſuis præjudicare; etſi reſpectu patris hæc filiæ proteſtatio, quòd feudorũ ſucceſſioni nõ renunciat, haud ſit neceſſaria, ſubintelligendo tamẽ, quoties, ſola reperitur, aliter ſecùs; nàm ſi illa aliam ſororem in capillo haberet, à patris ſucceſſione excluderetur, niſi hoc modo fuerit proteſtata dotationis tempore; ſequitur ergò
8 non poſſe dotãtis hæredem, tali caſu contravenire in feudo hæreditario, nec poſſe dici à ſecundogenita in capillo, ut fũdat *Conſil. de Anna, d. cõſ.* 8. ipſam primogenitam fuiſſe excluſã per dotationem; quia contraveniret
9 facto defuncti patris, qui jam dictæ proteſtationi conſenſijt, attẽta regula *l. cum à matre*, C. *de rei vindic.*

Subdit etiam idem *Andr. loc. cit.* hæc
10 alia verba: *In fratre mortuo ſine hærede legitimo, ſimiliter poni non poteſt; quia tunc aperiretur feudum agnatis de jure iſto: In Regno Siciliæ, tamẽ Fiſco, qui excludit dotatam à fratris ſucceſſione: neque oberit Fiſco, conſenſus fratris in proteſtatione jam dicta, quia non poterit facere cõ-*
11 *ſenſiendo proteſtationi, ut Conſtitut. præd. ut de ſucceſſionibus locum nõ habeat*: ex quibus ſimiliter conſtat, voluiſſe *Andr.* ut quãdo de proprijs
12 bonis frater ſororem dotavit, ipſo tandem ſine filijs decedente, Fiſcus ſuccedat, excluſa pænitus ſorore dotata, quæ ſtatim ac eſt de bonis fraternis dotata, omninò ab ejus ſucceſ-
13 ſione dicitur excluſa, juxtà diſpoſitionẽ *dictæ Cõſtitutionis ut de ſucceſſionibus, verſ. conjugatæ autem,* ubi duo caſus deciduntur: alter quãdo tractatur de patris ſucceſſione, & filia dotata, ſi ſola fuerit, non omninò
14 excluditur, ſed conditionalitèr, exiſtente, ſcilicet ſorore in capillo: alter quando agitur de fratris ſucceſſione, ſoror ab eo dotata de bonis proprijs, etiam quòd ſola fuerit, eſt prorſus excluſa à Fiſco, ut latè diximus *cit.*

*Con-*

Digitized by Google

*Contrario* & isto casu, inquit *Andr.* ut quoties ſoror reperiretur à fratre do[illegible] de ſuis bonis, non poſſit frater, [illegible]endo d. ſorori dotatæ prote[illegible]ationi, Fiſco præjudicare, cum illa nullius ſanè dicitur momenti reſpectu Fiſci, qui proprio jure tali caſu veniret, ſi alius legitimus ſucceſſor, præter dictam ſororem à fratre dotatã,

16 non ſupereſſet. Nam ſi defuncti feudatarii patruus, vel amita, nepos, ſive quilibet alius in gradu ſucceſſibili, etiam ex ſorore dotata dependens adeſſet, illum ſuccedere, & non Fiſcum, docet *Afflict.* [illegible] *Con-*

17 *ſtit. num.* 42 inquiens, filium ſororis dotatæ ſuccedere avunculo, nihil obſtante ejus matris dotatione, per quã fuit excluſa, tanquam de illius bonis jam dotata, prout etiam firmat *Reg. de Marin. cap.* 126. *reſol. Iur. n.* 41. Tali namque modo *Andream* interpretatus fuit *D. Conſil. de Medic. in conſ.* 61. *à n.* 8 [illegible] quem

18 ſequitur *Reg. de Marin.* & ſic diſtinctè ejus intelligi debet doctrina, nec aliter; ita ut, dicendum ſit neceſſe, quod aut loquimur in feudo ex pacto, & providentia, & tunc nulli dubium eſſe, ut nec hujuſmodi proteſtatio, nec dotantis conſenſus nocere poſſit filiæ ſecundogenitæ in capillo, [illegible] in gradu ſucceſſibili, ut docet *Reg. de Marin. loc. cit. n.* 40 [illegible] in feudo hæreditario [illegible] *Anna d. conſ.* [illegible] per *Andr.* [illegible] ſunt cum *Conſil.* [illegible] *d. conſ.* 6. *num.* 16. [illegible] hic ſigillatim exponere [illegible] eſt namq; ſi pater [illegible] filiæ, ipſius proteſtationi [illegible] quod non per hoc, quia [illegible] reperitur, illius ſucceſſio[illegible] nuncias, & tunc talis proteſtatio juvat, & quoad [illegible] hæreditatẽ, & ſucceſſionẽ, jus [illegible] primogenita conſervat [illegible] proteſtationi nocet [illegible] hæredi, ita etiã filiæ in capillo, [illegible] poteſt venire, niſi ut hæres [illegible] hæreditario agatur, [illegible] ex receptiori noſtrat[illegible] Aulis per S. [illegible] ref. *R.*

20 *de Ponte conſ.* 18. Secundus item eſt, ubi filia à patre dotata ſola reperitur, & hoc caſu, ob dotẽ, non excluditur. Tertius denique, quando ſoror à fratre de ipſius bonis dotata: & tunc non juvat proteſtatio [illegible] fratris conſenſu [illegible] ad illius ſucceſſionem [illegible] Fiſcũ, cui nullum præjudicium inferri poteſt; quia venit jure proprio, non ut hæres, ex *Cap. Regni* [illegible]*gentiũ*, ſicq; proteſtatio ſororis, cum conſenſu fratris dotantis, Fiſco præjudicare nequit, etſi juxta placitũ *Conſil. de Ann.* præjudicet ſorori in capillo, quæ cum jure hæreditario ſuccedat, talis conſenſus ſibi nocet, ut hæredi; At ſecus in Fiſco, qui nõ ut hæres, ſed iure proprio, ob lineã, ſ. finitam, ſuccedit, feudumq; ad ipſum revertitur; & ideò pactum ei non officit, uti obſtaret ſorori in capillo, ſi adeſſet, quæ excluderetur à primogenita dotata, quoties proteſtata fuerit, [illegible] non intendebat, ſe excludere à [illegible] ſucceſſione, dotantis conſenſu; nam talis proteſtatio operatur adverſus hæredes; ſecus ubi non adeſt alius ſucceſſor, quã Fiſcus, vel agitur de feudo ex pacto, non autem hæreditario, quod devolvitur agnatis, qui veniunt ex propriis perſonis, ut [illegible] cuncti Authores allegati, quibus adde *Capyc. ad Conſt. Neap.* [illegible] *ſi moriatur par.* 2. §. [illegible] *n.* 9. Et hactenus exarata ſufficiant.

## CONTROVERSIA XXX.

Mat[illegible] obſtante renunciatione, [illegible] Patris promiſſione, reficiendi quod uxor vel [illegible] conſequerentur [illegible] poſſint nepotes, genitrice præmortua, ad [illegible] dotantis hæreditatem venire, pro conſecutione legitimæ, ejuſque ſupplementi, deductis tamen maternis dotibus. V *SUM-*

Digitized by Google

## *SVMMARIVM.*

1 *LEgis authoritatẽ, ejuſq; ſanctiones, cuſtodire, natura nos edocet.*

2 *Hominum conventiones, naturali ratione ſuadente, ſunt ſervandæ.*

3 *Leges tàm communes, quàm municipales ſunt tantùm intelligendæ in caſibus, in quibus loquuntur, nec ad alios extendi debent.*

4 *Pacta, & conventiones; etſi juramẽto vallatæ, ultra promiſſa non extẽdũtur, præſertim cõtra æquitatẽ*

5 *Pactum eſt plurium quidem conſenſus in idem placitum.*

6 *Juramentum in re dubia nõ eſt explicandum, niſi eo modo, quo ipſa promiſſio explicatur, & quo minus contrahentes obliget.*

7 *Interpretatio ſtricta fit, quãdo agitur de obligatione contrahenda.*

8 *Iuramentum ſortitur conditiones actus, ſuper quem cadit.*

9 *Acceſſorium ſequitur principale.*

10 *Nepotes ex filia, quæ dotata renunciavit, an venire poſſint adverſus avi hæreditatem, pro conſecutione legitimæ, matre præmortua, non obſtante patris promiſſione, reficiendi tantundem de proprio?*

11 *Renũciationi mulieris dotatæ ineſt tacita conditio, ſi renunciante vivente, hæreditas, vel ſucceſſio deferatur; non verò poſt mortẽ n. 12.*

13 *Nepotibus cõpetit jus ad ſucceſſionẽ avi, uti ſui hæredes, ſive ſoli, ſive cũ avũculis, & patruis cõcurrãt.*

14 *Conditione deficiente, cõtractus etiã ſub tali conditione deficit.*

15 *Nepotibus ab avo materno præteritis, ſtante clauſula codicillari, ſaltem datur recurſus ad legitimam, eis omninò debitam.*

16 *Nepotibus, tàm ex filio, quàm ex filia in bonis avi legitima portio de jure debetur.*

17 *Filiis, contra matris præmortuæ renunciationem legitima competit in bonis avi. Licet ſint genitricis hæredes; ſi proprio veniant jure nu. 18. collatis dotibus num. 19.*

## ARGUMENTUM.

Illa iterum decantata proponitur quæſtio, tanquam appendix ad *Controverſ. IV. & VII.* de Iure orta in nova facti contingentia: utrum (renũciatis nõobſtãte, viriq; promiſſione, reficiẽdi de proprio quicquid filii naſcituri ex propria perſona conſequi vellent, patris dotantis, & hæredum beneficio) poſſint nepotes, præmortua eorum genitrice, ex proprijs juribus ad Avi hæreditatem venire, pro legitimæ, eiuſque ſupplementi conſecutione, collatis maternis dotibus, non autẽ bonis paternis, quæ huic promiſſioni minimè cenſentur obnoxia, ſtante matris præmorientia, haud conſiderata, nec prævisa in tali renunciatione? Nonnullaque de ſtricta juramenti interpretatione, quoad caſus tantũ expreſſos, enodatè oſtẽduntur.

1 QVemadmodum, & Legis authoritatem, eiuſque sãctiones cuſtodire, naturamet ipſa, decoriſq; ratio nos edocet, juxtà monitum Martiani ex Demoſthene in *l. 2. ff. de legibus*, ac Papiniani doctrina ad 1. *lib. Deffinit. in d. l. 2.*
2 *cit. tit.*, Ità pariter Hominum conventiones ſervandas eſſe, naturali ratione, ac humano decore ſuadẽte, quamvis nemo dubitare queat, teſte etiam Vlpiano in *l. 1. de pact. verſ. cum nyl*, ut ipſemet his fatetur nimirum verbis: *humanæ fidei, atque integritati congruum tàm ſit, quàm ſervare, quod ſemel placitum eſt*. Nihilominùs nunquam nobis ambiguum
3 fuit, Leges, tàm communes, quàm municipales, ſuũ pænitus ſortiri effectum, niſi in caſibus, de quibus ſimiliter loquuntur, nec ad alios ultrà extendi, ſancitum reperitur ex *l. maximum vitium*, *C. de lib. præter.* &

*l. de*

Digitized by Google

*l. de pretio.ff.de public.in rem act.* cũ
cæteris Concordantibus. Et ità pari-
ter pacta, & conventiones, etſi ju-
ramento vallatæ, minimè ultra pro-
4 miſſa,locum ſibi vindicare poſſe,quis
unquam ambigere, queit, *cap. quã-
vis pactum, de pact. in* 6. præſertim ſi
fiat contra ęquitatem præfata exten-
ſio, aut item in re dubia, *l. pacta* 6.
5 *C. de pact.* cum pactum ſit plurium
conſenſus in idem placitum *l.* 3., *ff.
de pollicit.* nec juramentũ in eo adje-
6 ctum,in dubio aliter explicãdum eſt,
niſi eo modo, quo ipſa promiſſio ex-
plicatur,& quantum fieri poteſt,quo-
minus obliget,ſervataq;germana ver.
7 borum proprietate. Nam ubi agitur
de obligatione contrahenda, ſtricta
eſt facienda interpretatio, *cap.* 1. *de
jur.jurãd.in* 6. *& l. quicquid aſtrin-
gendæ, ff. de verb. obligat.* ità *Abbas
in c. cum clerici,de verb. obligat.*, &
præ cæteris *Sanchez. de matrim. lib.*
1. *diſp.* 9. *num.* 11. *& in ſumma, lib.*
3. *cap.* 17. *num.* 9. *& cap.* 18. *num.*
6. ea potiſſimùm ratione, quia jura-
mentum ſortitur conditiones actus,
8 ſuper quem cadit, *cap. de numerata
pecunia*,& eſt ſanè acceſſorium ſequẽs
ſui principalis naturam,juxtà *reg.* 42.
9 *de reg jur.in* 6. prout teſtantur *Sua-
rez cap.* 32. *num.* 2. *Filiuc.tract.* 25.
*cap.* 8. *qu.* 4.*num.* 227.*Layman. cap.*
9. *Navar. cap.* 12. *num.* 1. *Rodri-
quez* 1.*par.cap.* 189. *num.* 10. *Regi-
nald. lib.* 18. *num.* 47. *Ricc. in ſua
prax. deciſ.* 656. *Sanch. in ſum. d.lib.*
3. *cap.* 22. *num.* 11. cum alijs recen-
ſitis per *Bonac.in* 2. *praecp. decal. diſ-
put.* 4. *q.* 1. *pun.* 16. *prop.* 1. *&* 2. *cũ
ſeq.pun.* 17.*tom.*2. ubi ad partes,quo-
modo juramenti tollatur obligatio,
præcipuè in dubijs, & quòad ea, quæ
non fuerunt expreſſa,vel in pactũ de-
ducta,aut promiſſa,concinnè exponit.
Hinc juxtà contingentis caſus præfatam
10 ſpeciem,luce meridiana clarius appa-
rebit jus competens liberis, venien-
tibus ex propria perſona, poſt matris
obitum, adverſus avi hæreditatem,
pro conſecutione legitimæ, eiuſque
ſupplementi, minimè obſtante jura-
ta ipſorum genitricis, jam præmor-
tuæ renunciatione, ac patris pariter
promiſſione,reficiẽdi de proprio quic-
quid uxor ejus renuncians, aut filij
naſcituri, conſequi proprio jure vel-
lent, contra dictæ eorum matris re-
nunciationem, nulla verò facta mẽ-
tione de caſu præmorientiæ ejuſdem
renunciantis, nec de filijs jam natis,
ante enunciatam renunciationẽ; quæ
ex communiori noſtratum ſententia,
haud obſtare poteſt ipſis filijs, quãvis
matris hæredibus, quoties ipſa renũ-
cians præmoriatur, turbato ordine
in prędicta renunciatione deſignato,
ac viri promiſſione præſcripto; cum
ibi hæc matris præmorientia nõ fue-
rit conſiderata,ſed tantùm promiſſũ,
ut nec mater ipſa,nec liberi naſcituri,
ex propria perſona venire poſſint;ſed
nõ filij nati,qui mortua matre ſucce-
dunt.Etproinde,ſive nepotes ipſi ſoli,
ſivè cum avunculis, aut patruis con-
11 currant,haud eis officiet matris prę-
mortuæ renunciatio, cum illa juxtà
clara nimis, ſignãter inter neotericos
Juriſprudentes dogmata, intelligi
tantùm debeat, cum tacita nempe
tali conditione,ſi ſucceſſio deferatur,
matre ipſa vivente, non autem ea
præmortua, teſte *Maran.in diſp.* 10.
tã famigerata, apud DD. infrà alle-
gandos, ut in caſu, de quo agitur,
ubi nec in matris renunciatione, nec
id in patris promiſſione reficiendi de
proprio, fuit præciſè conventũ, aut
in pactũ deductum. Vnde benè ipſi
nepotes, ad petitionem ſaltem legiti-
mæ, ad eos de jure naturæ ſpectan-
ctis, etſi ab Avi materni ſucceſſione
ſint excluſi,ſolitæ vi clauſulæ codicil-
laris,in teſtamento adjectæ, ex infra-
ſcriptis juribus profectò admittũtur.
Apertè etenim,ac citrà dubium conſtat,
12 nepotibus competere jus ad aui ſuc-
ceſſionem, tanquam ſuis potiſſimùm
hæredibus,ſivè ſoli, ſivè cum patruis
cõcurrãt;& Galli Aquilij placito ſunt



Digitized by Google

neceſſariò inſtituendi, nè rumpatur teſtamentum, ut in *l. Gallus*, *ff. de lib. & poſt.* & ità docet *Bart. in l.* 1.
13 *§. ſi ſit nepos, ff. de coll. dot.* non obſtante matris renunciatione, cum illa contineat in ſe tacitam conditionem, ſi. ſ. ſucceſſio ipſi renuncianti deferatur, *Minad. in Conſtit. Reg. in aliquibus, notab.* 8. *num.* 24. *fol.* 153. cum nequeat dici delata, quoties renuncians prædeceſſerit, ex *l.* 1. *§. ſed nec impuberis, ff. de collat.* & per conſe-
14 quens, deficiente conditione, renũciatio reputatur pro non facta; ſicut latè ait *Theſ. lib.* 2. *qu. for.* 90. *num.* 2. *& Pr. de Franch. dec.* 67. cum *Reg. de Marin. lib.* 2. *reſ. cap.* 92. qui hoc pro indubitato procedere, aſſerit ob tot deciſiones, pro hac tacita condi-
15 tione in S.R.C. ortas, ex *tex. in l. qui ſuperſtitis*, *ff. de acquir. hæredit.* & *l. pactum, quod dotale*, *C. de collat.* Idemq; in Sororis renunciatione, pro nepotibus, concurrentibus cum patruis, firmat ipſe *Theſaur. loc. cit. n.* 25. & ità deciſum tradit *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 4. ubi *Gizz. in obſer. Conſ. de Georg. alleg.* 30. *num.* 34. *Reg. de Pont. conſ.* 40. *num.* 6. *Ann. conſ.* 92. *num.* 43. *Reg. Rovit. conſ.* 23. *nu.* 24. *tom.* 1. *Morot. conſ.* 22. *Viu. dec.* 211. *Fontanel. de pact. nupt. clauſ.* 9. *gloſ. unic. part.* 1. *num.* 65. *tom.* 2. *Theſ. deciſ.* 138. *nu.* 3. cum aliis congeſtis per *Reg. Galeot. contr.* 16. *num.* 11. *vol.* 1. *Præſ. Merlin. contr. for. cap.* 11. *nu.* 9. *& Reg. de Marin. d. lib.* 2. *reſol. cap.* 189. *à num.* 91. *cum ſeq.*

Quinimmò, ipſis nepotibus ab avo ma-
16 terno, licet in teſtamẽto præteritis, & vigore codicillaris clauſulæ excluſis, ut diximus, præmortua matre, ſaltẽ dari recurſum, quis dubitabit, ad legitimam, eis de jure naturæ debitã, juxtà celebrem *tex. in l. quoniã novella*, *C. de inoffic. teſtam.* & ex *l. illã*, *C. de collat.* Non enim illi ex matris perſona (ut quidam perperam arbitrantur) ſed proprio jure, ad auitam hæreditatẽ, vocantur unà ſimul cum
17 avunculis, ſi qui adeſſent, *ad tex. in §. cum filius, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Legitimamq; ſicuti nepotibus ex filio, ſic & ex filia deberi nepotibus, Imperatori placuit in *§. præterea*, *Auth. ut cum de appellat. cognoſc.* ità præter alios *Peregrin. de fideicomm. art.* 36. *num.* 39. *verſ. & intellige*, *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 5. *& Reg. Merlin. dict. tom.* 1. *contr.* 10. Matre namq; præmortua, cum nullum jus ei fuerit ante obitum delatum, nullum etiam ad filios tranſmiſſum dici poterit, ut ex perſona matris id conſequantur, juxtà theoricã *Bart. in l.* 1. *§. ſi nepos in princ. ff. de coll.* cũ cæteris, relatis per *Ant. de Amat. p.* 1. *reſ. c.* 2. *n.* 18. *&* 20.

Et quamvis mater ipſa præmortua, iam
18 dotata reperiatur, in terminis, de quibus loquimur, & proinde ejus filios ad legitimæ portionis ſucceſſionem, in bonis avi admitti, collata verò dote, communiter DD. ſenſerint; Attamen juxtà aliorum placitum, etiã de jure ſuſtineri poſſe videtur, nepotes ex propria perſona venientes, ad dotem maternam imputandam, minimè teneri, ut defendunt poſt *Bald. in d. l. illam*, *C. de collat. Theſaur. deciſ.* 236. *nu.* 12. *Caſtill. deciſ.* 189. *num.* 15. *par.* 2. *Mangil. de imput. & detract. quæſt.* 18. *Cancer. var. reſol. cap.* 3. *de legit. num.* 33. quos ſequitur *Reg. Merlin. d. cap.* 11. *num.* 16. *contr.*
19 *lib.* 1. Verùm quicquid ſit de hoc, ſaltem collata dote materna, debent hi nepotes ad legitimam, ejuſq; ſupplementum ex propria perſona ſuccedere in bonis avi, etſi matris præmortuæ ſint hæredes, ut pluries per S. C. deciſum tradunt *Mar. Frecc. in Conſuet. ſi moriatur fol.* 83. *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 67. ubi *Addent. cum de Luc. Minad. in Conſtit. in aliquibus, notab.* 3. *num.* 10. & ità junctis Aulis judicatum fuiſſe, teſtatur *Conſil. Hodier. contr.* 23. *num.* 12. poſt alias deciſiones, relatas à *Reg. Rovit. d. conſ.* 23. *lib.* 1. *Camill. Salern. in* Con-

Digitized by Google

*Conſuet. ſi qua moriens, P. Molfeſ. ad Conſuet. ſub tit. de renunc. quæſt. 5. num.* 12. *& quæſt.* 17. *Capyc.Latr. d. deciſ.* 4. ubi *Gizz. num.* 19. *Reg. de Pont.conſ.* 40. *nu.* 6. *Ann. filius conſ.* 42. *de Georg.alleg.* 27. cũ cæteris cõgeſtis per *Conſ. Staiban. cent.* 2. *reſol.* 181. *num.* 61. *& Conſil.Rocc.reſponſ.* 71. *lib.* 2. poſt *Thor. in eius compẽd. verb. filij ſororis renunciantis tom* 1. † & nos idem in S.C. de recenti per magnos Viros deciſum retulimus *Contr.* 23. *tom.* 1. *circa fin.*, adeòut non ſit amplius modò de hoc dubitandum; ſed id tantùm, de quo ambigi inter Iuris Peritos poſſit, infra videbimus.

## CONTROVERSIA XXXI.

**Filijs, matre renunciante præmortua, an obſtet patris ſaltem promiſſio, reficiendi de proprio, ſi pro legitimæ ſupplemento, adverſus avi hæreditatem veniãt, quoties ipſius genitricis præmorientia, nec in renunciatione, nec in paterna promiſſione fuit pænitus conſiderata, aut in ſpeciale pactum deducta?**

### *SUMMARIUM.*

1 *FÆminæ, attentis patris Sanctionibus, dote accepta, nõ ſuccedũt.*
2 *Cautela, ut renuncians excludatur.*
3 *Fæminis per ſtatutũ excluſis, deſcẽdẽtes ex eis cenſentur etiã excluſi.*
4 *Derivativa pendent ex primitivis.*
5 *Nepotes ex fæmina, etſi ob matris dotationem cenſentur excluſi, præcipuè ex ſtatuto, poſſũt verò proprio jure ad avi hereditatẽ venire pro legitima, eiuſque ſupplemento.*
6 *Statutũ excludens fæminas ob dotẽ proprijs filiorũ iuribus non obſtat.*
7 *Extenſio in ſtatutis non eſt faciẽda.*
8 *Filij ex fæmina unà cũ illis ex maſculo, cũ avũculis, patruiſq; veniũt.*
9 *Fæmina, non ex ſe, uti radix infecta, vel ob ſexus qualitatẽ excluditur per jus municipale, ſed ob dotationem, & num.* 13.
10 *Matre excluſa à ſtatuto ob dotem aceptam, eius filij nõ excluduntur in bonis avi à ſupplemẽto legitimæ*
11 *Filia in dote non venit titulo univerſali, uti hæres, ſed particulari; nec à ſucceſſione excluditur, niſi ob renunciationem, quam fecit.*
14 *Fæminæ de jure patrio faciunt partes favore maſculorum, qui dotare eas verò tenentur.*
15 *Fæminarum ſucceſſio jure communi attento, eſt tantùm per* Conſuetudines *modificata, ut illæ nõ ſuccedant eum maſculis, niſi in legitima, & dote de paragio.*
16 *Legitima nõ privatur, qui alteriùs favore à ſucceſſione excluditur.*
17 *Paragium de jure Regni nõ eſt contradiſtinctum à legitima, ſed eius loco profectò debetur.*
18 *Filia dotata, niſi in ſpecie legitimæ ſupplemento renunciaverit, poteſt illud quidem petere.*
19 *Filiæ, ut dotetur, datur tantũ actio, vivẽte patre, poſt mortẽ in legitima*
20 *Patris ſucceſſione privantur fæminæ per maſculos de jure municipali, ſi reperiantur dotatæ; aliter eis debetur paragium, & illius ſupplementum, ſi dos non fuerit congrua, uſque ad legitimam.*
21 *Legitima augetur, auctis bonis, ac paternis facultatibus.*
22 *Fæminarum excluſio ex ſtatuto, nõ perficitur, niſi tempore ſucceſſionis.*
23 *Filijs, ex matre præmortua, etiam de jure patrio, datur locus, quoad ſucceſſionem ſaltem legitimę, dotiſque ſupplementum.*
24 *Nec eius officit materna renũciatio.*
25 *Caſus omiſſus, nec prævifus in mulieris renunciatione, nec ei, neque filijs obſtare poteſt.*
26 *Filij, matre præmortua, poſſunt ad avi ſucceſſionem proprio jure venire; licet ſint genitricis hæredes* 27.

28 *Non*

Digitized by Google

28 *Non enim nullæ ſunt qualitates.*
29 *Filius ubi ex propria perſona, nec uti hæres, aliquid conſequi, intendit, non tenetur approbare factũ matris, & num. 30.*
31 *Clauſula, pro ſe, & hæredibus, in renunciatione poſita, intelligi debet, ubi verè hæreditas ipſi renuncianti delata eſſet.*
32 *Matris præmorientia, niſi ſit expreſsè conſiderata in renunciatione mulieris, viriq; promiſſione, reficiendi de proprio, filij benè poſt genitricis obitum venire poſſunt, pro ſupplemento legitimæ, uſq. ad 36.*
37 *Iuramentum nõ cadit in eo, quod expreſsè nõ fuit promiſſum, & nu. 38.*
39 *Renunciatio, etſi jurata, ante duos menſes profeſſionis, irritatur.*
40 *Iuramentũ non obligat, ubi peccatũ,*

## ARGVMENTVM.

Ex ſuperioribus deducta *Controverſijs*, eadem ſequitur diſcutienda theſis, de filiorũ ſucceſſione ex propria perſona, ſaltem pro conſecutione legitimæ in bonis avi, haud matris præmortuæ renunciatione obſtante, eaq; enixè expenditur, ac nepotum favore, ſolutis duabus, præſertim arduis difficultatibus, ex adverſo oppoſitis, apertè concluditur; eò fortius ſi tempore renunciationis erãt iam illi nati. Aliaque notabilia de dote de paragio, & de renunciationis materia, attentis tàm *Regni Conſtitutione*, quàm noſtris *Conſuetud.* hìc clariori methodo, præter alibi dicta, perbellè exarantur.

1 REmanet itaq; ad non parva evitanda diſcrimina, quæ inter duos ſe offerunt ſcopulos, quoad propoſiti caſus ſpeciem, tàm *præcedentis Controverſiæ*, quàm aliarum ſimilium, loquentium de liberis, venientibus ex propria perſona, adverſus matris præmortuæ renunciationẽ, in bonis avi pro eorum legitima, eiuſque ſupplemento, ut vim perquirentes, qua illa potiuntur, ubi naufragiũ minari videntur, & ab eiſdẽ cautè ſeluti, ità omninò à periculis evadere poſſimus, incæptumq; antea iter, in hoc tam vaſto variarum renunciationũ oceano, feliciter proſequamur, atque ad tutum portum, enunciata quæſtio, liberorum favore, propitio rationũ Zephyro, tãdem perducatur.

Alterũ enim eſſe ex illis, apparet, quod omnẽ ferè, ſucceſſionis avitæ in his ſcil. nepotibus, ex propria perſona venientibus, ſpem perimere videtur. Siquidem, cum vigore *Conſtitutionis Regni, in Aliquibus*, nec non peculiari noſtræ Vrbis *Conſuetudine*, fœminæ, ob dotationem, à paterna hæreditate excludantur, ac jus ſucceſſionis, aliàs communi Iure eis debitum, in paragium, ex vigore municipalium Sanctionum ſit transfuſum; de deſcendentibus ab eis itaquè idem cenſendum ſit, tanquam de radice infecta quidem provenientibus.

Alterum ſcilic. ſe oſtendit, & quoad ma-
2 tris renunciationem, & patris ſimul promiſſionem, reficiendi de proprio, quicquid filii conſequi vellẽt ex propria eorum perſona; in quibus actibus, etſi non inveniatur germana, & vera cautio *Marantæ*, ex noſtratum placito, ut filij nec etiam poſt ipſius matris mortem, poſſint proprio jure venire; tamen videntur verba illa æquipollentia; quia liberi iam cenſentur, non poſſe venire tali modo, niſi matre præmortua, nec aliter; undè ſi aliquid contra genitricis renũciationem conſequantur, tenebitur ſanè eorum pater reficere, vel ipſi ex paternis bonis idem, ac adepti fuerint, reſtituere, aſtringi poterint.

At neutrum penitus obſtare, ingenuè demonſtrabimus; non enim primum de enunciata dotatione, attentis *præc.*

Con-

*Conſtit.* & *Cõſuetud.Neapolis*, quod magis urget, ex traditis præſertim à *Caputo in Conſuetud. ſi moriatur, par.*2.§.9.*num.* 23. *in fin.* & 24. ubi hæc formalia leguntur verba: *Ete-*
4 *nim iſti deſcendentes ex filiabus à Conſuetudine ſunt incogniti, quia proveniunt à radice infecta, vulgatis juribus, quod infecta primitiva, & derivativa quoq; infecta dicatur, Gabr. commu. opin. tit. de jur. dot. concluſ.* 1. *num.* 50. Vndè, aut mater fuit dotata, & tunc omninò excluduntur ejus deſcendentes, quemadmodum ipſa per dotationem excludebatur, cum plus juris filii habere nequeant, quàm ipſa mater: aut verò non fuit dotata, & tunc non de per ſe, quia non conſiderantur à Cõſuetudine, ſed vti matris hæredes paragium, ejuſq; ſupplementum petere poterunt, ut ex *d. Conſuetud.* §. *idem juris*, & ex *Napodan. in Conſuetud. ſed ſi morienti, nu.*302. idem deducit *Caputus loc.* nuper *cit.*

Nam attęta diſpoſitione, *Conſtitut.Reg.*
5 & *Conſuetud.Neap.*, ac ſtante etiam hac matris dotatæ præmorientia, hi nepotes, licet ex fæmina, ad ſucceſſionem benè admitti debent, non uti deſcendentes, quia ex radice infecta venire dici poſſent, ideòq; hoc eis vetitum ſit; ſed quia, excluſa matre, ipſi ex ſucceſſorio edicto vocantur, vel ſaltem, data (citrà veri præjudicũ) excluſione horum nepotum, vigore Statuti, ob eorũ mortuæ matris dotationem, ac renunciationem, eis nõ præcluditur tamen aditus, veniendi ex propria perſona, vel ad integram legitimam conſequendã in bonjs avi defuncti, vel etiam ex matris perſona, tanquam ejus hæredes ad ſupplementum dotis, & legitimæ, habito reſpectũ ad facultates tempore obitus ipſius avi, ut clarè *d. Controverſ.* 4. & 7. antea fundavimus.

Tradita namq; præ cæteris à *Caput. loc.*
6 *cit.* ut nimirum excluſa matre, excluſi cẽſeãtur etiam omnes ejus deſcendentes, uti à radice infecta, non militare videntur in caſu præſenti,
7 nec de eo loqui, liquidò patet; Quoniam, filia dotata præmortua, tempore quo paterna defertur ſucceſſio, non ipſa, ſed eius deſcendentes, nẽpè nepotes reſpectu defuncti avi, tunc exiſtentes ad ſucceſſionem de Iure vocantur, §. *cum filius, inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer.* cumq; cõmuni Legum diſpoſitioni in præfata facti ſpecie, nec per *Conſtitut.* nec per *Conſuetud.* ſit aliquod immutatum; Eapropter Statutum excludens matrem à ſucceſſione, ob dotationem, ejus filiis prejudicium nõ affert, quin poſſint ex propria venire perſona, cũ legis municipalis diſpoſitio ſit ſtricti juris, & de ea fieri nequit extensio de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonã. Vnde in quibus aliquid novi
8 ſpecialiter à Statuto non invenitur proviſum, ſtandum eſt Iuris communis dogmati, à quo hi filii ex fæmina unà cum filiis ex maſculo in æquali gradu, vel cum avunculis, patruiſq; ad ſucceſſionem ſanè vocantur, juxtà *tex. in l. maximum vitium*, C. *de lib. præt.* & *auth. poſt fratres*, C. *de legit. hæred.* præter DD. cum *Bald. in l. illam*, C. *de collat.* & *conſ.* 447. *vol.* 4. *Præſ. de Franch. deciſ.* 167. *n.* 14. *Piſanell. in Conſuet. ſi moriatur num.* 39. *apoſt. incip. Bart. in l. qui ſuperſt.* ubi varias S.C. deciſiones ad propoſitum refert, & *P. Molfeſ. ad Conſuet. tit. de renunc. quæſt.* 5. *num.* 26. hanc veriorem de Iure municipali ſententiam vocat, juribuſque nonnullis latè comprobat.

Adſtipulatur dictis alia item ratio con-
9 tra *Caputum*, quia fœmina ex noſtris Conſuetudinibus excluditur, non de per ſe, tanquã radix infecta, vel odio digna (ut perperam alii aiunt) nec ob inexpugnabile vitium, quia fœmina, ſed ex alia qualitate, tali addita ſexui, quia dote ſcil. indiget; & ſic ob dotationem illa tantùm à maſculis excluditur; quæ quidem qualitas dotatio-

nis

nis in ejus ſobole ceſſat,ut in præſentiarum, cum nepotes iſti non ex perſona matris per repræſentationem, nec ut ejus hæredes, ſed ex propria perſona veniunt; quo fit, ut matre excluſa,non excludantur ſaltē à ſup-
10 plemento legitimę ejus filii. Nec ob dotem acceptam, nec per amplam renunciationem, patris dotantis beneficio factam, qua filia dotata declaravit, eſſe ſua legitima portione contentam, cenſetur, omne totū ex hoc habuiſſe, quod ei competere poterat,& proinde exiſtimandam fore, ac ſi patri ſucceſſiſſet; itàut ejus filii ex ſucceſſorio edicto non posſint amplius admitti, ipſamque filiorum excluſionem,non ſolùm ob matris renunciationem cauſari, ſed vì ſucceſſionis,ob dotem iam ab illa receptam, ex *Bald.in l. pactum quod dotale n. 8. ibique Alex. num. 7. C. de collat.* Nam his omnibus perdoctè quidem de
11 more ſatisfacit *Reg. de Marin. d. lib. 2. reſol. cap.* 189. in illa celebri cauſa ſucceſſionis Principis Venafri *num.* 97. ibidē inquiēs,falsam omninò eſſe hujuſmodi aſſertionem, & nullo jure diſpoſitū reperiri, filiā ob dotē haberi,ac ſi patri ſucceſſiſſet; Illā .n. etſi conſequatur loco portionis hæreditariæ, ut alii arbitrati ſunt, non tamē in d. portione dotis, ſuccedit titulo univerſali,ſcilicet tanquam hæres,ſed titulo particulari; & conſequenter neutiquā excluditur ſucceſſionis vì, ſed renunciationis ope, & repudiationis vigore, nempè quia dote acce-
12 pta reſpuit hæreditatem patris,ideòq; filiis poſtea ex propria perſona veniētibus ad hæreditatem avi, matris dotatio,ſivè renunciatio minimè obſtabit,juxtà doctrinā *Imolæ in l. qui ſuperſtit,verſ.ſed ubi filia,ff.de acq.hær.* Vndè clarè patet, non rectè dici poſſe, fæminas vigore *Conſtitutionis*,& *Cōſuetudinis* omninò eſſe excluſas, &
13 dotatione intercedente, uti extraneas habendas eſſe, ac cenſeri incapaces ſucceſſionis jam effectas eſſe, adeòut deſcēdētes ex eis in dote materna dumtaxat acquieſcere debeāt. Siquidem utroque jure municipali attento, atq; tius Regni, & hujus Civitatis, ad ſucceſſionē admittuntur indiſtinctè, tam maſculi, quā fæminæ, quæ faciunt partes in beneficium maſculorum,qui prȩferuntur tamen fæminis in eodem gradu, & linea, dummodò ipſi pro modo facultatū, & habita ratione ad numerum liberorum, familiæq; decus fæ-
14 minas ipſas habeant maritare;& conſequenter non uti extraneas, & incapaces ſucceſſionis, ſed tantùm quia ſucceſſio, ipſis jure communi debita, providentia *Conſtitutionis*, & *Conſuetudinis* modificata eſt, ut non in totum ſuccedant, ſed ſolùm in legitima portione, ſive paragio, præferēdo maſculos in reliquo, ut teſtantur *Conſil. de Georg. alleg. 9. num. 17. 32. & 37.* item *alleg. 11. num. 7. Camill. de Medic.conſil.25.num.4. Reg. Sanfel. deciſ. 27. num. 9.* poſt *Bartholom. de Capua in Conſtit. in aliquibus,verſ. pone, quòd filia dotata.* Statutum namque nil aliud agit,niſi,ut
15 diximus, ſucceſſionem moderat, cū in totum tolli non poterat; & proinde,etſi fæminas ab univerſali ſucceſſione excludat, nō tamen à legitima, ut in propriis terminis Iuris noſtri municipalis ait, ex *Andr. Napodan.* aliiſq;ex noſtratibus *Camill.de Rath. conſil. 26. à num. 23. cum ſeqq. uſq;*
16 *ad num.41.* Quia excluſus à ſucceſſione abſque ſua culpa, vel facto, ſed favore alterius, non excluditur à legitima,ei jure naturæ debita,ut oſtēdit *Bald.* in Statuto Mantuæ *conſ. 1. 453. lib. 1. Ciarlin. allegat. 7. num. 8. & 9. inter collect. poſt deciſ. Reg. Salernit.* Cumq; moderata fuerit fę-
17 minarum ſucceſſio, jure communi debita, in paragium liquidandum, ad inſtar legitimæ; hujuſmodi paragium propterea non erit aliqua ſpecies, à legitima contradiſtincta, ſed idem ac legitima, & loco legitimæ

por-

portionis regulatur; itàut à filia do-
18 tata, ſi ſpecialis renunciatio legi-
timæ, ejuſque ſupplemento non fiat,
genitore defuncto, benè peti poſſit,
ut præ cęteris fundat *Reg. Galeot.*
*contr.* 15. *tom.* 2. poſt *Larath. conſ.*
69. *à num.* 7. uſq; ad *num.* 20.
Duo enim tempora, ut diximus *Contr.*
19 VII. in dote, & legitima ſunt atten-
denda, tam de jure communi, quã
municipali, nempè vitæ, ac patris
obitus. Filiam dotare, onus eſt geni-
toris in vita, cum neceſſitate pater-
ni muneris ad id cogatur, ex *tex. in*
*l. fin. C. de dot. prom.* quo tempore,
nec de parvitate dotis, nec de legi-
tima altercari poteſt, cum ſufficiat
fuiſſe maritatam, quia vivo patre
nulla filiæ datur actio ad legitimam,
ſed poſt mortem, *l. cum quæritur*,
*C. de inoff. teſtam. l. ulti.* ubi *Bart.*
& *Bald.* cum cæteris, *ff. de lib. agnoſ.*
20 Mortuo tamen patre, quia eo ſolùm
tempore fit locus ſucceſſioni, exclu-
ditur fæmina à maſculis jure patrio,
hoc ſcil. pacto, ut ſi dotata nõ reperia-
tur, integram conſequatur legitimã,
ſivè ut noſtrates ajunt, paragium ad
inſtar legitimæ; Si verò fuerit dotà-
ta, & non congruenter, ſupplenda
ei erit dos à fratribus uſq; ad quanti-
tatem legitimæ portionis, juxta fa-
cultates paternas, etiã tempore mor-
tis, non obſtante renunciatione, uti
teſtantur *Andr. de Iſern. in d. Cõſtit.*
*in aliquibus, num.* 12. *Reg. de Pont.*
*de pot. Pror. tit.* 9. *de ſucceſſ. mulier.*
*Camil. de Medic. conſ.* 25. & in eiſ-
dem terminis *Theſau. lib.* 2. *quæſt.*
*for. cap.* 93. *num.* 13. *& lib.* 4. *quæſt.*
4. *num.* 21. *Cancer. lib.* 3. *variar. re-*
*ſol. tit. de renunc. cap.* 15. *à num.*
65. cum alijs apud *Cutell. de donat.*
*tract.* 1. *diſcur.* 2. *p.* 14. *à num.* 18.
*ad* 22. ubi quãplurium authoritate,
21 hanc eſſe veriorem ſententiam oſtẽ-
dit: adeòut, ſi filia in vita patris fuiſ-
ſet dotata, inſpectis facultatibus dota-
tionis tempore, illis poſtea auctis,
dotis ſupplementum ſanè petere poſ-
ſet, non obſtante quavis renunciatio-
ne, quoties exceſſus eſſet magna ejus
læſione; & ità pariter deſcendẽtibus,
ipſa præmortua, minimè idem dene-
gandum eſſe, concludit item *Camil.*
*de Larat. conſ.* 26. *num.* 36. *&* 46.
ubi latè hoc tuetur, & contrariis ple-
nè ſatisfacit, prout *Cutell. d. par.* 14.
*num.* 23. *& Praſ. Amat. conſ.* 59.
*num.* 5. unà cum allegatis *d. noſtra*
*Contr.* 7. adverſus *Reg. Rovit. conſ.*
36. nam ut fuſius ex nonnullis obſer-
vat *Caſtrenſ. conſ.* 210. excluſio fi-
22 liæ à ſucceſſione per ſtatutum, non
perficitur, niſi tempore mortis patris,
quo tempore inſpecto, de dotis, eiuſq;
ſupplementi competentia, ad inſtar
legitimæ, & quòad ejus valorem,
tantummodò agendum eſt.
His igitur examinatis, atque ità cõtra-
23 rijs exploſis, concludendum profe-
ctò videtur, noſtris attentis Sanctio-
nibus, matre præmortua, quæ pa-
tris ſucceſſioni renuncjavit, minimè
præcludi aditum ejus filijs, ab avo
præteritis, ex propria venire perſo-
na, niſi ad integram hæreditatem,
unà cum avunculis, ad particularem
tamen ſucceſſionem legitimæ, ejuſq;
ſupplementum, ſaltem, ut ſupra dixi-
mus, collatis dotibus, juxtà æquio-
24 rem ſententiam; nec eis officere ma-
ternam renunciationem, in qua ſem-
per, ut noſtrates communi ore aſſe-
verant, ſubintelligitur illa tacita cõ-
ditio, nempè, ſi ſucceſſio renunciata
ipſi renuncianti deferatur; non autẽ
ubi, poſt ejus mortem, filii ex propria
perſona venirent adverſus avi hære-
ditatem, qui caſus d. præmorientię,
niſi fuerit expreſsè conſideratus, &
in renunciatione, & in patris promiſ-
ſione, reficiendi de proprio quicquid
filii, tàm nati, quam naſcituri, con-
ſequi vellent, adverſus renunciatarii
dotantis hæreditatem, minimè im-
pediri poſſe, quem latet, quin ipſi
venire poſſint proprio jure ad legiti-
mam, ejuſq; ſupplementum, ſaltem
collata dote; dum nec matris renun-



Digitized by Google

25 ciatio, etſi ampla, nec hujuſmodi parentis promiſſio eis obſtat, ob caſū omiſſum, de quo modò agitur, & qui haud fuit conſideratus, videlicet (ſi filii venirēt ex propria perſona, etiā præmortua matre, & in ſucceſſione deferenda poſt ejus obitum) juxtà recentem cautionem à Noſtratibus introductam, ad hoc ut renunciatarius remaneat cautus, & valore hujuſmodi renunciationis, & vì promiſſionis viri, reficiendi de proprio, quod filij obtinerent ex propria perſona, poſt eorum genitricis obitum; Quæ
26 ſanè cautela *Marantæ*, niſi adſit ſpecialiter, cum promiſſione, item ſi filij pręmortua matre proprio jure veniāt ad ſucceſſionem avi, nihil eis obſtabit hæc patris nuda, & ſimplex promiſſio, quæ ad hunc caſum non extenditur, juxtà tradita per *Reg. Capyc. Latr. dicta deciſ.* 4. & fuſius *deciſ.* 41. *ubi plenè Gizzi. in obſerv. lib.* 1. *cū P. Molfeſ. in cōmet. ad Conſuetud. Neapol. dict. quæſt.* 5. *ſub tit. de renunciat.* & præ cæteris diffusè per *Reg. de Marin. reſol. jur. d. lib.* 2. *cap.* 192. præſertim *num.* 16.
27 ubi hæc leguntur verba: *Siquidem quòad Marantam; Cautela ſua loquitur, quando expreſsè eſt dictum, quòd filij non poſſent venirę ex propria perſona, his nimirum verbis, etiamſi mater moriatur ante mortē illius, de cujus ſucceſſione agitur, qui non erat caſus, de quo agebatur*; & de quo hìc pariter non tractatur, ut annuimus, cum deſcripta hæc ſpecialis *Marantę* cautela deficiat.

Nec obſtare poteſt, quod adverſarij ajūt,
28 hoc benè procedere poſſe, ſed non quoties mulier renunciavit pro ſe, & hæredibus; tunc enim filij, renunciantis hæredes nequeunt ſuccedere avo, nec etiam in legitima, ejuſq; ſupplemento, ex vì maternæ repudiationis, quam perperam, illos ratam habere, teneri aſſerunt; Nàm ipſi filii, quamvis tanquā hæredes matris, non poſſint impugnare renunciationem, ad *tex. in. l. cum matre, C. de rei vendic.* attamen non dicuntur, eo caſu, quo veniunt ex propria perſona, impugnare factum matris, uti ait præſertim *Reg. Capyc. Latr. dict. deciſ.* 4. *num.* 6. & *deciſ.* 41. *num.* 13. & 16. quia renunciatio matris, ex ſepè traditis, habet tacitam conditio-
29 nem, ſi ei hæreditas delata fuerit; Vndè cum illa pro infecta habeatur, ob conditionis non verificatæ defectum, haud filiis officiet; cum non entis nullæ ſint qualitates, *l. ejus qui, ff. de cert. pet. Andreol. contr* 202. *num.* 10. *par.* 2. Hinc eſt, quòd libe-
30 ri, matre præmortua venientes, nō impugnant renunciationem, ſed fūdare intendunt, illam ſolùm compræhendere ſucceſsionis jus, quod ipſi matri competeret, ſi adeſſet tēpore mortis dotantis, non autem caſum, ubi ſucceſsio non fuit, ut in præſentiarum delata matri, ſed filiis poſt ejus obitum, ut ajunt *Peregr. d. conſ.* 83. *num.* 10. *verſ. quare, vol.* 5., & *Andreol. loc. cit. num.* 9. Qui-
31 bus etiā additur, quòd filius, etſi hęres, quando ex propria perſona, & extra jus hæreditarium aliquid vult conſequi, non teneatur approbare factum matris, cujus eſt hæres; Immò idem *Andreol. num.* 12. quampluriū authoritate fundat, clauſulam, *pro*
32 *ſe, & hæredibus*, in renunciatione appoſitam intelligi debere, ubi verè hæreditas renuncianti delata fuiſſet; tunc enim filii matris factum impugnare, aut aliquid plus prætendere, uti hæredes, nequirent; Cæterum, ſi
33 eadem renunciaviſſet pro ſe, & filiis, tunc illi proprio jure benè venire poſſent, ut ex *præcit.* inquit *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 4., & *deciſ.* 41. ubi videatur *Gizzius*, qui in utroque caſu, ità de recenti deciſum refert, ſcilicet ✝ *num.* 26. *in fin. obſer. d. deciſ.* 4. *Reg. Latr.* contra filiam Victoriæ Santolia, concurrente cum amita, ex eo, quia adereat in cauſa illa omninò expreſſa
34 cautio *Marantæ* in renunciatione

dictæ

dictæ Victoriæ pro ſe, & filiis naſcituris, etiam ubi venirent ex propria per-
35 ſona poſt matris obitum. At contrarium poſtea in *obſer. ad aliã deciſ.* 41.
† ejuſdem *Reg. Latr.* junctis Aulis deciſũ tradit, in cauſa Martii Piccirillj, nepotis ex Iulia ſorore, concurrentis cum patruo, ex eiſdem terminis *d. deciſ.* 4. ipſius *Reg Capyc. Latr.* in cauſa illorum de Rendina; quia matris renunciatio haud obſtabat filiis, venientibus jure proprio, matre præmortua. Et ità ſemper ſuſtinendum videtur, quoties deſcripta non adeſt cautio, nec caſus conſideratur præmorientiæ matris, nec in ejus renunciatione, nec in patris promiſſione, reficiẽdi de proprio; nã minimè utramq; obſtare liberis ex propria perſona venientibus, quem latet, ſi caſus fortè, præfato ordine turbato, accidat.

Ex his itaque inter tot difficultatum te-
36 nebras, & oppoſitionum ſyrtes, à periculis jam ſecundi ſcopuli, evaſimus in loca clariora, ubi firma tandem, ac in tuto poſita, omninò noſtra remanet Concluſio: ut præmortuæ matris renunciatio filiis non obſit, quoties nõ fuit expreſsè cautum, eos venire nõ poſſe ad ſucceſſionem, delatam poſt matris mortem, nec etiam ex propria perſona, & ſi forſan venirent, pater teneatur reficere tantũdem de proprio: nam aliter ſecus, licet per ſola verba, nimirum: *ut filii non veniant ex propria perſona*, idem videatur expreſſum; cum clarè pateat, dari caſus, in quibus filii poſſunt ex propria concurrere perſona, adhuc matre vivente, quæ ſi nolit, vel nequeat, videlicet ex aliquo naturali, vel legali impedimento, contra propriam renunciationem, venire ad ſucceſſionẽ delatam, veniant proprio jure filii; tunc enim pater ſanè teneretur, reficere vigore ſuæ promiſſionis, quod filii conſequerentur: ſecus verò ubi in meliori parte, illa deficeret ſaluta-
37 ris *Marantę* cautio; Nec etiam obſtante juramento, quod non caderet, prout alibi annuimus, ſuper his, quæ non fuerunt prę viſa, neque expreſsè promiſſa, ex traditis præſertim à *Bonac. in 2. pręc. decal. diſp.* 4. *q.* 1.
38 *pun.* 16. *per tot.* & *pun.* 17. ubi teſtatur, obligationem juramenti dupliciter impediri: Primò per legem, deſtruendo contractus, ſuper quem cadit; uti pariter irritatur renunciatio jurata, facta ante duos menſes profeſſionis, ex *Trident. ſeſſ.* 25. *num.* 5.
39 deſtructo enim fundamento, deſtruitur item quod ipſi innitebatur; ſicuti etiam eſſet caſus reſciſſionis contractus, cui juramentum eſt ſanè acceſſorium, ex ponderatis *d. noſtra Contr.*
40 IV. Secundò prohibendo executionẽ; itàut ex crimine, dolo, fraude, deceptione, metu, vel alio vetito modo, nequeat adimpleri contractus, ut põderat etiam *P. Molfeſ. d. quęſt.* 1. *de renunciat.* Iuramentum namque non obligat ubi adeſt peccatũ, nec eſt vinculũ iniquitatis, *c. quanto, de jur. jur.* cũ cęteris Iuribus, quorũ diſpoſitioni ſubiicimus, quę uſq; adhuc diximus.

## CONTROVERSIA XXXII.

An, & quo tempore, pro obtinenda inveſtitura, ſolvi debeat relevium à novo ſucceſſore in feudo, ſive ille ſit immediatus hæres, ſive refutatarius?

### *SUMMARIUM.*

1 *Relevium de more debetur à feudi ſucceſſore in hoc Regno, poſt Feudatarii mortem.*

2 *Secus ex refutatione, vel ex contractibus inter vivos.*

3 *Et eſt medietas fructuũ unius anni.*

4 *Dominus, jure cõmuni feudorum ſine ulla mercede, inveſtiturã renovabat.*

5 *Relevium nõ ſolvitur, ſi per contractus inter vivos feudũ trãsferatur.*

6 *Sed debetur poſt annũ à feudatarij obitu.*



Digitized by Google

8 *Pœna duplicati relevij, ut evitetur, ſufficit, ut denunciata feudatarij morte, inveſtitura ſtatim à ſucceſſore, & hærede petatur, num.* 8.

9 *Quid ſi juſta cauſa mors nõ denũcietur*

10 *Culpa ſi non adeſt, nec adeſt pœna.*

11 *Refutatio, quæ fit in proximè ſucceſſurum, ut valida, nec aſſenſu egeat, ſimplex ſit, non conditionata n.*12. *& omni fraude careat n.*13.

14 *Refutatio feudi pactionata, vel cum reſervatione uſusfructus ã valeat?*

15 *Fraus præſumpta eſt verè probanda*

16 *Refutatio, cum certa fructuum reſervatione, an ſit valida? & n.*17.

18 *Feudi refutatio cum reſervatione uſusfruct. matrimonij cauſa tenet.*

19 *Reſervatio introituũ in feudo, eſt ſimplex percipiendi fructus facultas.*

20 *Pater, licet nõ habeat uſumfructũ in bonis feudalibus filij, fructuum tamen cõmoditate frui poteſt n.* 21.

22 *Uſusfructus, etſi vendi nequeat, cõmoditas verò ipſius vendi poteſt.*

23 *Vſusfructus poteſt eſſe apud unũ, & cõmoditas percipiẽdi fructus in alio*

## ARGVMENTVM.

Relevium eſſe ſolvendum, tàm per hæredem, & novum in feudo ſucceſſorem, pro obtinenda inveſtitura, quàm per refutatarium, qui Regio indiget aſſensu, ob refutationem pactionatã, vel alia conditione affectam, oſtenditur. Quid verò, ſi refutatio ſit ſimplex, & pura, vel cum fructuum tantùm reſervatione; deindè altercatur.

1 SAtis eſt decantata, ac in Supremis Prætoriis paſſim canonizata *Andreæ de Iſernia* theorica, debitũ quippè relevij fuiſſe ex conſuetudine inductũ in noſtro Regno, ut æſtimato
2 feudo, pro medietate fructuum naturalium unius anni, ad inveſtituram obtinendam, ſolvatur ab hærede in ipſo feudo, & ab immediato ſucceſſore, nõ alio quidem titulo, quàm hæreditario, & niſi jure ſucceſſionis, ex *Conſtitut. poſt mortem*; haud verò ſi per cõtractus inter vivos idem feudatarius, ante tempus feudum acquirat, ut ha-
3 betur in *cap.* 1. § *ſed & res num.* 7. *verſ. unde ſemper, per quos fiat inveſtitura, in cap.* 1. §. *ſimiliter, de Capit. Corrad. & in cap. Imperialem*, §. *præterea ſi quis infeudatus, de proh. feud. alien. per Federic.* quam eſſe, unico ore teſtatur, apud omnes receptam, *Frecc. de ſubfed. lib.* 2. *author.* 3. *Petr. de Georg. de conceſſ. feud. par.* 8. *tit. de jure relevij, Anna Genitor alleg.* 95. *Præſ. de Franch. deciſ.* 171. *num.* 4. *Reg. de Ponte in tract. de pot. Proreg. tit.* 8. *de refutat. feud. num.* 5. *& in lectu.* 2. *num.* 50. *Reg. Rovit. in prag.* 1. *de offic. Proc. Cæſar. num.* 9. & 15. cum cæteris, relatis *per Burrell. in ſumma deciſ. tit. de relevio, nu.* 1. *& ſeq; Reg. de Marin. lib.* 2. *cap.* 182. & 183. *cum ſeq.* Cõmuni enim
4 jure feudorum attento, Dominus ſine ulla mercede, inveſtituram antiquitus renovare cogebatur, *Capyc. in ſua inveſtit. feud. num.* 29. & propterea hæc conſuetudo, contra feudi naturam inducta exorbitans, & odioſa (ut ait *Roſenthal. in ſua ſynop. feud. tit. quibus modis feud. acq. cap.* 6.
5 *concluſ.* 66. *lit. A.*) extendenda non erat ad contractus inter vivos, ſicuti advetit idem *Iſer. in d. cap.* 1. § *ſed, & ſi res, num.* 7. qui, pro evitanda relevij ſolutione admonet, ut feudum per hujuſmodi contractus inter vivos ad immediatum hæredẽ, ac proximum ſucceſſorem transferatur.

Quod profectò relevium, ità ex tali con-
6 ſuetudine inductum, immediatè poſt annum, & diem à Feudatarij obitu ſolvitur, in recognitionem directi dominii, pro obtinẽda inveſtitura, ut ex *Loffred. d. cap.* 1. §. *ſed & res, verſ. circa hanc*, & *Reg. de Pont. d. lect.* 2. *num.* 50. pro qua petenda, feudorum jure, hoc tempus eſt ſtatutum *in cap.*

1. §. *ſan-*

Digitized by Google

1. §. *ſancimus*, *tit. quo tempore mi-
les*, & nihil eſſe derogatum de Iure
Regni, docet *Reg. Rovit. in d Prag-*
7 *mat.* 1. *nu.* 5. ità ut anno elapſo, mi-
nimè feudum amittat, ſed ad dupli-
catum releviũ teneatur ſucceſſor, ut
per *Iſern. in d. cap.* 1. §. *ſancimus*, ubi
*Liparul. & Afflict. num.* 4. *Frecc. d.
author.* 3. *Præſ. de Frãch. d. deciſ.* 171.
*num.* 15. *& deciſ.* 425. *Gramm. deciſ.*
103. *nu.* 223. *& Reg. Rovit. d. prag.*
1. *num.* 7. *&* 8. vbi ad evitandã hanc
8 duplicati relevii pęnam, ſufficĕre, in-
quit, ut denuncietur mors feudata-
rii, & inveſtitura petatur, *Iſerniæ* au-
thoritate in *d.* §. *ſancimus*, *num.* 10.
*& Præſ. de Franch. d, deciſ.* 425. *nu.*
9 2. Immò, quando juſta, & rationabi-
lis adeſſet cauſa, tunc etiam non de-
nunciata morte, nulla pœna debere-
tur, & ſucceſſor ad ſimplex tãtùm re-
levium teneretur, ut advertit *Anna
d. alleg.* 95. *ex tex. in d.* §. *ſancimus*,
ibi: *Si ex juſta cauſa non petiit in-
veſtituram*, & confert item, quod ait
*Iſern. in eodem* §. *verſ. in Regno Sici-
liæ*, ut hujuſmodi pœnæ remittatur,
quoties non ex contẽptu mors, haud
denuncietur, vel inveſtitura petatur;
10 nam ubi culpa non adeſt, nec pœna
adeſſe poteſt, *l. ſancimus*, *C. de pœnis*
cum DD. allegatis per *de Franch. d.
deciſ.* 425. *& Ann. alleg.* 95. qui ità
pluries deciſum teſtantur.

His itàquè præmiſſis, neminem item la-
11 tet quicquid, pręſertim *Reg. Rovit.* ex
noſtratibus *in pragm.* 4. *de feud. n.* 8.
aſſeveranter inquit, refutationẽ ſcil.
dicto cõmuni Feudorum Iure inſpe-
cto, in proximè, ac immediatè ſucceſ-
ſuro, ut valida ſit, atq; Regio aſſenſu
minimè indigeat, ſimplicem, ac pu-
ram, nec conditionatam eſſe ſanè de-
bere; ità ut omninò refutãs ſe de me-
12 dio tollat, nihilq; penitus commodi-
tatis penès ſe retineat, ex *Baldi* do-
ctrina *in cap.* 1. *col.* 2. *verſ. tu dic aper-
tius*, *de alien. feud. pater. & in conſ.*
300. *lib.* 2. præter alios, cum *Liparul.*
ſignanter, per ipſum allegatos. Immò
ex mente *Iſerniæ d. cap.* 1. §. *ſed & res*
13 carere debet pariter omni fraudis ſu-
ſpicione; aliàs refutatarius ad relevij
ſolutionem benè teneretur, etiam ex
diſpoſitione *Reg. Pragm.* 4. *de feud.* ubi
excluditur quælibet fraudis ſuſpicio
in feudi refutatiòne, ac Regij Fiſci
præjudicio ſemper ſuccurritur.

Secùs verò dicendum eſt, quoties frau-
14 dis vitium non reperiatur in tali re-
futatione, nec illa pactionata, vel con-
ditionalis appareat, aut ſit cũ reſer-
vatione uſusfructus, ſuper feudo, eiq;
reſiſtat diſpoſitio *d. pragm.* 4. *de feud.*
Nam eidem neq; officiunt præallega-
tæ DD. authoritates; quemadmodũ
clarè colligitur ex dictis per *Iſern. d.*
§. *ſed, & res, n.* 7. *verſ. hoc juſtum eſſet*,
15 ibiq; præſumptam fraudem eſſe pro-
bandam, edocet ex *tex. in l. quoties*,
§. *dolo*, *ff. de probat.* niſi clarè colli-
geretur, ex donatione nempè omniũ
bonorum, per *tex. in l. omnes*, §. *Lu-
cius*, *ff. quæ in fraud. credit.* Aliter
allegata, non eſſet præſumenda in
actibus palàm geſtis, in quibus om-
nis ſuſpicio prorsùs excluditur.

Hinc dubitari nequit, ſimplicem, ac pu-
16 ram dici refutationem, nec pactio-
natam appellari poſſe, vel cum reſer-
vatione uſusfructus, illam eſſe profe-
ctò, de qua nobis diſputare modò ac-
cidit, quoties refutans, qui omne jus,
& dominii, & poſſeſſionis, à ſe abdi-
cavit, æquè ac in refutatarium omni-
nò tranſtulit, ex quò ſolùm ſibi re-
ſervaverit, ſua vita durante præfa-
tos feudi refutati fructus.

Primò ex eo potiſſimũ, quia enunciata
17 reſervatio, haud immutavit ſimplicis
refutationis naturam, aut pactionatã,
vel conditionalẽ reddidit, ut proindè
ſubjacere debeat diſpoſitioni *d. Reg.
Pragm.* quæ prohibet refutationem
cum vera reſervatione uſusfructus,
18 illaq; tantùm permittitur, contem-
platione matrimonij, prævio Regio
aſſenſu, ut in alia *Pragm.* 20. *de feud.*

Secundò, quia præfata in feudo introi-
19 tuum reſervatio, non importat aliud,
quàm

Digitized by Google

quàm ſimplicem fructuum percipiẽdorum cõmoditatẽ, quæ longè diſtat à formali reſervatione uſusfructus, *tex.* eſt expreſſus in *l. fundi Trebatiani, ff. de uſufrur. leg.* undè deſumitur, quòd licet pater nõ habeat uſũ-
20 fructum in bonis feudalibus filij, poterit tamen habere fructuum cõmoditatẽ, ut poſt *Iacob. de Belviſ.* tradit *Bald. in cap. 2. de fratr. de nouo benef. invæſt.* cum *Loffred. conſ.* 10. & *Præſ. de Franch. deciſ.* 10. *num.* 9. & *deciſ.* 161. *num.* 8. ubi ità per Reg. Collat. Conſilium deciſum refert.

Et tandem idem comprobatur, quia
21 quãdo legatur filio uſusfructus; licet ſit ipſius filij uſusfructus ille formalis, tamẽ cõmoditas patri traditur, *Bald. in l. fin. num. 3. & 8. C. de uſufruct. & Bald. nouell. in l. cum filio num. 4. ff. de leg.* 1. Hinc etiã eſt, quòd ſi uſusfructus vendi non poſſit, commoditas verò ipſius, quæ eſt ipſa fructuũ perceptio ex *tex. in l. in ædibus*, §. 1. *ff. de donation. & in l. ſi uſusfructus in fin. de jur. dot.* vendi ſanè poterit *l. neceſſario, §. finali, ff. de pericul. & cõmod. rei vend. l. fin. C. de uſufruct. l.* 1. *ff. de uſufr. legat.* Et adeò diſtin-
22 cta, & ſeparata ſunt hæc inter ſe, ut facultas, & commoditas percipiendi fructus poſſit eſſe penès unũ, & apud alium formalis uſusfructus, ait *Molin. d. lib. 1. cap. 20. num.* 11. ex *tex. in d. l. uſusfructus, ff. de jur. dot. & l. uſusfr. ff. ſol. matrim.* Vndè, ut clariùs pateat aſſumptum, omninò diſtinctã eſſe feudi refutationẽ, cũ ſimplici fructuũ perceptione, ab illa, cũ vera uſusfruct. reſervatione, patefaciemus.

## CONTROVERSIA XXXIII.

Feudi refutatio cum reſervatione fructuum, vel certæ illorum quantitatis, an ſuſtineri poſſit abſq; Regio aſſenſu, & ſolutione Relevii?

### *SVMMARIVM.*

1 *Vſusfructus reſervatio, in feudi refutatione proximo ſucceſſuro, prorſus improbatur.*
2 *Servitus non poteſt in feudo imponi.*
3 *Refutatio futuræ ſucceſſionis, nequit uſũfructum à proprietate ſeparare.*
4 *Quid ſi in ea reſerventur fructus?*
5 *Fructuũ perceptio non conſtituit jus ſuper feudo, ſed eſt quid ſeparatum.*
6 *Fructus, vel à ſolo ſeparati, vel ſeparandi, burgenſaticã naturã habẽt.*
7 *Feudatarius de feudi fructibus, ſua vita durante diſponere poteſt.*
8 *Ità & feudũ refutare proximè ſucceſſuro, cum fructuũ reſervatione.*
9 *Fructuum reſervatio, ſivè perceptio differt ab uſufructu formali; nec tanquam ſimplex commoditas videtur prohibita, & num. 10.*
11 *Refutatio tenet, ubi non continet feudi partem, nec ex ea diviſio aliqua in feudo inducitur.*
12 *Refutatio feudi, & datio ad libellum, cum reſervatione annuæ penſionis tenet, & eſt valida.*
13 *Reſervatio uſusfructus, & commoditas fructuum, an differant inter ſe? & num. 14.*
15 *Fructibus relictis, de jure, nõ formalis uſusfructus, ſed fructuum perceptio relicta cenſetur.*
16 *Actus invaliditas, non eſt inducenda, niſi per expreſſum juris ſensũ.*
17 *Vſusfructus penitus differt à poteſtate percipiendi fructus, & n. 22.*
18 *Fructus reſervatos, refutans, non ſuo, ſed feudatarii jure percipit.*
19 *Facultas percipiẽdi fructus in feudo, eſt quid ſeparatũ ab uſufructu.*
20 *Donatio feudi eſt uti pura refutatio.*
21 *Conditione remiſſa, actus fit purus.*

### ARGUMENTUM.

Feudi refutationem, cum reſervatione fructuum, uti diſtinctam, & prorſus alie-

alienam ab illa, quę ſit, reſervato uſu-
fructu, minimè ſubjacere diſpoſitioni
*Regiæ Pragmaticæ* 4. *de Feudis*, illăq;
non indigere Regio aſſensu, ſed ſola
regiſtratione ſuſtineri poſſe, ad evi-
tandam Relevij ſolutionem, concinnè
demõſtratur. Rejectiſq; obiectionibus,
apertis juribus Concluſio defenditur.

VSusfructus reſervatio-
nem, in feudi refuta-
1 tione proximo ſucceſ-
ſuro, penitus improba-
ri, diximus *præced. Cõ-
troverſ.* ex quò importat reſervatio-
nem partis integralis dominii, ex cu-
jus retentione inducitur ipſius feudi
diviſio; quæ quidem ſervitus, impo-
2 ni prohibetur ſuper Feudo abſq; Do-
mini aſſenſu, & ſine ſolutione relevii,
*cap.* 1. §. *quid ergò de inveſtit. de re
alien. fact. Camerar. in l. Imperialem,
fol.* 18. *lit. G. de probib. feud. alien.
per Federic.* Nam ſi hoc permittere-
tur, veluti proprietate, ſeparata ab
uſufructu, ex unius culpa non devol-
veretur integrum feudum ad Domi-
num, ſed vel proprietas nuda, vel ſo-
3 lus uſusfructus formalis; Immò re-
futàtio ipſa, cum non ſit, niſi futuræ
ſucceſſionis præventio, ſicut in mor-
te nequit, immediatus ſucceſſor uſu-
fructu privari, quia integrum feudũ,
quòad ipſum corpus, ad ſucceſſorem
pervenire debet, ità & per refutatio-
nem, quæ ſucceſſionis dicitur prævẽ-
tio, ut ex *Loffred. Ann. de Pont.* cæ-
teriſque plenè advertit *Reg. Galeota
lib.* 2. *contr.* 6. *num.* 14.
Modò in cauſa, ibidem à nobis propoſita,
4 minimè id aſſerendum eſſe, jure arbi-
tramur, ſi ſimplex fructuũ perceptio
fuerit in feudo à refutante reſervata.
Perceptio namque fructuum non con-
5 ſtituit jus ſuper feudo, ſed eſt quid
ſeparatum ab ipſo; cum nulli dubiũ
ſit, quod vel conſiderentur fructus,
uti à ſolo ſeparati, & clarè videntur
eſſe Burgenſatici, ut ait *Bald. conſ.*
6 33. *vol.* 1. vel pendentes, & uti ſepa-
randi, & ſimiliter burgenſaticam re-
tinet naturam, ex *tex.* expreſſo *in
cap.* 1. *an agnatus*, *& in cap.* 1. §. *his
conſequenter, in tit. hic finitur lex,
Camer. in d. l. Imperialem fol.* 17. *col.*
4. *lit. T.* qui ſubdit, fructus tali mo-
do conſiderari, tanquam in noſtro cõ-
mercio, *ex Iſern. in Conſtit. poſt mor-
tẽ*, §. *his conſequenter*, aliiſq; per ipſum
allegatis. Hinc ibidẽ inquit *Iſer. in cap.
Imperialẽ, n.* 1. *verſ. ſi verò fructus, de
7 prohib. feud. alienat. per Feder.* poſſe
vaſſallũ benè de feudi fructibus diſ-
ponere, quãdiu in ejus poſſe feudum
permanſerit, ac toto vitæ curſu du-
rante, abſque Domini aſſenſu, uti
ipſe etiã docuit *in Conſtit. Conſtitutio-
nem Divæ memoriæ col. fin.* ibique
*Afflict.* &. *Camer.* præcipuè in *d. l,
Imperialem, fol.* 17. *lit. G. verſ. quin-
ta concluſio*, *& lit. L. verſ.* 6. *concl.
Frecc. de ſubfeud. fol.* 113. *num* 42.
*Capyc. inveſtitura feud. fol.* 37. *col.* 5.
*& fol.* 205. *col.* 2. *cum Anna in dict.
Conſt. cõſtitutionẽ divæ memor. n.* 245.
Qua quidem *Iſerniæ*, Aliorumq; ex præ-
8 nominatis theorica, cuncti Regnico-
læ, & noſtra in feudis lumina, clarè
deduxerunt, poſſe ſimiliter feuda-
tarium immediatè ſucceſſuro feudũ
porrò refutare, ac fructus retinere,
ejus vita durante, conſiderando ta-
les fructus à ſolo, aut ſeparatos, vel
ſeparandos, ut præ cæteris aſſerunt
*Anna filius conſ.* 46. *num.* 25. *lib.* 1.
*& Reg. Tapia in pragm.* 20. *de feud.
ſub tit. de refutat. feud. lib.* 6. *de Iur.
Regni, num.* 10. & quamvis contra-
rium appareat, conſuluiſſe *Reg. de
Ponte conſ.* 12. *num.* 5. tamen ſemet-
ipſum correxit *in tract. de poteſt. Pro-
reg. tit. de refut. feud.* §. *per tot.* ut
notavit *Reg. Merlin. in eius* 2. *contr.
cent. cap.* 57. *n.* 14. qui de more nimis
doctè admonet, ut ex tali fructuum
9 reſervatione nulla profluat actio ad
feudum: nec ſit uſusfructus formalis,
qui conſtituat jus in corpore feudi,
pro-

prohibitum dari abſque aſſenſu, ex communi DD. placito *cap. 1. de Capit. Corrad. & Conſtitut. Divæ me-*
10 *moriæ;cum Reg.Pragm.4. de feud.* ſed ad fructus, eorumque commoditatē tantùm dirigatur, ut teſtantur pariter *Conſ. Theodor. alleg. 3. num.* 10. *& Reg. Capyc. Galeot. controv. 6. n.* 23. *&* 24. *lib.2.* poſt *Loffred. conſ.3. num.* 38. *&* 39. *ubi* ait, valere refu-
11 tationem, quoties illa tali modo fiat, ut non contineat feudi partem, nec illius diviſio inducatur; ſed aliquid aliud, ab ipſo feudo ſeparatum, colligatur, *per tex. in cap.1. §. etiam & ſi libellum, de alien. feud. pater.* ubi datio ad libellum inter agnatos ſuſtinetur, quaſi refutatio, in qua reſervatur annua penſio de fructibus Feudi, & tamen certum eſt, conceſſionem
12 hanc ad libellum eius eſſe naturæ, ut fiat cum dicta reſervatione certæ annuę penſionis; & ità ex communi Feudiſtarum voto, firmat *Conſil. de Anna d. conſ.* 46. *num.* 8. immò dicti §. *etſi libellum* nō eſſe correctam diſpoſitionem, vel aliquo modo immutatam *per dictam Conſt. Regni Divæ memoriæ*, ex *Camerario*, eruditè defēdit *Reg. de Pōte in d. tract. de poteſt. Proreg. d. tit. de refut. feud.* §. 1. præſertim *à num.* 18. *cum ſeqq.* & accuratè examinat *Præſ. Merlin. dict. cap.* 57. *à num.* 15. *lib.* 2.

Nec valet dicere, in hujuſmodi refuta-
13 tione, reſervatos inveniri omnes introitus, vita refutantis durante, de quibus diſponere poſſet, prout ante ipſam refutationem facere poterat; aut ex hac reſervatione deſumi poſſe videtur aliquod jus reſervatum ſuper feudo, vel ſaltem facultas percipiendi fructus, quæ non ſit ſanè diverſa à reſervatione formalis uſusfr.

Nam huic obiectioni nonnullis occurri-
14 mus mediis. Primò etenim aſſerere, fas eſt, hunc intellectum oppugnari expreſſis verbis ipſius refutationis, in qua ulla ſit mentio de uſufructu, & proinde conformari videtur diſpoſitioni *tex. in l. fundi Trebatiani, ff. de*
15 *uſufr. legat*; ubi, relictis fructibus, non jus formalis uſusfructus, ſed fructuū perceptio relicta cenſetur, juxtà propriam verborum ſignificationem. Secundò, quia nō eſt inducenda actus invaliditas, niſi per expreſſum Iuris
16 ſenſum: Immò, ut diſpoſitio ſuſtineatur, ac nullitas evitetur, eſt item permiſſum à propria, & ſtricta verborum ſignificatione recedere; adeò ut, etiam ſi expreſſa mentio fieret de uſufructu in tali refutatione, intelligenda eſſet uti facta de fructibus, ſivè de eorum ſimplici perceptione, ut illa ſuſtineatur, ità ait *Bolognet conſ.6. num.* 40., *& conſ.7. num.*97. qui cum *Cravet. conſ.* 222. ad hanc firmandā concluſionem, plures adducit authoritates, uti etiam docet *Conſ. de Anna d. conſ.* 46. *num.* 22. *& conſil.* 51.
17 *n.*24. *lib.*1. Et tertiò deniquè expoſita diluitur obiectio; quia, nec ipſamet facultas percipiendi fructus reſervata conſtituere poteſt jus aliquod in feudo, cum penitus differat uſusfructus à poteſtate, percipiēdi fructus in vita, refutantis ex *Gloſ. Magiſtrali in d. §. finitur, in verbo cedendo, Inſtit. de uſufruct.* & ex *tex. in d. l. neceſſariò, §. fin. ff. de peric. & com. rei vend. l. uſusfructus, ff. de jur. dot.* quibus utitur juribus *Anna d. conſ.* 46. *n.*23. Nam refutans non capit fructus jure
18 proprio, quod nō habet in feudo iā refutato, ſed feudatarii vice potiùs illos percipit, ut ex *Bart.* aliiſq; ſūdat *Camer. in repet. dict. l. imperialē, fol.* 18. *lit.* M. *verſ. dicimus*; ubi acerrimè tuetur, hanc poteſtatem percipiendi fructus
19 eſſe quid, ſeparatum ab uſufructu, nec conſtituere jus aliquod in feudo, & *fol.* 20. *lit. R.* aſſeveranter fatetur, poſſe feudatarium talem tribuere facultatē percipiendi fructus, ex dictis per *Alex. conſ.* 18. *vol.* 2.

Nec incongruè pro ejuſdē fiſcalis obie-
20 ctionis reſolutione facit, quod per DD. conſideratur etiam de donatione bonorum feudalium immediato

ſucceſ-

Digitized by Google

ſucceſſori, ſecuta donātis morte, ut hæc ſine aſſenſu, tanquā ſimplex refutatio, ſuſtineatur, prout ante alios cōſuluit *Ann. conſ.* 39. R. *Galeot. contr.* 6. *lib.* 2. & *Reg. de Ponte d. tit.* 8. *de refutat. feud. num.* 2. ubi advertit, gratiam à Fideliſſima Civitate obtētam, ut in tali donatione poſſet Prorex præſtare aſſenſum, non eſſe neceſſariam, niſi ex aliis circumſtatiis, ut tuentur pariter *Reg. Capyc. Galeot. dict. contr.* 6. & *Anna loc cit. num.* 15. ubi ait, talem donationem, ex
21 nunc pro tunc, ſolam fructuum reſervationem importare, non verò ex illa fuiſſe reſervatum uſūmfructum formalē; agnoſcens diſparitatē hanc, quę cadit inter donationē, reſervato uſufructu, & reſervatis fructibus factam, juxtà theoricā *Iſerniæ loc. cit.* Ex quibus apertè deducitur, quod reſer-
22 vatis fructibus, dataq; poteſtate eos percipiēdi, haud intelligatur reſervatus formalis uſusfructus, neq; jus aliquid conſtitutū ſuper feudo, ſed ſola perceptio fructuum, quæ eſt quid omninò ſeparatum à feudo; Et proinde concludendum eſt, hujuſmodi refutationem eſſe puram, ac ſimplicem, nec pactionatam, & prorſus à fraudis ſuſpicione alienam, nec indigere aſſenſu, ſed ſufficere, ut ſit infra quindecim dies regiſtrata, juxtà *d. Regiæ Pragmaticæ* præſcriptum; & ſucceſſivè ex feudis, taliter refutatis, non ſolùm duplicatum, ſed nec unicum deberi relevium, dicere oportet; præſertim ſi in præmium emancipationis, & ex cauſa puri matrimonii, ut in caſu, de quo agimus, fructus, antea in feudi refutatione reſervatos, ipſe refutans relaxaverit, eidemq; refutatario ceſſerit; cum videatur prorſus pura, & ſimplex tunc refutatio, ſublato jam omni dubio, ex tali orto, ſc. fructuum reſervatione; nam
23 quoties cumque remittitur qualitas, ſeu conditio, cum qua actus fuit celebratus, habetur, ac ſi à principio factus eſſet purus, ex *tex. in l. neceſſariò*, §. *ſi pendente*, *ff. de pericul.* & *com. rei vend. l. quædā*, *ff. de reb. dub.* quæ jura expendit perbellè *Iſern. in cap.* 1. *de natur. ſucceſſ. feud num.* 27. *verſ. videtur*, & *in cap. Imperialem*, *num.* 40. *de proh. feud. alienat. per Feder.* quem ſequuntur *Ann. alleg.* 35. *num.* 2. & *alleg.* 97. *Reg. de Pont. d. tit.* 8. *de refut.* §. 1. & 3. *n.* 2. *cum. Præſ. Merlin. d. cap.* 57. *n.* 15. *cent.* 2. Vndè quovis modo hæc ſuſtineatur refutatio, non indiget quidem aſſenſu, nec nova regiſtratione, aut relevii ſolutioni ſubjacet.

## CONTROVERSIA XXXIV.

**Adhoa, quæ à Subfeudatariis, loco perſonalis ſervitii præſtatur, an ſpectet ad Cōductorem, vel debeatur Feudatario locatori Status, qui ad hoc onus tenetur?**

*SVMMARIVM.*

1 *Adhoa, an comprehendatur locatione fructuum feudalium.*
2 *Conductori redditūum feudi, an cōpetat etiam adhoa, à ſubfeudatariis feudatario locatori debita?*
3 *Adhoa perſonale dicitur ſervitium militare, ejuſq; loco eſt ſubrogata,*
4 *Subrogatū ſapit naturā ſubrogati.*
5 *Conductor feudi non tenetur militare pro Domino, Status locatori.*
6 *Adhoa, quæ Baroni debetur, ſolvitur per ipſum poſtea Regi.*
7 *Adhoæ ſolvendæ onus ſpectat ad Dominum, non ad conductorem.*
8 *Pactis ſemper ſtandum eſt.*
9 *Adhoæ onus eſt ipſi feudo imbibitū, & ſolvitur ratione utilis dominii.*
10 *Poſſeſſor feudi ſolvit adhoam.*
11 *Fiſcus pro adhoa, actionis realis jure utitur contra feudi poſſeſſorē.*
12 *Relevij, & adhoæ ſolutio exponitur.*
13 *Releviū, ſicuti debetur cōductori ſta-*

 *tus,*

*tus, vel uſufructuario, ita adhoa.*
14 *Laudemiũ debetur uſufructuario.*
15 *Adhoa debetur conductori ſtatus, quoties aliter non eſt conventum.*
16 *Adhoæ origo expenditur, & n. 20.*
17 *Vaſſallus bello ſervire tenetur, aut domini placito per alium idoneum.*
18 *Adhoæ nomẽ dat perſonale ſervitiũ*
19 *Adhoa etiã nuncupatur hoſtiõtia.*
21 *Vaſſallus habens feudũ viginti unciarũ tenebatur perſonaliter ſervire tempore belli, tribus menſibus cum tribus equis propriis expenſis.*
22 *Vnio rerum in loco dicitur Dohana.*
23 *Adhoæ ſolutio antiquitus quomodo fiebat, & quæ hodie ſit praxis?* 24.
25 *Feudo Vaſſallorũ juriſdictione carente, quomodo taxetur adhoa?*

## ARGVMENTVM.

Ad feudalium redditũum, ac fructuũ omnium conductorem ſpectare pariter adhoam, quæ à ſubfeudatatiis præſtatur, nec competere feudatario locatori ſtatus, qui eam Regi ſolvere tenetur, apertè oſtenditur; niſi feudatarius ipſe, qui ſuum ſtatum locavit, eandem ſibi reſervaverit; nam tunc ſpeciali pacto ſtandũ eſt. Aliaq; de adhoæ origine, ejuſq; taxatione, quæ fit de pecunia in Regno, concinno ordine, àc perbellè exarantur.

1 MEmorabilis valdè, ac digna notatu non minus, quã cõtingibilis in praxi videtur eſſe recens, quæ modò excitatur Quæſtio: Num Adhoa, quæ à ſubfeudatariis præſtatur, compræhendi poſſit, vel ſecus ſub locatione omniũ fructuum, ac feudalium redditũum, itaut competat Conductori Status; aut verò debeatur Locatori, ut illa Regi Supremo Domino ſolvatur? Et quamvis *Conſil. de Anna in conſ. 3.*
2 *lib.* 1. perpenſis theſis propoſitæ prius viribus, æquè ac Iuribus conſideratis, quæ pro priori hujus quæſtionis parte, atque favorabili prorſus conductori ſententia adduci poſſent, eiſque perbéllè rejectis, cõtrarium tueri conetur, nonnullis equidem motus, rationibus, quarum robur ad unũ poſtea reſtringi videtur; quia (ut omnibus notum eſt) ex *cap. Imperialem,*
3 ubi *Andreas*, cæteriq; communiter: Adhoa, cum perſonale dicatur ſervitium, ſive ſit loco ipſius perſonalis, ac militaris ſervitii ſubrogata, ſapiatq;
4 ſubrogati idcirco naturam, ad *tex. in l. ſi cum, §. qui injuriarum, ff. ſi quis caut. & l. 1. §. hæc actio, ubi Bart. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe juſſ. fuer.* Et propterea, cum feudi conductor mi-
5 nimè pro domino locatori militare, teneatur, neque ad ipſum petere queit adhoa, ſubrogata loco deſcripti militaris ſervitii; eò fortius, quia eidem hujuſmodi poteſtas, cogendi
6 ſubfeudatarios, ad perſonaliter ſerviendum, haud competit; prout ſpectat ad Status locatorem, à quo benè vaſſalli, ad hoc cogi poſſunt, ut integrum Regi, ac totale præſtetur perſonale ſervitium.

Nihilominus potior, niſallor, & princi-
7 palis ratio, qua talẽ in *d. conſil. 3.* ſuſtinuit *Anna* opinionẽ, fuit nẽpè in illa facti ſpecie, quia Ill. Princeps Biſinia-ni, qui ſuum Statum locavit, ſibi reſervatũ voluiſſe, videbatur hoc jus, exigẽdi ſcil. à Subfeudalariis adhoã, ut Regi à ſe præſtari poſſet, nec illã fuiſſe ſub Status locatione contentã, cum onus hoc ſolvendi pertineat ad
8 dominum, non ad conductorẽ; Ideoque pactis ſemper ſtandum eſſe, & ex illis propoſitæ quæſtionis pendere reſolutionem, arbitratur *l. 1. ff. de pactis*, quibus in oppoſitum non innitentibus, quòd conductori Status debeatur adhoa, ſemoto tamen Fiſci præjudicio, indubitanter dicendũ
9 eſt. Adhoa namq; ipſi feudo imbibitum onus videtur, ac ratione utilis

do-

Digitized by Google

dominii ſolvitur; undè cum actio
feudum ſequatur, ſolvi debet propte-
rea favore Fiſci à poſſeſſore ipſius
feudi, & ab uſufructuario, aut con-
10 ductore, etiam pro tempore, antea
elapſo, ut ex *Andr. in Conſtit. quam-
plurimum, verſ. in contrario*, plenè
teſtatur *Capyc. deciſ.* 184. *n* 3. ubi *Ad-
dēt.* & poſt alios *Capan. de jur adhoę
quæſt.* 33. *num.* 9. *& quæſt.* 58. *in
fin.* Pro adhoa enim Fiſcus habet ex
11 privilegio actionem realem, etiam
contra poſſeſſores, licet illa careat
ceſſionarius Fiſci, ut ait *Reg. de Pon-
te in tract. de poteſt. Proreg. tit. de
reg. impoſ. num.* 1. *& Conſ. Prat. tō.*
3. *diſcep. for. cap.* 9. *num.* 11. Quin-
12 immò, cum nulla major ratio in re-
levio, quàm in adhoa aſſignari poſſit;
ſicuti relevium in ſubfeudis debe-
13 tur conductori, vel Status uſufru-
ctuario, ut tradit *Præſ. de Franch.
deciſ.* 131. *n.* 29. poſt *Mar. Frecc. de
ſubfeud.* qui cæteros congerit *in* 3.
*author. nū.* 5. *verſ. quando in feud.
Pariſ. de reintegr. feud. fol.* 99. *Al-
ciat. reſp.* 683. Et quemadmodum
14 etiam laudemium omnium cenſua-
lium rerum ad uſufructuarium per-
tinet, ut edocent *Oltrad. conſ.* 24.
*Menoch. conſ.* 66. *Amodeus de Pont.
de laudem. quæſt.* 20. *& Capyc. loc.
cit.* Ita pariter idem de adhoa, aſſe-
15 rendum erit, ut illa nimirū ſemper
tranſeat in conductorem, quoties ex
verbis contractus locationis contra-
rium minimè eliciatur.

Veritas autem aſſerti, ut magis eluce-
16 ſcat, & comprobetur, nonnulla, ab
aliis fuſius relata de origine adhoæ,
modò breviter repetam. Eſt enim
17 communi feudorum Iure ſtatutum,
teneri vaſſallum ex ſe, aut Domino
permittēte, per alium idoneum bel-
lo ſervire, *cap. Imperialem*, §. *ſimili-
ter de probib. feud. alien. per Feder.*
18 At in Regno, loco hujus perſonalis
ſervitij, ſucceſſit realis annua præſta-
tio, cui uſus, & origo, adhoæ nomē
fecit, ut teſtantur *Andr. in cap.* 1. §.
*ſimiliter in oſtenditiis, num* 13. *verſ.
in Regno, de lege Corradi*. Idque
etiam intelligitur, Domino volente,
aliàs nō poſſet cōpelli aliud pro alio
recipere *l.* 2. §. 1. *ff. ſi cert. pet. Affl.
deciſ.* 320. *num.* 9. *Capyc. dec.* 10. *n.*
14. *Reg. Galeot. lib.* 2. *contr.* 4. *nū.*
35. *& contr.* 55. *num.* 11. *Prat. tō.*
3. *diſcep. d. c.* 9. *num.* 5. cum aliis re-
latis per *Amat. conſ.* 12. *num.* 8.

Adhoa namq; cum ſit pecunia, debi-
19 ta loco perſonalis, ac militaris ſervi-
tii, undè nuncupatur hoſtiētia, quaſi
data adverſus hoſtes, ut ait *Capan. de
jure adhoæ, queſt.* 1. *num.* 2. eius ori-
go, idcircò emanaſſe dicitur à plu-
20 rium feudorum tenui valoris unione,
ex qua, tanquam ab uno feudo po-
terat exigi adhoa; nam (ut notant ex
*Andrea in d. cap.* 1. *num.* 4. *verſ. &
ſecundum uſum*, paſſim noſtrates) vaſ-
ſallus, habens feudum viginti uncia-
21 rum, tenebatur prius ſervire perſo-
naliter, belli tempore per tres menſes
cum tribus equis, propriis expenſis;
& ubi ex uno feudo lucrum nō pro-
veniebat, ad hæc ſufficiens, tunc plu-
ra ſimul uniebantur feuda, ad uncias
20. ſufficientia, & reddituum me-
dietas Regi ſolvebatur; Et ſicuti, re-
22 rum unio alibi appellatur, ut hìc nor-
manico ſermone *Dohana*, ità ex illa
feudorum unione, quod ſolvebatur
loco perſonalis ſervitii, *Adhoa* nun-
cupabatur, & hodie mutata re, no-
men retinet, ut teſtantur *Capan. lo c.
cit. queſt.* 2. *num.* 8. *Ayell. de jur.
adho. num.* 52. *Taſſ. de anteſ. verſ.* 3.
*obſerv.* 3. *nu.* 322. *& Dom. Verde de
feud. num.* 2885. Solvebantur enim
23 antiquitus pro adhoa decem unciæ
cum dimidio, pro ſingulis unciis 20.
in feudis, habentibus vaſſallos; ſe-
cus ſi vaſſallis carerent, quia ſex un-
ciæ pro ſingulis viginti, Regi debebā-
tur, & quinque, ſi feudum non in ter-
ra, ſed in redditibus conſiſteret, ut
inquit *Andr. in d. cap.* 1. § *quis dica-
tur Dux*. At alio modo ſolvitur nunc
24 adhoa; Nam pro quolibet redditu ū



Digitized by Google

centenario in feudo, habente vaſſallos, ſoluũtur nummos aureos quinquaginta duos cum dimidio ; & à vaſſallis, qui cum Feudatario contribuere, eiq; ſuccurrere tenentur, ad rationem carolenorum quinq;pro quovis foculari, ut in *cap. Reg. Comites*, & hodie Fiſcus ipſe directè à vaſſallis idem exigit, & Barones ſoluunt nummos aureos viginti ſex, cum di-
25 midio. Sed ubi feudum juriſdictione caret, atq; vaſſallis, ſoluuntur 30. pro centenario ; & cum in functionibus fiſcalibus conſiſtat, quæ augumentum recipere nequeant, ſoluuntur tantùm viginti ſex, pro ſingulis centum; & 29. ſi in reddita pecuniario conſiſtat. Quæ quidem taxa conformatur dictis per *Andr. in d. c. 1. & d. cap. Imperialem*, §. *firmiter n. 31.* & fatentur *Ayell. loc. cit. nũ. 52. Capan. de jur adh. quæſt. 5. & 54. Anna, de vaſſ. decr. ætat. c. 1. num. 151. Iacob. de Franch. in præl. feud. n. 11.* cũ aliis, congeſtis per *Amat. l. c.* Ex præfatis igitur ſanè colligitur, adhoã, quæ à ſubfeudatariis præſtatur, cum modò in pecunia conſiſtat, competere conductori Status, quoties locator illam ſibi expreſsè non reſervavit; dũ inter redditus feudales, ac in illorũ conductione, neſcio, cur compræhẽdi nequeat. Et hactenus brevi methodo dicta, pro quæſiti reſpõſo ſufficiãt.

## CONTROVERSIA XXXV.

Laudemium, ac deinde quindemnia Domino directo an ſolvi debeant, ex venditione rei ſtabilis, in emphyteuſim perpetuum ſubmiſſe, pro certo prætio recepto, unà cum pactis emphyteuticis, ſtante tranſitu ipſius rei inmanus mortuas?

### *SUMMARIUM.*

1 *EMphyteuticæ rei in alienatione requiritur domini directi aſſenſus, cum ſolutione laudemii.*
2 *Hinc oritur caſus cõtrovers. ſpecies.*
3* *Laudemium an ille ſolvere teneatur, qui rem emit, quam prior Dominus, ejuſdemq; rei venditor alicui Eccleſiæ antea ſubmiſerat in emphyteuſim, prætio recepto; pariterque quindemnia ſolvi debeant ex tranſitu poſtea in manus mortuas? & num. 4.*
5. *Laudemium debetur ex venditione rei emphyteuticæ; & quindemnia ex trãſitu in manus mortuas n. 6.*
7 *Quindẽniorum origo traditur.*
8 *Solutio quindemniorũ eſt facienda ad rationem duorũ pro cẽtenario.*
9 *Quindẽnium ab annata an differat?*
10 *Eccleſia dicitur manus mortua, pro ſolutione Quindẽnij, ſemper vivẽs.*
11 *Amortizatio quę ſit, quævè dicatur?*
12 *Aſſenſũ negare Eccleſiis, repugnat.*
13 *Quindẽnia debentur pro amortizatione, relevium pro feudis, & laudemium ſolvitur pro emphyteuſi.*
14 *Feudis pervẽtis ad Eccleſias, ſingulis quindecim ãnis debetur quindẽniũ*
15 *Feudum penes Eccleſiam ſẽper idẽ.*
16 *Collegium, Civitas, Univerſitas, Seminariũ, ſunt manus mortuæ.*

### ARGUMENTUM.

Ex ſubmiſſione in emphyteuſim alicujus fũdi, in beneficiũ pręſertim Eccleſiæ, vel alterius loci, piæ cauſæ dediti, recepto prætio pro tali ſubmiſſione, cũctis vallata ẽphyteuticis pactis, an dicti fundi ẽptor ſolvat laudemiũ, ac item quindẽnia, ſi ſit manus mortua? Enixè agitatur theſis; Pluravè de origine, & quindẽniorum ſolutione, de Iure Põtificio, Cæſareoq; explanãtur.

1 PRæſuppoſita pro indubitata, ac certa Cõcluſione, ut *præced. Controv.* annuimus, & infra fuſius ità demonſtrabimus,

quòd

Digitized by Google

quòd in venditione rei emphyteuticæ Domini directi requiratur aſſenſus, eique à novo emptore in hujuſmodi dominii recognitionem, ſit laudemii facienda ſolutio, ex diſpoſitione decātatæ *l.fin.C. de jure emphy.*& proinde item quindēnia, ob tranſitū eiuſdem rei in manus mortuas, exigi in perpetuum debeant, ſingulis ſcilicet quindecim annis, vigore Pon-
2 tificalium Conſtitutionū, de quibus ſigillatim ſuo loco ſermonē faciemus.

In cauſa inter Piam Congregationem Venerationis SS. Sacramenti, erectā intus Societatis Ieſu Domum profeſſam huius Civitatis, & Gubernatores Montis, ſivè Arcæ, vulgariter dictæ, de' Galeoti, ſeu de ipſorum familia, fuit propterea dubitatum; num ſolvenda ſint à præfata Congregatione, petita quindemnia enūciatæ Arcæ, cujus eſt directum dominium illius domus, ſitæ in platea S. Claræ, quę ducit ad Eccleſiā triginta ab hinc annis à patrimonio quond. Bernardi Ogliatti emptæ, ac poſſeſſæ ad præſens per dictam Congregationem, cum onere annui cenſus emphyteutici perpetui de nummis aureis quadraginta duobus, eidem Arcæ debitis: an verò illa minimè debeantur per ea, quæ ſupponit dicta Congregatio, eò potiſſimum, quia deſcriptus quidem cenſus originē trahit à quadam ſubmiſſione, ob quam quidem emphyteuticus dici, nequeat?

At ipſe, qui Arcæ prædictæ jura tueri teneor, uti humilis cauſarum patronus Sacræ Domus A.G.P. donatariæ quondam Ill. D. Vincentij Galeota, Squillacenſis Epiſcopi, cujus diſpoſitione, ſub prænominatæ *S.* Domus eſt ditione, atq; ab ejus adminiſtratione eadem pendet Arca; prius facti ſeriem exponere cenſui, undè altercatio oriri videtur, ut ex inde ad quæſiti reſolutionem deveniā, & omninò, exploſis rebus adverſis, dictæ Arcæ favorabilis, tuta, ac verior noſtra tandem ſequatur ſententia?

Sciendum itaq; eſt, duobus ab hinc fe-
3 rè ſeculis, & propriè octavo idus Iunij, anno 1523. Ill. Ducem Montis Leonis D. Hectorem Pignatelli ſubmiſiſſe propter nūmos ſeptincentum aureos, quos à præfata Sacra Domu A.G.P. recepiſſe dixit, quandam ejus domum, ſitam in regione Sedilis Nidi, in platea, vulgo nuncupata, *lo Pallonetto*, ad annum canonem, ſive cenſum emphyteuticum perpetuum, enunciatæ ſummæ, favore ejuſdem S. Domus, ac ipſius Gubernatorum, ſub natura prorſus, & cūctis pactis emphyteutici contractus, prout tunc temporis erat in uſu, cum tranſlatione dominii directi in beneficium dictæ S. Domus, ſicuti hæc, aliaq; ex præfatæ ſubmiſſionis inſtrumēto, cui relatio habeatur, clarè patēt.

His igitur poſitis, hujuſmodi ſubmiſſio-
4 nis contractus, quòd ſit verè emphyteuticus, manifeſtè nimis colligitur, primò intuitu, ex facti ſpecie, qua habetur, præfatum nempè Ill. Ducem Montis Leonis, pro enunciata cenſus perpetui fundatione, vendidiſſe deſcripto prætio dominium directum dictæ ſuæ Domus, æquèac trāſtuliſſe illud pleno jure in beneficium Gubernatorū dictæ S.Domus A.G.P. ſe obligans ad ſolutionē deſignati annui canonis in perpetuum, cum omnibus, & ſingulis declarationibus, pactis, atq; conditionibus, apponi ſolitis, in ſimilibus emphyteuticis contractibus, tàm ex lege communi, quàm municipali, & cujuslibet uſus; & ſignanter pro devolutione dictæ rei ſtabilis, ſub tali annuo canone ſubmiſſæ, ut non ſolùm ob cenſus, & redditus, haud ſolutos per duos annos, ſed etiam ejuſdem Domus ob alienationem, quæ forſan ſequeretur, inaudita dicta S. Domu, domina directa, incideret prorſus in commiſſum.

Vndè liquidò in jure conſtat, ex alie-
5 natione deſcriptæ domus, & illius tranſitu à privatis modò ad manus mortuas, nēpè ad prenominatam Cō-

grega-

gregationem, deberi quidem laudemiũ, vigore *d. l. fin. C. de jur. emph. ubi Gloſ.* nec non petita quindēnia, uſq; adhuc decurſa, & in futurum debenda, virtute Pontificalium Con-
6 ſtitutionum, & præſertim Pauli II. ex recentioribus, Pauli IV. Pij V. & Sixti V. ut refert *Novar. tom. 1. Bullar. ſub tit. de quindēn. exact.* poſt *Seraph. deciſ.* 1410. & *Pariſ. lib. 4. de reſignat. benef. quæſt.* 10. *num.* 4. quos cum aliis recenſet *Iul. Capon. contr.* 30. *num.* 4. ubi fuſiùs de horum origne quindēniorum ratiocinatur, nonnullaſque Bullas conſimiles
7 allegat, ex quibus paſſim, & ſine ullo dubio piæ condemnantur Communitates, & manus mortuę ad quindēnia ſolvenda, ſingulis quindecim annis, ad rationem duorum pro centenario, attento rei emphyteuticæ valore, prout ſoluuntur etiam lau-
8 demia, per ſtatuta ex Bullis inter antiquiores, Martini V. Eugenii IV. Nicolai V. Callixti III. Innocētii VIII. Iulii II. & Clementis VII. quarum latè meminit *Barboſ. in collect. Bullar. col.* 615. *cum Maſſobr. de annatis in fin. verſ. eſt, & aliud quoque*
9 *annatę nomen*, ubi ait, quindemnium non differre ab annata in ſpecie, ſed accidentaliter, & nomine tantùm, ratione temporis ſtatuti; ut aſſerunt pariter *Galleſius de annat & quindemn. circà fin. Garzia de benefic. cap.* 2. *& Amydenius, de ſtylo datariæ,*
10 *lib.* 1 *cap.* 18. §. 4. *per tot.* Ex hoc enim nè jura dominicalia amittātur, per tranſitum rei emphyteuticæ, de Eccleſia in Eccleſiam, quæ perpetuò vivit, & dicitur manus mortua, alienatio fieri nequit ſine præfato aſſenſu, ac prævia laudemii prius, & quindemniorum deinceps ſolutione, *Fe-*
11 *lyn. in cap. in præſentia, num* 44. *de probat. Iſern. in cap.* 1. §. *inde poteſt, de alien. feud.* Quia hujuſmodi alienatio dicitur amortizatio, *Belluga in ſpeculo Principum rub.* 14. Etſi dominus aſsētire noluerit, ſtat in ejus totali arbitrio, *Petr. Pecchi. de amortizat. cap.* 14. *lib.* 11. *tract.* 1. *par.* 1.
12 At quia Eccleſiis negare aſſenſum, repugnat æquitati debitæ ergà pias cauſas, ut benè advertit *Lucas de Pen. in l. ſi quis, C. de diver. præd. lib.* 11. propterea fuit introductum, teſte *Ægidio, de amortizat. cap.* 1. *n.* 14. ut ſolveretur aliqua quantitas pro
13 aſſenſu, ſtatuto tempore. Quemadmodum in Regno eſt jam uſu introductum, ut pro tali amortizatione, ſolvātur dicta quindēnia, pro ēphyteuſi verò laudemium, ac relevium pro feudis, quæ ad Vniverſitates, vel ad Eccleſias tranſeunt, ut teſtantur *Marin. Frecc. de ſubfeud. lib.* 2. *in rubr. de auctor Baron. nu.* 15. *Petr. Pecchius de amortizat. cap.* 23. *num.* 2. *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.*
14 *de aſſen.* §. 8. *nu.* 9. *Taſſon. de antefat. verſ.* 2. *n.* 117. Et ità eſt praxis in R. Cam. ut ſcil. quòad feuda, pervēta ad Eccleſias, ſolvatur relevium, ſingulis quindecim annis, uti quindēniũ in re emphyteutica apud manus mortuas, *Affl. deciſ.* 101. *&* 324. *Borrell. ad Bellug. in ſpe. Princ. rub.* 14. §. *veniamus, Amod. de Ponte, de laud. q.* 13. *num.* 19. *Reg. Rovit. in pragm.* 64. *de off. proc. Caeſ. nu.* 29.
15 quia feudum penès Eccleſiam amortizatio dicitur, ex *Iſern. d. cap.* 1. *n.* 3. *de alien. feud. Boer. deciſ.* 263. *n.* 10. *Ann. in Conſt. Divæ memoriæ, num.* 32. Et inter manus mortuas, nulli dubium eſt, quòd connumerentur,
16 Collegium, Civitas, Vniverſitas, Seminarium; & quodcumque Corpus Sodalium, ſivè Eccleſiaſticum, ſivè ſeculare, *Mareſcot. lib.* 1. *var. cap.* 3. *Genuen. c.* 3. *num.* 10. *Farinac. cap.* 16 *de immun. nu.* 252. *Ricc. in prax. Eccleſ. tom.* 2. *reſol.* 412. *& deciſ.* 136. *Capan. de jur. releu. p.* 4. *q.* 27. *num.* 7. *Montan. in cap. Imperialem* §. *pręterea*, §. *ſi quis num.* 525. *lit. T. Seraph. deciſ.* 1401. *Præſ. de Franch. deciſ.* 639. *Grat. diſcep. for. cap.* 481. *num.* 66. *Theſau. lib.* 3. *quęſt. for.* 25. *&* 38, *Capon. loc. cit.* cũ cæteris, infrà pro eadem cauſa allegādis *Contr. ſeq.*

CON-

Digitized by Google

Stabilis rei ſubmiſſio in emphyteuſim, an verè dicatur cenſus emphyteuticus?

*SVMMARVIM.*

1 *SVbmiſſio fundi ad annuum canonem perpetuum, cum pactis emphyteuticis, habetur uti conceſſio in emphyteuſim, favore Eccleſiæ* 2.

3 *Fictiones duæ difficilè præſumũtur.*

4 *Titulus fictus de jure, atque præſumpta donatio transfert dominiũ.*

5 *Laudemium ſolvere tenetur emptor rei, in emphyteuſim ſubmiſſæ, pro certo pretio cũ pactis ẽphyteuticis.*

7 *Actus quandoque in contractibus occultatur, celeritate actionum.*

8 *Dominium directum cenſetur trãſlatum in Eccleſiam, ex ſubmiſſione in emphyteuſim fundi, ejus beneficio factam, & num.* 9.

10 *Pars quælibet celebrati contractus eſt prorſus attendenda.*

11 *Contractus conceſſionis, & ſubmiſſionis in emphyteuſim, an differãt inter ſe, quãdo eiſdẽ pactis celebrãtur*

12 Bart. *doctr. in* l. ſi aliquã ff. de acq. poſ. *rejectis cõtrariis, tenet* Author.

13 *Laudemij ſolutio non fit ex Bulla Pii V. in cenſu reſervativo, & Conſignativo, cum ſimilibus.*

14 *Requiſita in quolibet cenſuali contractu diſtinctè explanantur.*

15 *Quæ geſta fuerunt ex voluntate cõtrahentium attendi debent, eorũque ſubſtantia, & non verborum diverſitas, ac terminorum.*

16 *Contractus nomen non eſt inſpiciendũ, ſed attenditur illius ſubſtãtia.*

17 *Dominium rei, in qua imponitur cẽſus ad formam Bullæ, non traſit in illum, cujus favore talis cenſus fuit conſtitutus.*

18 *Cenſus reſervativi, & conſignativi natura eſt omninò diverſa à conceſſione, vel ſubmiſſione ẽphyteutica*

19 *Ratio, ſi eadem viget in utroq; caſu, idem attendi pariter debet jus.*

20 *Res ex pretio ſoluto dicitur facta ẽptoris, niſi adſit læſio enormiſſima*

22 *Submittens rem annuo canoni, donationis cauſa, cum omnibus pactis emphyteuticis, an cenſeatur, conſtituere verum cenſum emphyteuticũ, itàut in alienatione ejuſdem rei, debeatur laudemium.*

23 *Dominii utilis retentio eſt traditio.*

24 *Dominium rei transfertur in Eccleſiam, etiam abſque ulla traditione.*

25 *Idq; ãpliatur quoàd õnes cauſas pias.*

26 *Quindẽnia debentur in recognitione dominii directi, prout laudemiũ.*

ARGVMENTVM.

In quæſtione, tàm utili in praxi, quàm curioſa, antecedenter exagitata, pro laudemii, ac quindẽniorum ſolutione, ob tranſitum alicujus rei ſtabilis, in emphyteuſim ſubmiſſæ, à privatis ad manus mortuas; denuo affirmativè concluditur, atq; exploſis variis contrarium ſenſientium rationibus, & argumentis, eadẽ nonnullis S.R.C. diffinitionibus, magni què nominis Authoritatibus, noſtra luce clarior tandem confirmatur ſententia.

1 HIs itaque ante præmiſſis, ac identidem alibi exaratis, quòad ſolutionem quindẽnii, per tranſitũ rei ẽphyteuticæ in manus mortuas, quòd idẽ profecto (ut *præced. Controv.* diximus) ſit aſſerendum pro qualibet re ſtabili, in emphyteuſim ſubmiſſa, & ſub natura, & pactis emphyteuticis, cum verè dicatur cõtractus hic emphyteuticus, fuit originalis doctrina *Bart. in l. ſi aliquam, num.* 9. *ff. d acquir. poſſeſſ.* præſertim favore Eccleſiæ, ut in caſu noſtro, ex quo pe hujuſmodi ſubmiſſionis cõ tractuer

cen m

Digitized by Google

cẽſetur translatũ omninò enunciatæ domus dominium in beneficiũ Sacræ Domus A. G. P. Nam etſi aliquoties de hoc fuerit dubitatum,quãdo deſcriptus contractus ſit geſtus inter privatas perſonas; tamen quando reperitur initus cum Eccleſia ,prout eſt præcedens facti ſpecies, idem *Bartol. loc. ubi ſupra*, pro indubitato procedere concludit, his apertiſſimis ver-
2 bis , videlicet : *Vel recipit aliquis in emphyteuſim rem propriam , ut rem Eccleſiæ , & tunc contractus minime ſuſtinetur, quia per hãc recognitionẽ rei propriæ , uti alienæ nõ amittitur dominium rei*, & *n.*4.ſubdit: *vel recognoſcit uti rẽ propriã, exprimẽdo eſſe illã propriã,& ſic per talem recognitionẽ cẽſetur trãslatũ dominiũ in Eccleſiam,& ab eadem Eccleſia conceſſa*
3 *in emphyteuſim.* Quoties enim Dominus alicujus rei ſtabilis, ait *Bart.* eandẽ rẽ ſuã propriam recepit in emphyteuſim ab Eccleſia , ut rem Eccleſiæ , tunc non transfertur dominium in Eccleſiam , cum duæ requirerentur fictiones,quę difficiliter præ-
4 ſumi poſſent:ſed ubi recipit illã,ut rẽ propriã,tunc, transfertur dominium in Eccleſiã , quia intervenit titulus de jure fictus, præſũpta ſcil. donatio; quoniam eo ipſo ,quòd quis recipit rem propriam in emphyteuſim ab Eccleſia,fingitur donare Eccleſiæ , & ab ea poſtea recipere in ẽphyteuſim, ut melius idem declarat *Bartol. in d. l.ſi aliquam*,ejuſq; doctrinam ſequuti ſunt communiter DD. in *eadem l.* & præcipuè *Angel. circa fin. verſ. ſed in caſu, Imol. num. 5. Alex. num. 25. & optimè Aret. col. 5. verſ. undè, & col. 7. in fin. poſt num. 4. verſ. quod valet, Roman. num.* 8.& *Alciat.* tandem *ibid. num.* 8.ità latiùs *Calda.*
5 *de jur. emphy. lib* 4. *cap.* 8. *num.* 23. *Reg. Rovit. conſil.* 24 *tom* 1. ubi ità
† deciſum in S. C. teſtantur referente Regio Conſiliario *Meſtanza*, & interveniente etiam *Præſ. de Franch.* cũ alijs quatuor DD. de Aula,in cauſa Epiſcopalis menſæ Cavenſis, cujus favore decretum fuit , deberi laudemiũ ob venditionem cujuſdã ruris, quod tali modo Io: Vincentius Sanfelice, primo loco ſubmiſerat in emphyteuſim perpetuum, annuorum duc. triginta novem, in beneficium pręfatæ menſæ,pro nummis aureis ſexcentũ quinquaginta ſex, quos ab Epiſcopo ipſe Io : Vincentius recepit, pro hac ſubmiſſione ; ea pręcipua ratione, quia uti loquitur *Reg. Rovit. d. conſ.* 24.per ſubmiſſionem rei propriæ erat
6 translatum dominium in Eccleſiam, & proinde videbatur , ac ſi idem Io: Vincentius Sanfelice,primo loco vẽdidiſſet ſuum rus Ill. Epiſcopo Cavẽſi pro enunciata ſumma Capitalis, & poſtea ipſe Epiſcopus idem rus conceſſiſſet in emphyteuſim dicto Io: Vincentio ad annuum canonẽ ſupra deſcriptum: Celeritate namque conjugendarum actionum , unus actus quãdoq; in contractibus occultatur, *l.* 3. §. *fin. ff de donat. inter vir. & uxor. l. ſingularia , ubi DD. ff. ſi cert. petat.* unde ait *Rovitus*,per illum
7 primum contractum præſumptum, fuit translatum in Eccleſiam utile ſimul , & directum dominium, per ſecundum verò directum tantùm remanſit in Eccleſia , & utile fuit trãslatum , ſeù reverſum in dictum Io: Vincentium ; itàut in caſu alienationis, poſteà ſubſequutæ dicti ruris omni jure competere dicatur laudemium ejuſdem Eccleſiæ,pro recognitione ſui prioris directi dominii.

Ità pariter in caſu de quo agitur;cũ con-
8 tractus ſit celebratus cum Gubernatoribus Eccleſiæ A. G. P. & Ill. Dux Montis Leonis, ut antea annuimus, ſubmiſerit ſuã domum in ẽphyteuſim in beneficiũ dictæ Sacræ Domus , non ut rem Eccleſiæ , ſed ut propriam , & ità cũ ſimus in propriis terminis allegatæ Deciſionis,neſcimus quomodo dubitari poſſit , ſi dominiũ fuerit in ipſam Eccleſiam A.G. P.trãſlatum ; Et propterea in recognitionẽ

prę-

Digitized by Google

præfati dominii directi, quod omninò retinuit, benè debeatur eidē ad præſens, & in futurum petita quindēnia.

Et hæc, non ſolùm juxtà tradita per
9 *Reg. Rovit d. conſ.* 24. Sed etiā, quia eā lem ſententiā amplexus fuit *Præſ. Amat. conſil.* 70. favore Rectoris, & Beneficiati Cappellę Sāctorum Coſmi, & Damiani; qui cum conceſſiſſet in ēphyteuſim Io: Frāciſco de Afflicto aliquod vacuum, contiguum palatio ejusdem Io: Franciſci, ad annuū canonem perpetuum emphyteuticū ducatorum decem & octo, & fuiſſet conventum in eodem inſtrumento, quòd tam vacuum prædictum, quā integrum Palatium ipſius remaneret obnoxium, tanquam ſubmiſſum dicto annuo cenſui, favore dictæ Cappellæ, ſpeciali etiam adjecto pacto, quòd ſi per biēnium à ſolutione præfati cenſus deficeret, vel utile dominium dicti vacui, & palatii ſimul alienaretur, abſque cōſenſu dicti Rectoris, quòd in utroque ex his caſibus, tàm dictum vacuum, quàm integrū palatium cum meliorationibus, incideret in commiſſum, & privaretur utilis dominus tenuta, & poſſeſſione dicti vacui ſimul, & palatii ſubmiſſi pro ſolutione dicti cenſus, qui nec affrancari, nec permutari poſſe, ultimò ſtatutum fuit: Non immeritò, ſequuta poſtea alienatione, & venditione integri palatii, cum incluſo vacuo, ubi deberi laudemium, Rector inſtetit, tàm reſpectu vacui, quàm
10 palatii, cum utriuſq; alienatio ſecuta, fuiſset prohibita, abſque eius aſſenſu, *ex d. l. fin. C. de jur emphy* & cū ſpecialiter etiam hoc fuiſſet conventum in dicta Palatii ſubmiſſione, & tanquam pars celebrati contractus, eſſet prorſus attendenda, *l. fundi partem ff. de cōtrah. empt. Andr. in cap.* 1. *in fin. de fundo dato in viam legis commiſſor.* Quamvis deciſionē idem *Amat. loc. cit.* poſtea non referat, tamen eadem *Bartol.* doctrina *num.* 4. ità cōſuluit.

Hinc ſine dubio concludendum eſt, ullā adeſſe penitus differentiam, nec diſ-
11 paritatem aliquam aſſignari poſſe inter hunc modum, conſtituendi emphyteuticum cenſum, per ſubmiſſionem alicujus rei ſtabilis, ut antiquitus paſſim erat in praxi, & inter aliū modum, ſcil. quando aliquis dat in emphyteuſim fundum, uti ſæpiùs nunc praxis exigit, cū eiſdem pactis emphyteuticis, & reſervatione dominii directi, aliiſq; requiſitis ex propria natura contractus emphyteutici. Nā per enunciatum, ſubmiſſionis contractum idem ſervatur, ac in ſimplici conceſſione rei in emphyteuſim, præſertim favore Eccleſiæ, cum omne dominium illius rei ſubmiſſæ trāſferatur in Eccleſiam, & proindè eſt, ac ſi ſubmittens vendidiſſet, recepto certo pretio, illā rem ſtabilem Eccleſiæ, & deinde eandem ipſa Eccleſia denuò ſubmittenti in emphyteuſim dediſſet, ex decantata *Bartoli* doctrina ubi ſupra *in d. l. ſi aliquam, ff. de acquirend. poſſeſſ.*

Et quamvis adverſus hanc *Bartoli* opi-
12 nionē, nonnulla poſt *Manent. de jur. contract. livell. pact.* 9. *num.* 2. & 3. ſcripſerit *Anton. Niger in tract. de laudemio quæſt.* 40. *art.* 11. *per tot.* defendens, nō deberi laudemium ex venditione alicujus rei, quam venditor prius alicui ſubmiſerit in ēphyteuſim, prætio recepto pro hujuſmodi ſubmiſſione, & rationem afferens;
13 quia per Bullam Pii V. eſt improbatum pactum, de laudemio ſolvendo: vel ſi aliàs gravetur Dominus fundi cēſualis, quoties velit illum alienare. Nihilominus nulla de ejus dictis videtur habenda ratio, cum, uti optimè advertit *Conſ. Altimar. in obſer. ad dict. conſ.* 24. *Reg. Rovit. num.* 4. intervenerint in contractu illa Tria
14 ſubſtantialia requiſita, nempè: juſtū pretium, certum, & æquivalens rei valori: partium conſenſus expreſſus: & res ipſa vendita dicto certo, & juſto pretio, quæ omnia concurrunt in caſu noſtro, juxtà *l. pacta conventa,*

Z §. *pre-*

Digitized by Google

§. *pretium*, *inſtit. de empt. & vẽdit.* *Iaſon. in l. juriſgentium*, §. *adeo*, *n.* 1. *ff. de pact. Alex. conſ.* 180. *num.* 7. *lib.* 6. *Mozius de empt. & vend. cap. de ſubſtantial. à num.* 1. *cum ſeqq.* non enim eſt conſiderandum, ſi fundum quis conceſſerit, vel ſubmiſerit legibus emphyteuticis, recepta pe-
15 cunia, ſed inſpicienda eſt ſubſtantia eorum, quæ geſta fuerunt ex contrahentium voluntate, & non verborũ diverſitas, *l. inſulam*, *ff. de præſcriptis verbis*, ex quo *textu*, alia occaſione concludit *Bald. in l. ædem*, *C. locati*
16 *num.* 12. Contractus nomen nõ eſſe inſpiciendum, ſed tantùm ſubſtantiam, ut pariter ait *Affl. deciſ.* 8. *n.* 8. & *Reg. Rovit deciſ.* 21. *num.* 10. ubi idem *Conſil. Altimar. in obſervat. n.* 9. teſtatur, ità intelligendos eſſe DD. allegatos per *Manent. de jur. contr. livell. d. pact.* 9. Nam loquuntur quãdo pretium idẽ, quod ſolvitur ab illo, in beneficium cujus res ſubmittitur, non eſt æquivalens ad rem ipſam, tẽpore ſcil. ſubmiſſionis, non verò poſt ſequutas meliorationes in ipſa re, prout in caſu noſtro, quo fuit præfata domus Ill. Ducis Montis Leonis deindè adaucta nõnullis meliorationibus, unà cum quibus poſteà fuit vendita.

Nec curandũ eſt denique de dictis per
17 *Nigrũ d. quæſt.* 4[illegible]. *in tract. de laud. art.* 3. & *dict. art.* 11. *per tot.* nam ipſe loquitur de alienatione fundi obnoxii cenſui reſervativo, & conſignativo, in quibus dominium rei, ſuper qua imponitur cenſus, certum eſt, quod non tranſit in illum, cujus beneficio fuit cõſtitutus, *Grat. deciſ.* 20. *Molin. de contract. diſp.* 372. & 383. *Avend reſp.* 12. cum aliis, congeſtis à *Reg. Rovit loc. cit.* & *in prag.* 1. *de cenſib. num.* 12. & his terminis ſcilicet cenſus reſervativi, & conſignativi, intelligi debent diſpoſita circa
18 ſollemnitates *Extravag.* Martini V. & Callixti II. quæ habentur in *tit. de empt. & vendit.* & quòad formã aſſignatam in ſimilibus contractibus à Pio V. in ſua Bulla, edita anno 1566. quinquaginta ferè poſt annos à die celebrati hujus contractus ſubmiſſionis, de qua modò agitur, ſub natura omninò, nõ cenſus reſervativi, aut conſignativi, ſed omninò emphyteutici, à quò nihil differt hujuſmodi ſubmiſſio rei, recepto juſto pretio ab eo, qui deindè illam recognoſcit in emphyteuſim; Cum enim in utroq;
19 caſu, tàm conceſſionis, quàm ſubmiſſionis, eadem vigeat ratio, idem utrobique cõſequenter attẽdi debet jus, *l. illud*, *ff. ad Leg. Aquil.* Nam ſi primo modo celebratus contractus dicitur emphyteuticus; ità etiã erit in ſecundo nimirum ſubmiſſionis in emphyteuſim, per ſolutionem juſti pretii, cum tali modo res dicatur vendita, & facta emptoris juſtitia pretii
20 ſoluti, niſi adſit enormiſſima læſio, ad *tex. in l.* 2. *Cod. de reſcind. vend. Valaſc. de jur. emphyt. quæſt.* 32. *nu.* 12. ubi ità judicatum per ſuũ Senatum refert, & *Afflict. d. deciſ.* 80. *nu.* 9. ex eo, quia quãdo cõcurrit enormis injuſtitia circa pretiũ dict. rei ſub-
21 miſſæ, tunc nõ eſt inconveniens, ut ob unum injuſtum, denegetur pariter aliud juſtum, *cap. habebat* 12. *quæſt.* 1. *cap. denique*, *diſt.* 12. *l. finita*, § *ex hoc edicto*, *ff. de damn. infect.* Non verò ſi diverſimodè appareat, ut in caſu præſenti; Et juxtà cõſiderationes, quæ ponderantur perdoctè à *Conſil. Altimar. in d. obſer. ad Conſil. Reg. Rovit.* 24. ubi *num.* 10. ait, quòd,
22 tàm ſi quis rem ſubmittat certo alicui canoni, cauſa donationis cum omnibus pactis emphyteuticis, quàm ſi rem ipſam poſſidens, tanquam propriã ab alio recognoſcit, ſemper debeatur laudemium in alienatione; nã eadem eſt ratio, tàm quòad primum, quàm quòad ſecundum caſum, nec alia aſſignari poteſt diſparitas, niſi quia in primo caſu expreſsè donatur res, ſecundo tacitè, quia, prout ratiocinatur *Reg. Rovit.* ex præfata *Bartoli* doctrina, per illum actum ſubmiſſio-

Digitized by Google

miſſionis cenſetur facta donatio Eccleſiæ, & ab Eccleſia tradita donanti in emphyteuſim; ad exemplum caſus, quando quis conducit rem ſuã ab alio, nam per illum actum videtur transferri prius dominium, & poſſeſſio in locantem, ad hoc, ut contractus valeat, ex *Aret. d. l. ſi aliquam, verb. unde ille, num.* 4. *verſ. & quod valet*, & latiùs ex *Cald. de extinct. emphy. cap.* 8. *num.* 29. *cum ſeqq.*

Idq; ità pariter quamplures DD. ut ait
23 *Præſ. Amat. d. conſ.* 70. *num.* 26. ampliant favore privatæ perſonæ, ea ratione, quia retentio utilis dominii habet vim traditionis, *l. quiſquis* 28. *C. de donation.* At favore Eccleſiæ tranſit omninò pro indubitato, cum non requiratur traditio, ad finẽ acquirendi dominium, ex ſpeciali privilegio Eccleſiæ, cui ſanè abſq; traditione, dominium rei acquiri, ex-
24 preſsè habetur ex *tex. in l. fin.* 19. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* in quo Imperator, nõ ſolùm ſub hoc privilegio comprehẽdere voluit ſimpliciter Eccleſias, ſed etiam omnes communitates, & cauſas pias, necnon Domus cunctas, piis operibus addictas, ſpecialiter mẽtio-
25 nem faciens, de pauperum, aut peregrinorum Hoſpitalibus, aliiſq; locis inſtitutis pro alimonia, ac egentium ſubvẽtione utriuſq; ſexus, omni præcluſa differentia, his nimirum verbis: *Sivè Sacroſanctis Eccleſiis ſivè venerabilibus Xenonibus, vel ptochotrophys, vel Monaſteriis Maſculorum, vel Virginũ, vel Orphanotrophys, vel Brephotrophys, vel Gerontochomys;* & inferius, *ſivè pro redẽptione captivorũ quadã fuerint relicta, vel donata*, ex quibus ſanè verbis comprehẽdi videtur indiſtinctè omnes domus, quæ opera pia exercent, ut expreſsè ità ſtatutũ comperitur *in dict. l. fin. incip. ut inter divinũ, C. de Sac. Eccl.*

Vndè, omninò deducitur, petita quindemnia abſque dubio deberi præfatæ Arcæ, dictiſque Gubernatoribus S. Domus A. G. P. quo ſupra nomine. & propterea ad illa ſolvenda aſtringi poſſe d. Congregationem, cujus eſt domus, de qua agitur, nonnullis ab hinc annis empta ſub haſta Reg. Cã. in recognitionẽ directi dominii, vigore ſcil. deſcriptæ ſubmiſſionis, etiam ex ſpeciali privilegio, favore Eccleſiæ conceſſo, nempè præſumptæ donationis rei, dicto canoni ſubmiſſæ, atque translationis dominii abſque traditione, non ſolùm ex Iuris præſumptionibus, ſed etiam ex Deciſionibus traditis per *Reg. Rovit. d. conſ.* 24. ubi *Altimar. Præſ. Amat. d. conſ.* 70. & *Capon. d. contr.* 30. Cætera de more ſuppleat Iuſdicentium perſpicacitas; Quibus decẽnio hinc elapſo ſcriptis, pridie nempè Kal. Septembris, quo tẽpore Forenſem prorſus reliqui Paleſtram, meq; nobiliori, quia Clericali Militia adſcripſi: an cauſa adhuc ſub judice pendat, anvè, ut dicebatur, ſit amicabiliter, cõpoſita, neſcio. Hoc autẽ ſcire cupiẽtes, acta in S. C. perquirãt

## CONTROVERSIA XXXVII.

Vtrum meliorationes rei ſtabilis, vel alicujus fundi, æſtimari debeant, inſpecto tempore, quo factæ reperiuntur: an quo reſtituenda ipſa res eſt?

### SVMMARIVM.

1 *Meliorationes in re, quo tempore inſpecto æſtimari debeant?*
2 *Quæſtio in duo capita dividitur.*
3 *Res quando reſtituitur, meliorationes, in ea factæ æſtimãtur, nõ ante.*
4 Tex. in l. domos 6. ff. de leg. 1. *verus ſenſus exponitur, juxtà Cujacij intellectum, & num.* 5.
6 *Valor rei tempore reſtitutionis eſt inſpiciendus, non verò expenſarum.*
7 *Æſtimatio ædificiorum attenditur eo tempore, quo fit eorũ reſtitutio.*



Digitized by Google

8 *Res ſi plùs valet tempore reſtitutio-*
*nis, debet cedere cōmodo meliorātis*
9 *Expenſas in re repetit, qui expen-*
*dit; & in eo, quo ipſa res melior*
*effecta reperitur, nō quod impenſū.*
10 *Et cōciliātur DD. varieq; opiniones.*
11 *Hæres gravatus, qui bona reſtitu-*
*tioni ſubiecta meliora reddidit, re-*
*petit omnes meliorationes in illis*
*factas, & num. 12.*
13 *Vtilis dominus deducit melioratio-*
*nes in fundo factas, attento reſti-*
*tutionis rei tempore.*
14 *Vtilis Dominus à bonæ fidei poſſeſ-*
*ſore differt in expēſis pro fūdo factis*
15 *Poſſidens titulo invalido, bonaq; fi-*
*de, repetit, quod in re impenſū eſt.*
16 *Domino rem meliorante, revocabi-*
*lem meliorationum æſtimationem*
*fieri, inſpecto tempore reſtitutio-*
*nis, non expenſarum, dici debet.*
17 *Emphyteuta, finita emphyteuſi, me-*
*liorationes in re factas, à directo*
*domino recuperat, reſtitutionis in-*
*ſpecto tempore, non ante.*
18 *Hæres feudatarii, cujus feudum ob*
*lineam finitum ad Reg. Curiam de-*
*volvitur, impenſas, & melioratio-*
*nes recuperat, attento tempore*
*mortis defuncti vaſſalli.*
19 *Vaſſallus eſt utilis dominus feudi.*
20 *Feudatario defuncto, duobus reli-*
*ctis hæredibus, altero in feudo, al-*
*tero in allodio, meliorationum pre-*
*tium ſpectat ad hæredem in allo-*
*dio, attēto tēpore mortis feudatarii.*
21 *Feudatarius utili potitur dominio.*

## ARGVMENTVM.

Quæ in ſumma poſita ſunt, ea ſigilla-
tim diſceptantur, nempe: an meliora-
tiones, factæ à domino utili alicujus
rei, æſtimandæ ſint tempore reſtitu-
tionis ipſius, an verò inſpecto tempo-
re, quo factæ reperiuntur? Qua occa-
ſione, nonnulla Iuris principia exarā-
tur, quampluresq; Prudentum Con-
cluſiones ad examen exponuntur.

CAuſam in facti contin-
gētia ſanè aggredimur,
qua iterum diſcutien-
1 da proponitur celebris
illa, atquè ſæpè nume-
ro in Tribunalibus ex-
agitata Quæſtio, an ſcilicet meliora-
tiones æſtimari debeant, tempore ex-
penſarum, in illis erogatarum, an ve-
rò tempore, quo res domino directo,
ſubſtituto, aut proprietario, dotanti-
bus, Fiſco, aut ſimilibus reſtituitur?
At quia duplici modo præſens diſſerta-
tio agitari, ejuſque ordo bipartitus
2 conſiderari, poteſt; ut clarior igitur
niteſcat in unoquoq; ipſorū Conclu-
ſio, duobus in locis pariter quòad
ambo hæc capita proponenda, de ea
pertractemus, oportet.
Primò itaq; hìc videbimus, an hiſce me-
liorationes ſint eſtimandæ, inſpecto
hoc tempore, quo factæ ſunt, an eo
tempore, quo res reſtitutioni eſt ob-
noxia, ut ſupra annuimus.
Secundò infrà perpendere etiam noſtrū
erit; utrum præfatæ meliorationes
æſtimari debeant pro eo, quod utilis
poſſeſſor rei, fundi, vel feudi verè ex-
pendit; an potius pro eo, quo ipſa res
prætioſior effecta eſt?
Et quoad primum, regulariter loquen-
3 do, meliorationes æſtimari debere, in-
ſpecto tempore reſtitutionis rei, non
quo factæ ſunt, dubitari non poteſt;
nàm ità definit; diſertiſſimis verbis
*Papinianus in l. domos 61. ff. de leg.*
*1.* cujus vera, & ſincera lectio hæc eſt.
*Domos hæreditarias exuſtas, & hæ-*
*redis nummis extructas, ex cauſa fi-*
*deicommiſſi poſt mortem hæredis re-*
*ſtituendas, boni viri arbitratu ſum-*
*ptuum rationibus deductis, & ædifi-*
*ciorū quantitatibus extantibus æſti-*
*matis reſpondi*; ità habetur apud
*Bart. & Iaſ.* teſte *Simone de Petris*
*de interpr. ult. vol.* & *Caſtrenſ.* ait,
omninò in *tex. d. l. domos*, debere eſ-
ſe verbum illud *extantibus*, itaq; Co-
dices illi, in quibus deeſt *extantibus*,
procul dubiò mendoſi ſunt; nèc pro-
ban-

bandi, ut aſſerunt *Cuiac. & Auguſt.*
ille *obſerv. lib* 6. *cap.* 3. *in fin.* hic *lib.*
3. *emendat. c.* 1. qui legunt, *& ædi-*
*ficiorum ætatibus, ita æſtimatis.*

Sed quamcumq; lectionem ſequaris, ſi-
4 vè quam nos veriſſimam profitemur,
omneſq; veteres libri præſeferunt, ſi-
ve aliorum exemplarium, in quibus
deeſt, *extantibus*, ſive demum *Cuja-*
*cij, & Auguſtini*; ſemper ex illo *Pa-*
*piniani* reſpõſo probatur apertiſſimè
in meliorationibus æſtimandis, ſpe-
ctãdum eſſe tempus reſtitutionis rei,
ut benè animadvertit præſtans inge-
nio vir *Auguſt. Barboſ. in l. divortio,*
*§. fin. num.* 93. *ff. ſol. matrim.* cujus
5 verba exponenda eſſe, duximus: *Et*
*pro hac ſententia vltra alios, expẽdo,*
*l. domos, ad cujus intellectum adver-*
*tendum eſt, quod in libris antiquis*
*ità litera invenitur*, quantitatibus
extantibus æſtimatis, *correcti autem*
*ſecundùm Pandectas Florentinas ha-*
*bent literam*, & ædificiorum ætati-
tibus æſtimatis, *ut tradunt Antoni.*
*& Auguſtin. lib.* 3. *emenda. cap.* 1. *&*
*Cuiac. lib.* 3. *obſer. cap.* 3. *in fin. quo*
*præmiſſo dicendum eſt, quod ſecundũ*
*quamcumque literam, d. l. domos,*
*benè probat opinionem, quam defen-*
*dimus, nàm ſecundum primam lite-*
*ram, cum jubeat conſiderari æſtima-*
*tionem meliorationum extantium,*
6 *apertè ſignificat valorẽ temporis re-*
*ſtitutionis inſpiciendum eſſe; ut ſivè*
*tunc plus valeat, quàm expenſum ſit,*
*ſivè minus, id tantùm ſit exolvendũ,*
*quod tempore reſtitutionis valet, &*
*ità Carol. in Conſuetud. Pariſ* §. 1.
*gloſ.* 5. *num* 97. *& ſi replices cum*
*Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 1[illegible].
*num.* 558. *in libris antiquis commu-*
*niter non reperiri illud verbum*, ex-
tantibus, *reſpondetur, quòd, & dẽ-*
*pto illo verbo, adhuc tex. ille apertè*
*probat opinionem, quam defendimus,*
*cum jubeat quantitatem, id eſt valo-*
7 *rẽ, & æſtimationem ædificiorum inſ-*
*ri eo tempore, quo fit reſtitutio; ſecun-*
*dùm autem novam literam, adhuc*
*probat prædictam communem opinio-*
*nem, ſivè exponas* æſtimatis ætatibus
ædificiorum, *ideſt amplitudine, &*
*magnitudine ædificiorum, ut exponit*
*Cujac. lib* 6. *obſeru. cap.* 23. *in fin.*
*ſivè exponas*, eſtimatis ætatibus, *ideſt*
*utrum ſint noua, vel vetera, quia*
*nova, & recentia pluris eſtimantur,*
*ut exponit Kiminald. conſ.* 411. *num.*
62. *lib.* 4. *Cum enim ſemper jubeat*
*attendi æſtimationem temporis reſti-*
8 *tutionis, ſignificat quod, ſi tunc plùs*
*valeat, debeat id cedere commodo*
*meliorantis*, & hactenus *Barboſa.*

Ex hoc item *textu* communitèr cẽſue-
runt DD. ut infrà dicemus, eum qui
9 expendit, repetere id, in quo melior
res effecta reperitur, cum reſtituitur,
non verò quod impenſum eſt, *Iac. de*
*Arena, Bart. Bald. Imol. Paul. de Ca-*
*ſtr. Iaſ. Angel. Alex. Cæteriq; in d. l.*
*domos.* cum *Amat. reſolut.* 14. *num.*
63. *Bary. de ſucceſſ. lib.* 8. *tit.* 14. *de*
*ſubſt. fideic. num.* 14. *Boer. deciſ.* 44.
*num.* 12. *Gail. pract. obſeru. lib.* 2. *obſ.*
121. *num.* 11. *Barz. deciſ.* 23. *nu.* 15.
*Valaſq. de jure emphyt. quæſt.* 25. *nu.*
28. *Molin. de Hyſpan. primog. lib.* 1.
*cap.* 26. *num.* 13. *Gomez in l.* 46. *Tau-*
*ri nu.* 3. *Menoch. de arbitr. caſ.* 358. *n.*
51. *cũ innumeris penes Mareſcot. lib.*
2. *var. reſol. cap.* 114. *nu.* 4. *&* 5. *&*
*Reg. de Marin. lib.* 2. *reſ. cap.* 133. *n.* 4.

Nec me movet, plures de more ex DD.
ab hac receptiſſima ſententia receſ-
ſiſſe, & in cotrariam tranſitum feciſ-
ſe ex *l. fundo, ff. de rei vendicat.*

Nam primo loco hi longè vincuntur ab
10 illis, qui priorẽ opinionem tuentur, &
numero, & authoritate. Deinde hujuſ-
modi diſſidentes, & DD ſententiæ ità
invicem conciliantur; nam qui tem-
pus factarum meliorationum atten-
dendum eſſe, ſcripſere, ut ſolvatur
tantummodò quod impenſum eſt,
intelligi debent ſicut, & loquuntur;
cum is, qui fecit meliorationes, non
erat Dominus rei, ſed tantùm bonæ
11 fidei poſſeſſor, ſecundùm ſpeciem di-
ctæ *l. in fundo*, quæ eſt de eo, qui cõ-

veni-

Digitized by Google

venitur rei vendicatione; hic enim *Textus*, eſt fundamentum, ac veluti arx eorum opinionis; & ità fatebitur quicumque eorum dicta exactè perpenderit; è diverſo qui contrariũ
12 voluere, accipiẽdi ſũt quoties is, qui meliorationes fecit dominus erat. Loquũtur enim illi in hærede gravato, qui bona, reſtitutioni ſubjecta, meliora reddidit ſecundùm ſpeciem dictæ *l. domos*, quæ eſt de hærede, qui domos fideicommiſſo obnoxias, & non ſua culpa exuſtas, ſuis ſumptibus reſtituit; illa enim præfatæ legi innitũtur; & ità dictarum legum antinomiam, & DD. pugnam componendas eſſe, communis concluſio eſt apud I. C. relatos per *Add ad Gam. deciſ. 137. Rolan. conſ. 25. vol. 1. num. 11. & 78. Ruin. conſ. 14. lib. 4. Valaſc. de jure emphyt. quæſt. 25. num. 22.* qui ità ait, eſſe praxim in Curia Luſitana, *Menoch. de recuper. poſſ. remed. 11. nu. 59.* ac ità deciſum refert in *S. C. Præſ. de Franch. deciſ. 456. nu. 7. ubi Amend. & de Luca*, & ſic decidendum, probat *Reg. de Marin. lib. 2. reſol. d. cap. 133. num. 9. & ſeqq.*

Quod autem diximus de eo, qui uti
13 dominus fecit ſumptus, illos ſcilicet deducendos eſſe, inſpecto tempore, quo res reſtituitur, verum eſt, etiã de domino tantùm utili, ut cõmuniter tradunt DD. & *Florez. Diaz. in add. ad Gamm. deciſ. 137.* Communis enim reſolutio eſt, quòd poſſidens titulo valido, & ut dominus, ſaltem utilis, deducit ſanè valorem melioratio-
14 nionum, juxtà tempus præſens; poſſidens verò pro poſſeſſore, ſolùm deducit quod expenſum eſt, niſi expenſa ſit maior, quàm meliorationũ valor, & ſic dicit practicari *Valaſ. ubi ſup.*, & ſecundùm ejus dicta intelli-
15 genda eſt ejus allegata deciſio, aliàs contra communem opinionẽ loqueretur, ut notat *Florez l. cit.* dicens, eũ ſolùm deducere quod impẽſum eſt, qui poſſidet pro poſſeſſore, & cum titulo invalido, uti prædo, quem ſi interroges, cùr poſſideat? nihil aliud reſpondere poſſit (quàm poſſideo, quia poſſideo) Idem tradit *Novar. in addit. ad deciſ. de Franch. 109. verſ. ego autem*, etiam ſi utile dominium ſit revocabile, & verba ejus exponã: *Ego autẽ pro reſolutione quatuor diſtinguendos eſſe caſus conſtituo, quo-*
16 *rum primus ſit, quod ubi ille, qui rem meliorem reddidit, revocabilis eſt dominus, vel directus, vel utilis. tùnc æſtimatio, inſpecto tempore reſtitutionis, fieri debet*, & pro hac ſententia adducit *Guttier. lib. 1. pract. cap. 68. num. 18. Epiſc. Ricc. collect. 2072. Cancer. par. 3. variar. reſol. cap. 6. num. 123. Carpan. ad ſtatut. Mediol. 400. num. 331. par. 2. Surd. de alimen. art. 5. quæſt. 11. num 41. Mangil. de imput. quæſt. 136. num. 40. Matien. lib. 5. recopilat. l. 6. gloſ. 3. tit. 3. num. 3. Schrader. de feud. par. 2. num. 9. Gomez. in l. 46. num. 3. Tau.* alioſq; apud eum videndos.

Hęc autem hactenus dicta, pluribus aliis exẽplis cõfirmari etiã poſſunt; etenim
17 emphyteuta, quem conſtat apud omnes, rei emphyteuticariæ utile dũtaxat dominium habere, emphyteuſi finita, vel ob temporis lapſum, vel ob completam generationem, repetit à Domino directo impenſas, quanti valent tempore reſtitutionis, *Valaſ. d. quæſt. 25. num. 28. Marta vot. 61.* quos refert, & ſequitur *Reg. de Marin. cit. lib. 3. reſol. cap. 133. nu. 13.*

Similiter, ſi Vaſſallus deceſſerit, & ob
18 ejus lineam finitam, feudum ad R. Curiam devoluatur, ipſius hæres recuperat à Domino impenſas, in feudo factas, inſpecto tempore mortis illius, ut deciſum teſtatur *Reg. de Pont. deciſ. 12.* & cautũ itẽ eſt *in §. ſi Vaſſallus, tit. hic finitur lex*, quem congruere Iuri communi, ait idem *de Pont. loc. cit.* ex quo Vaſſallus eſt
19 utilis dominus feudi. Simili modo, ſi [illegible]atarius objerit, duobus namq; [illegible]tis hæredibus, altero in feudo, [illegible]ro in allodio, hoc caſu ex omniũ

Feu-

Digitized by Google

Feudiſtarū ſentētia, æſtimatio meliorationū, in feudo factarum à feudatario, ſpectat ad hæredē in allodio; hujuſmodi enim hæredi ſolvetur meliorationum pretium, ſecundùm valorem temporis, quo mortuus eſt feudatarius, ex eadem ratione ſuprà adducta, quia feudatarius habet utile
20
21 dominium feudi, *Reg. de Marinis cit. cap. 134. num. 16. Iul. Clar. in §. feudum, quæſt. 88. num. 2. ibique Adden. Reg. Conſtan. in tit. Cod. pœnis fiſcalibus creditores præferri, num. 752.* Et hæc præ cæteris diſcuſſis, & exaratis, modò etſi ſufficerent ultimò exempla, ut luce meridiana clarior noſtra remaneret Concluſio, de meliorationibus in fundo, vel in feudo æſtimandis, reſpectu ad tempus, non quo illæ factæ inveniūtur, ſed tempore attento, quo æſtimationi dantur; attamen reliqua fuſius pro majori claritate, nonnullis ſolidiſſimis rationibns infrà recēſentur.

## CONTROVERSIA XXXVIII.

Res an pluris æſtimari debeat, attento nimirum tempore reſtitutionis, quo pretioſior eſt effecta: an verò expenſarū, quæ pro ejus melioratione erogatæ ſunt?.

### SVMMARVIM.

1 *MEliorationes factę à feudatario, vel ab emphyteuta, alioq; utili domino, vel uſufructuario, quo tempore æſtimari debeant, examinatur, & num. 2. cum ſeqq.*

3 *Res pretioſior effecta, pluris quidem omni jure æſtimari debet.*

4 *Dominus utilis habet jus utendi, fruendi re, etiam in meliorationibus, in ea erogatis.*

5 *Onus reſtituendi poſt mortem, non tollit dominium in vita.*

6 *Re ad uſum data, vel conceſſa, dominium ab uſu non ſeparatur.*

7 *Dominiū à rei proprietate differt.*

8 *Dominus verè eſt reſpectu fructuū, quos tenutarius percipit.*

9 *Tenutarium, non eſſe dominum intelligitur, ut vēdere, & alienare minimè ille poſſit.*

10 *Ità de viro, conſtante matrimonio, & de conductore pro tempore conductionis, eſt pariter dicendum.*

11 *Dominus eſſe poteſt ratione proprietatis unus, & rem alius habere jure dominii, fructuſq; percipere.*

12 *Fructus, qui jure dominii, & non proprietatis percipit, illos non cōpeſat cum meliorationibus in feudo, vel in re emphyteutica factis.*

13 *Fructus percepti cum meliorationibus factis, non ſunt compenſandi*

14 *Fructuum perceptio eſt pars integralis dominii rei poſſeſſæ.*

15 *Proprietas penes unum, dominium pœnes alterum benè eſſe poteſt.*

16 *Dominus utilis, nō quod impenſū eſt, ſed quod melioratū cōſequi debet.*

17 Tex. in l. fundo, ff. de rei vindic. *quomodo intelligi debeat, exponitur.*

18 *Vſufructuarius rei, in qua uſūfructum habet, tenutarius dicitur.*

19 *Domino utili ſolvi debet melioratū.*

20 *Meliorationes in feudo reſtituendæ ſunt, ſi feudummagni ſit valoris.*

21 *Impenſæ meliorationum, ſunt reſtituendæ, & ſi minus ſit melioratum, quàm impenſum.*

22 *Res prout ſanè valet æſtimari debet.*

23 *Quod melioratum, non expenſū præſtandum eſt habenti causā ab agēte.*

24 *Non licet locupletari aliena jactura.*

25 *Iudicis arbitrio expenſarum fit ęſtimatio, ut evitetur alterius damnū.*

### ARGVMENTVM.

Sequitur præcedenti conformis, & ejuſdem ſpeciei Quæſtio: an meliorationes in re emphyteutica, vel in feudo, ab utili domino, ab uſufructuario, hærede gravato, & à ſimilibus factę, æſti-

æſtimari debeant eo tempore attēto,
quo æſtimationi exponuntur, nempè
reſtitutionis faciendæ, an quo factæ
ſunt? Et pro prima theſis parte con-
cluditur, rejectiſq; adverſis, eadem
nōnullis Iuribus cōfirmatur ſētentia.

EX his, quæ antecedē-
ter exaravimus, ad ſe-
cūdum deveniamus
1 oportet quęſtionis ca-
put, de meliorationū
æſtimatione: an ſcili-
cet ſit illa facienda, attento tempore,
quo factæ inveniuntur, an verò ha-
bito reſpectu ad tempus reſtitutionis,
quo nimirū res pretioſior effecta eſt?
Et nitet quidem Solis luce clarius,
*præcedent. Controv.* aſſertum de hu-
juſmodi meliorationibus, illas nem-
2 pè factas, vel à feudatario, vel ab
emphyteuta, ſivè ab hærede grava-
to, ſivè ab uſufructuario, aut dona-
tario ad tempus, vita ejus videlicet
durante, ſivè, ut in unum dicamus,
à quocumq; domino utili, æſtimandas
eſſe inſpecto tempore reſtitutionis fa-
ciendæ ipſius rei feudalis, vel burgē-
ſaticæ, quo tempore interpellandus
eſt, vel emphyteuta, vel feudatarii
hæres, aut donatarius, aut ſimilis uti-
lis dominus, ut rem fundum, vel
feudum reſtituat, & proinde ei exol-
vendum eſſe, non quod verè expen-
3 dit, ſed id ſanè, in quo res ipſa, cum
pluris æſtimari debeat, pretioſior effe-
cta eſt. Idquè extra controverſiam
eſſe inquit, atq; omni jure teſtatur
*Revardus de juris ambiguitatibus
lib. 1. cap. 5.* ubi pariter aſſerit, enū-
ciatos utiles dominos, illos verè dici,
4 qui habēt, & ut ſupra dixi bona tenēt,
ac ipſorum poſſeſſione utuntur, & ſic
etiam jus habent in meliorationibus
factis, utendi ſcilicet, ac fruendi illis.
Hoc nāque expreſsè deſumitur ex *tex.
in l. ſpecies, ff. de aur. & argen. lega.*
*& l. fin. ff. de uſufructu earum rerū,
5 quæ uſu conſumantur*, ubi onus re-
ſtituendi poſt mortem, non tollit do-
minium in vita, etiam ſi res ad uſū-
fructum detur; adeòut ſi res ad uſū
donetur, non ſit ea interpretatio fa-
cienda, ut dominium ab uſu ſepare-
6 tur, *l. donat. in Concubinam, § ſpecies,
ff. de donat. & ibi gloſ. verbo puella.*
Dominium à proprietate ſanè differt,
7 quod jus in re conſtituit, quāvis pro-
prietas itē ad alium pertineat, ut lo-
quitur *tex. in l. qui cætu 5. § ſi de vi,
ff. ad l. Iul. de vi pub.* & ibi *gloſ. verbo
ſivè poſſeſſionis*, quæ dominium re-
fert ad jus, quod quis habet in re
poſſeſſa, puta utendi, fruendi re ēphy-
teutica, vel ſimile, ad *text. in l. bo-
næ fidei, ff. de acquir. rerum dom.* ibi:
*quia quod attinet ad fructus loco do-
mini eſt:* nā reſpectu fructuum, quos
8 tenutarius percipit verè dominus eſt,
*Garzia*, poſt alios *in tract. de expenſ.
& melio. cap. 23. num. 34. & 35.* &
explicat ad caſum pro majoratus poſ-
ſeſſore, qui verè tenutarius eſt, *Mo-
lin. de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 19.
à num. 4. ad 10. Gomez in l. 40. Tau.
num. 76.* ubi expendit *tex. in l. non
ideò minus, ff. de rei vend.* cujus ver-
ba ſunt: *non ideò minus rectè quid
9 noſtrum eſſe vendicamus, quòd abire
à nobis dominium ſperatur.* Nā quod,
dicitur, tenutarium dominum haud
eſſe, intelligitur, ut non poſſit rem
vendere, vel alienare; ſicuti maritus,
qui cōſtante matrimonio dominus eſt
ſecundùm *Gomez. ubi ſupra*, & eum
qui prædium, vel vectigal conduxit
10 dominum utilem eſſe, notat *Accurſ.
in l. 1. ff. ſi ag. vectigal. vel emphy. &
Gloſ. ult. ibi & nota ſecundum* Ioan-
*nem, quod non dicit hic, quod habeat
etiam utile dominium, ſed ſatis dici
poteſt*. Neque in hoc amplius immo-
randū, nam planè eſſet probare, quòd
nemo quidem in dubium revocavit.
Conſtat enim, dominium differre à pro-
11 prietate rei, quia unus dominus eſſe
poteſt ratione proprietatis, alius rem
ha-

Digitized by Google

habere jure dominii, & fructus per-
cipere, ut inter dominum directum,
& vaſſallũ, vel emphyteutam exem-
plificãt Doctores; hi enim domini di-
cuntur, quia jure dominij jam fru-
ctus percipiunt, quamvis feudi pro-
prietas ad dominum directum perti-
12 neat, à quo titulum habent; & ideò
quia jure non proprietatis, ſed domi-
nii fructus percipiunt, illos non com-
penſant cum meliorationibus in feu-
do, vel re emphyteutica factis; domi-
nium namque conſtituitur ex perce-
ptione fructuũ cũ titulo valido; adeo-
ut ſi fortaſſe titulus improbaretur,
fructus percepti cũ meliorationibus
13 factis, venirent abſque dubio com-
penſandi, cũ illi jure dominij percepti
dici nequeant, ut ex *Fulgoſ. in l. em-
ptor, ff. de rei vendic.* fundat *Garz.
de expenſ. & melior. cap.* 23. *nu.* 58.
Nec alia quidẽ ratione improbata vi-
detur (ut diximus *præd. Cõtr.* 32.) per
*Reg. Prag.* 4. *ſub tit. de feud.* refutatio
feudorum, reſervato ſibi uſufructu
per refutantem, quã ut ſanè evitetur
feudi diviſio, cum perceptio fructuũ
14 ſit pars integralis dominii, uti docet
*Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de
refut. feud.* §. 3. *num.* 7. ex quibus
liquet, proprietatem penès unum, do-
15 minium penès alterum eſſe poſſe.
Cùmque meliorationes fecerit aliquis,
uti dominus utilis, non quod impen-
ſum eſt, ſed quod melioratum, conſe-
16 qui debet, & quæſtio noſtra deci-
denda eſt, ſecundùm *l. domos, ff. de
leg.* 1. quæ procedit, cum is, qui me-
lioravit, habebat aliquod jus in re, nõ
ſecundùm *l. in fundo, ff. de rei vendic.*
quæ locum tantùm habet, cum is,
qui fecit meliorationes, nullum ha-
bebat jus in re, ut elegantiſſimè ſcri-
17 bit *Reg. de Pont. d. deciſ.* 12. his ver-
bis: *Differentiam facio inter diſpoſita
in l. in fundo, quæ lex loquitur in ſim-
plici poſſeſſore, nullum habente jus
in re, & in d. l. domos, ubi de præ-
ſenti legatarius habet jus in re, & ſic in
terminis tex. in* §. *ſi Vaſſallus, ex ra-
tione Baldi, non dico, quod ipſe di-
xit, ſed benè quod debetur æſtimatio,
prout res valet, etiam quod valeat
plus, vel minus eo, quod eſt impen-
ſum, & propterea tex. in d. l. domos
dixit:* æſtimatis prædijs, *& Andr. in*
§. *ſi Vaſſallus, hoc voluit dicere, dum
tradit, quod idem dicatur de impen-
ſis in rebus dotalibus*; quibus porrò
18 addendum eſt, uſufructuarium re-
rum, in quibus uſumfructum habet,
verè tenutarium eſſe, ut conſtat ex
*l. Celſus, ff. ad exhiben:* ibi: *Sed &
eum, qui uſusfructus nomine rem te-
neat, quamvis nec is utique poſſideat:*
& tradit *Chriſt. Paz. de tenuta cap.* 1.
*num.* 44. & tamen quia utilis eſt do-
19 minus, ſi res illas melioravit, ſolvi
debet, quod eſt melioratum, *Reg. de
Marin. reſol. jur. lib.* 2. *cap.* 133. *n.*
17. ibi: *Illud idem dico in uſufructua-
rio, qui fundum, in quo uſumfructũ
ſua vita durante habebat, melioravit:*
Idem igitur dicendum in caſu, de
quo præſertim hìc agitur.
Confirmantur tandem prædicta; nàm
quando quis habet cauſam à Fiſco,
20 feudum repetere volente, ei reſtitui
debet id, in quo feudum pretioſius
eſt effectum, ut docet *Bald. in d.* §.
*ſi Vaſſallus tit. hic finitur lex*, qui ait
*tex. in l. fundo*, procedere, cum is,
qui fecit meliorationes, non habebat
cauſam ab agente, & nulla juſta ra-
tione motus, fecit expenſam, ſecùs
in Vaſſallo ut ibi; ex hac autem ra-
tione putavit *Baldus* (in ſpecie huius
§. hoc eſt *Vaſſallus*, qui in feudo ædi-
ficium poſuit) Dominum debere re-
21 ſtituere illius hęredi omnes impen-
ſas, etiam ſi minus eſſet melioratum,
quàm expenſum, vel pati ab eo tolli
ædificium, & *Reg. de Pont.* improbat
*Baldi* dictum, ſed probat rationem,
& ex ea aſſerit, à domino ſolvendam
eſſe æſtimationem meliorationum,
quanti illæ valent, tempore quo æſti-
mantur, ut patet ex verbis ſuprà
enarratis, ibi: (*nàm juvat repetere*)
& ex ratione *Baldi non dico, quod ipſe*

A a *dixit*

Digitized by Google

22 *dixit, ſed bene quod debetur æſtimatio, prout res valet, etiam quod valeat plus, & minus eo, quod impenſum eſt, & propterea tex. in d. l. domos, dixit:*æſtimatis prędiis. Quarè evidens eſt, *Reg. de Pont.* in hac eſſe ſententia, ei ſcil. qui cauſam habet ab agente, & juſta ductus ratione impendit, præſtandum eſſe, quod me-
23 lioratum eſt, non quod expenſum, quemadmodum cautum eſt *in l. domos*, ut aſſerit *Alex. in l. Inſulam*, §. *fructus ; ff. ſolut. matrim.* quem ſequitur *Boer. deciſ.* 44. *num.* 16
Quod quidem ex alio, eò fortius convincitur motivo, quando ſcilicet Do-
24 minus feudum receptum ex reſtitutione, ſtante Creditorum concurſu, mox eſt venditurus: Nam ſi aliquis (fingamus nunc ità) in feudo, quod ei eo tempere, quo traditum eſt valebat centum, & expendit ducenta, & meliorem reddidit ejus valorem in mille; eſſet enim valdè arduum, meliorantis opera, & impeſa ex feudi vẽditione conſequi mille, eiq; tantùm reddere ducenta, & ità locupletari cũ aliena jactura; non eſt hoc Legibus quidem conſentaneum, quæ favent meliorationibus bona fide factis, ut ait *Arias de Meſa variar. reſol. lib.* 1 *cap.* 29. immò abhorret à juſtitia, & æquitate. Non ità ſtatuet probus
25 Iudex, cujus arbitrio plurimum tribuit Lex, in expenſarum æſtimatione, ut patet *ex l. in fundo*, ibi: *Bonus Iudex variè ex cauſis, & perſonis conſtituet*, & *d. l. domos*, ibi: *boni viri arbitratu*, & ſcribit *Theſau. d. deciſ.* 251. quem ad id potiſſimum præ oculis habere, admonet *Creſp. de Vald. p.* 2. *obſer. illuſtr. obſer.* 170. *à n.* 179. *ad* 184. ne quis tali modo locupletetur cum aliena jactura, quod item omni via à Legibus, & Pontificiis, & Civilibus, prorſus improbatur.

## CONTROVERSIA XXXIX.

Voluptuariæ expenſæ, an poſſint, utiles evadere, ex majori rerum valore?

### *SVMMARIVM.*

1 *Expenſæ voluptuariæ differunt prorſus ab utilibus.*
2 *Lex magis indulget utilibus, quàm voluptuariis in re expenſis.*
3 *Maritus ſi fecerit expẽſas in rebus uxoris, quas demum uxor venditura ſit, licet voluptuariæ, habentur, tanquam utiles.*
4 *Qui in erudiendo puero, alieno mãcipio, fecit impenſas, illas non poteſt repetere.*
5 *Secus ſi dominus mancipium edoctum vendat, & plus pretij conſequatur, tenetur ad impenſas bonæ fidei poſſeſſori.*
6 *Æqualitatis ratio eſt ſervanda.*
7 *Poſſeſſor bonæ fidei, in reſtitutione rei, detrahere poteſt, & utiles expenſas, & voluptuarias, ſi ex illis res pluris æſtimetur, & valeat. Etiam in foro conſcientiæ num.* 8.
9 *Nemo poteſt ditari alienis impenſis.*
10 *Poſſeſſori malæ fidei, non datur expenſarũ repetitio, nec etiã utiliũ.*
11 *Sed ei, domino rem vendicante, id redditur, quo res effecta eſt pretioſior*
12 *Æſtimatio expenſarum fit tempore reſtitutionis, ac venditionis rei* 14.
15 *Poſſeſſor rei, qui meliorationes fecit, creditoribus agentibus hypothecaria, debet conſequi quod verè melioratum eſt.*
16 *Et quatenus ipſa res pretioſior evaſit*
17 *Non quatenus in ea eſt impenſum.*
18 *Meliorationum valor eſt deducendus integer in beneficium poſſeſſoris rei, obligatæ creditoribus hypothecaria actione agentibus, & ſi minus ſit impenſum.*
19 *Poſſeſſor hypothecaria cõventus, recuperat meliorationes factas, juxtà rei æſtimationẽ tẽpore ſẽtentiæ.*

20 Con-

Digitized by Google

20 *Conventus actione hypothecaria, qui non melioravit, tenetur totum creditum offerre actori, ſi rem vult ipſe retinere.*

21 *Secus, ubi fecit meliorationes, quia tunc poſſeſſor liberatur, offerendo rei æſtimationem, etiã minorẽ credito, tempore obligationis, prout deciſum fertur in hærede, & ceſſionario num. 22. & 23.*

24 *Meliorantis eſt in electione, juſtum pretium offerre, deductis meliorationibus fundũ retinere, vel ſecus.*

## ARGVMENTVM.

Expenſas voluptuarias lõgè ab utilibus diſtare, quamvis omnibus ſit notum; attamen dari caſus, in quibus illæ pro utilibus pariter ęſtimari debeant, prę ſertim tempore venditionis, ac rei melioratæ reſtitutionis, nonnullis Iuribus, & exemplis in Foro interno, & externo dilucidè oſtenditur.

VT autem, quæ de meliorationum æſtimatione, facienda tempore reſtitutionis rei, *præced. Controu.* diximus, non ſolum maxima, niti æquitate, ſed etiam expreſſis Iuribus comprobari, apertè videantur; nobis profectò, ex illo communi adagio, in primis perpendamus ſupereſt, expenſas ſcilicet voluptuarias, quamvis longè ab utilibus diſtare, neminem lateat; Nihil-
2 ominus, ſi maritus fecerit expenſas in rebus, ſivè dotalibus, ſivè paraphernalibus ipſius uxoris, quas poſtea venditura ſit eadèm uxor, expẽſæ illæ, etſi voluptuariæ, habentur
3 pro utilibus; immò verè dicuntur utiles, ex diſpoſitione *tex. in l. quod* *ff. de impenſis in rebus dotalibus factis, ibi: quod ſi hæres erit, in quibus impenſæ, quæ factæ ſunt, promercales fuerint, tales impenſæ non voluptuariæ, ſed utiles ſunt*; ad quem textum notat *Angel.* hujuſmodi impenſas exigi eo modo, ac ſi utiles eſſet. Similiter ſecundò advertendum eſt,
4 quòd bonæ fidei poſſeſſor, qui in erudiendo mancipio, vel alieno puero, varias fecit impenſas, illas non repetere, ſtatutum eſt *in l. 29. §. ult. de rei vendic.* ob rationem ſcilicet ibi à Iure Conſulto traditam, quam explicat *Accurſ. in gloſ. fin.* præſertim illius uſus, ac ſervitutis præſtitæ; atta-
5 men, ſi Dominus puerum mancipium venditurus ſit, & ob artificiũ, quo fuit ille edoctus, plus pretii conſequuturus ſit, cogitur ſanè inferre impenſas bonæ fidei poſſeſſori, qui erudiit; immò hæc ſubdit *Pompon. in l. niſi venalem d. tit. niſi venalem eum habeas, & plus pretii conſequuturus ſis propter artificium*, & idem *Angel. in l. in fundo, ff. eod. tit.* cum aliis, quorum rationem refert *Accur. in d. l. niſi*, nè quidem locupletetur
6 dominus cum aliena jactura. Et ità hæc ſemper æquitatis item ratio expoſcit, ut debeantur expenſæ, quæ aliàs non deberentur, ut annuimus. Quod ſuadetur etiã ex Moralium Scri-
7 ptorum doctrina, pro foro interno, ex quo bonæ fidei poſſeſſor in reſtitutione rei alienæ facienda, non ſolùm poteſt detrahere expenſas, & valorem induſtriæ, ac laboris, ſed & pariter expenſas voluptuarias, ſeù voluntarias, pertinentes nempè ad rei ornatum (ut ſunt viridaria, picturæ cum ſimilibus) nam hujuſmodi expenſæ, quatenus res plus valeat ob illas, poſſunt deduci in foro con-
8 ſcientiæ; tùm quia dictæ expenſæ cedunt in domini utilitatem, cujus res facta eſt melior, & fructuoſior ex illis, tùm quia ipſe dominus nequit ditior
9 fieri alienis expenſis. Ità *Bonacin. de reſtitut. diſp. 1. quæſt. 3. pun. ult. §. 2. num. 9. fol. mibi 474. Leſſ. de juſt. & jur. lib. 2. cap. 12. dub. 17. num. 111. Molin. tom. 3. diſp. 725. in fin. Clau. Regia lib. 10. tract. 2. cap. 2. num. 4.*



Digitized by Google

& vid[illegible] itē poſſunt *Sanchez in ſum. lib.* [illegible] *cap.* 23. *num.* 138. *Rebell. par.* 1. [illegible] *quæſt.* 8. *num.* 2. *& Covar. var.* [illegible] *ſol. cap.* 8. *num.* 4. *Filliuc. tract.* 22. *cap.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 90. cum penès omnes DD. id pro indubitato habeatur in præfato bonæ fidei poſſeſſore, & à fortiori in utili domino; nàm tantùm malæ fidei poſſeſ-
10 ſori, etiam in foro externo, penitùs conceditur expenſarum repetitio, nec voluntariarum, nec utilium in pœnam criminis, ſed purè neceſſariarū, ex *l.* 1. *C. de infant. expoſit. l. domum, C. de rei vindicat.* cum ſi nilibus.

Et bonæ fidei poſſeſſori, qui in re aliena
11 impendit, Domino vendicante rem, reddendum eſſe id, in quo res pretioſior eſt effecta, & non ſolùm quod eſt impenſum, ſi dominus eam venditurus ſit, clarè patet ex *tex. in l. in fundo*, quem licèt in contrarium alii afferant, *ff. de rei vendic.* attamē verum illius ſenſum exponit *Theſau. deciſ.* 251. per hæc, nimirum verba: *quod & Celſo in d. l. in fundo, in principio placuiſſe, animadverti, ut hoc caſu Iudex variè rerum, & perſonarum conſideratione habita dijudicet. Nec igitur ex hoc tex. aliorum opinio probatur, tenentium expenſarum tempore conſtructionis factarum, ratione dumtaxat habendam, imò (ſi nihil aliquando ex conjecturata Iuris Conſul. mente elicere liceret) exiſtimarem potiùs, ex ipſa l. in fundo, elici contrarium poſſe ex ultimis verbis illius*: ibi finge eam eſſe perſonā Domini, quæ receptum fundum mox
12 venditura ſit; *& denotare, æſtimationem tempore reſtitutionis ità faciendam, ac ſi is, cui reſtituitur prædium, aut ædificium vendere vellet, illudque pretium hæredi, vel bonæ fidei poſſeſſori reſtituendum, illa dictione, mox.* En ait *col.* 2. *Theſau.* hoc sētire Iure Cōſultum, cum dominus vendicat rem, in qua poſſeſſor bonæ fidei fecit impenſas, & eandem eſſe rationem in impenſis æſtimandis, ut licèt dominus venditurus non ſit, fingatur tamen venditurus, & conſtituat bonæ fidei poſſeſſori plus illud pretij, quod ex rei venditione eſſet conſequuturus propter factas impen-
13 ſas. Hoc. n. ſi locum habet in domino, qui re verà venditurus non eſt, eo quod fingatur venditurus; multò magis locū habere debet in eo, qui re verà eſt venditurus, etſi obtineat, cū fecit impēſas bonæ fidei poſſeſſor, multò magis cum dominus utilis; ut in *d. l.* juxtà intellectum *Theſauri*, cujus auctoritas maxima eſt, deciditur articulus; & idcircò, quamvis antea impenſas feciſſet dominus utilis, adhuc tamen illæ deberent æſtimari,
14 ſecundùm tempus, quo res venditur. Quam ſanè concluſionem probat, & ſequitur *Peregr. de fideic. art.* 50. *num.* 30. *Menoch. de arbitr.* [illegible] *in addit. ad caſ.* 458. *Ioan. Garcia de expenſ. melior. cap.* 1. *num.* 25. ubi explicat *l. ſi ſervos, ff. de pignor. act. & cap.* 5. *num.* 26. *Cancer.* [illegible] *par.* 3. *tom.* 3. *variar. reſol. cap.* 6. *num* 53. *Boer. deciſ.* 44. *Gomez. in l.* 46. *Tau. num.* 2. *verſ. ſi verò.* Et hæc, ſi cum domino res ſit, ſin item cum creditoribus, tum ex hucuſque dictis, tum ex his, quæ dicturi ſumus, juſtiſſima eſt melioratis à fortiori prætenſio.

Nam certiſſimum eſt, poſſeſſorem rei
15 qui in illa fecit expenſas, ſi creditores contra eum actione agant hypothecaria, debere conſequi quod melioratum eſt, non quod impenſum, & ita habetur *in l. Paulus* 28. §. *domus, ff de pign. & hypoth.* cujus verba [illegible] *Domus pignori data exuſta eſt, eamq; arcam emit Lucius Titius, & extruxit, quæſitū itaq; eſt de jure pignoris, Paulus reſpōdit pignoris perſequutionem perſeverare, & ideò jus ſoli ſuperficiem ſequutum videri, [illegible] jure pignoris, ſed bonæ fidei poſſeſſores nō aliter cogēdū ædificium reſtituere, quā ſi ſumptus in extructionem ero-
16 gatos, quatenus res pretioſior effecta eſt, reciperent*, & ita omnium ſuffragiis

ſtagiis receptum fuit, ut inquit *Ne-*
*guſan. de pignor. memb.* 4 *par.* 5. *n.*
21. *verſ. & intellige, Barboſ. in l. di-*
*vortio, §. fin. num.* 96. *verſ. cum igi-*
*tur, ff. ſolut. matrim. Mareſcot. lib.*
2. *variar. cap.* 114. *num.* 10. *Covar.*
*lib.* 1. *variar. cap.* 9. *num.* 2. & ità
deciſum refert per S. C. *Præſ. de*
*Franch. deciſ.* 38. *in fin.* cujus verba
ſunt; *Item aduertendum, quod alias*
*in S. C. fuit dubitatum, ſi tex. in l. in*
17 *fundo, quo cavetur id tantùm, quod*
*impenſum eſt, reficiendum eſſe poſſeſſo-*
*ri, non id, in quo res melior effecta*
*eſt; procedat quando fundus vendica-*
*tur à domino, an etiam ſi agatur ju-*
*re hypothecæ ſuper fundo? & fuit de-*
*ciſum contra creditorem, poſſe præ-*
*tendi d. ductionem totius valoris me-*
*liorationum*; cujus deciſionis fuit
item memor *in deciſ.* 456. *num.* 4.
ibi; *fit in alio tamen difficultas, quia*
*in deciſ.* 8 *eſt dictum, fuiſſe deciſum*
18 *contra creditorem, poſſe prætendi de-*
*ductionem totius valoris meliiorátio-*
*num, etiam quod minus expenſum*
*eſſet*; & licet ſubdat de hoc *neſcio,*
*quē dubitaſſ*; eo quod in *l. in fundo*
*etiam dicatur, quatenus res pretio-*
*ſior effecta eſt, ſicut in d. § domus,*
*tamen quicumque ille fuit, nullam*
*rationem dubitandi habuit, quia in*
*dict. l. in fundo poſt illa verba*, qua-
tenus res pretioſior effecta eſt, *ſta-*
*tim ſubiungitur, verum, & ſi plus*
*pretii fundo acceſſit, ſolum quod*
*impenſum eſt*; Et ita judicatum in
19 S.C. teſtatur *Anna pater ſingul.* 82.
*in fin.* qui ſubdit, *& ita revocari feci*
*decretum latum per Io: Andr. de Cur-*
*tis R. Conſil. in cauſa Lucretiæ Con-*
*dera, agentis hypothecariâ, qui ap-*
*pretiari juſſerat arbores, prout tunc*
*valebant, at S. C. decrevit, attendi*
*valorem rei*: quam deciſionem tran-
[illegible] *R. de Marin. cap.* 133. *lib.* 2.
[illegible]nuè contra adverſarios pro
dicta [illegible]pugnat concluſione.
Quinimmò poterit etiam hæres melio-
20 rantis, ejuſque ceſſionarius, vel do-
natarius creditoribus offerre veram
rei æſtimationem, demptis meliora-
tionibus, hoc eſt pretium, quod ju-
ſtè valebat, antequam eſſet meliora-
ta, illamq; retinere. Nam licet con-
ventus hypothecaria, qui meliorationes
nes in re poſſeſſa non fecit, ut poſſit
eam retinere, teneatur offerre acto-
ri totum creditum, etſi res obligata ſit
minoris valoris, *l. tutor, §. Lucius, ff.*
*de uſur. Franch. deciſ.* 38. ubi *d. Luc.*
*Neguſan. de pign. memb.* 2. *p.* 5. *nu.*
17. *Reg. Merlin. lib.* 2. *contr.* 12. *n.* 4.
Attamen poſſeſſor, qui fecit in re me-
21 liorationes, poteſt juſtam æſtimatio-
nem offerre, demptis illis, etſi minor
ſit, quàm debitum, pro cujus ſolu-
tione fuit obligata, & ità rem retine-
re, *ex l.* 2. *C. de præd, & omnib. reb.*
*nau.* quem ad propoſitū optimè ex-
pendit *Arias de Meſa lib.* 1. *reſol.*
*cap.* 29. poſt *Bald. Rebuf. & Alex. in*
*add ad Bart. in d. l.* 2. *& l. ſi fundus,*
*§. ſi fund. ff. de pign. act. Soccin. conſ.*
224. *lib.* 2. *Albert. Brun. de augum.*
*concluſ.* 5. *verſ* 5. *Anton. Fanen. de*
*pignor. p.* 5. *memb.* 4. *num* 4. *Covar.*
22 *lib* 1. *variar. cap.* 8. qui hanc opi-
nionem ait in praxi receptam, *Viv.*
*com. opin.* 496. *Cravet. cons.* 298. *nu.*
16. *Mantic. lib.* 4. *de tac. & ambig.*
*tit.* 28. *num.* 15. *Fach. lib.* 11. *cōtr.*
*cap.* 12. *Coſt. de rati. ratæ q.* 81. *Theſ.*
*lib.* 1. *quæſt. for.* 71. *num.* 5. *Cancer.*
*var. p.* 3. *cap.* 6. *num.* 56. *& Præſ. de*
23 *Franch. d. deciſ* 38. ubi *nu.* 2. ità de-
ciſum refert, ſicuti pariter poſt *Vrſill.*
*ad Afflict. deciſ.* 87. judicatum item
teſtatur *Ricc. deciſ.* 263. *par.* 2. & de-
mum *Sempron. Aſcia in determin.*
89. *num.* 5. cum ſit in electione ipſius
meliorantis, quod deeſt juſto pretio
24 offerre, & fundum retinere, quod
ſi eligerit, venditor, ut recipiat co-
gendus eſt. *l.* 2. *& l. ſi voluntate.* 8.
*C. de reſcind. vend.* Et hæc per tria
*Controverſiarum* Capita, ſint ſatis
dicta de hac meliorationum materia;
meliora verò ſuppleat melius ſen-
tientis virtus, ac doctrina.

CON-

Digitized by Google

# CONTROVERSIA XXXX.

In altum extollere ædificium, aliquis in proprio ſolo, an impediri, & quando poſſit, præſertim ubi aſpectus ad mare aliis omninò præcluditur via vicinis?

## *SVMMARIVM.*

1 Conſtitutionis Zenonianę *diſpoſitio in ædificiis exponitur.*
2 Conſuetudo Neapolis *ſpatium palmorum duodecim in novis fabricis conſtruendis requirit.*
3 *Vicinus impediri, nequit in altum ædificiũ extollere in proprio ſolo.*
4 *Nec de Iure cõmuni, nec municipali.*
5 *Etſi lumina vicini dãnificarentur.*
6 *Limita, ubi adeſt ſervitus, vel præſcriptio, altius non tollendi.*
7 D*olo non agit, qui jure ſuo utitur.*
8 *Æmulatio non præſumitur, niſi apertè probetur.*
9 *Eiq; incumbit onus, qui eam allegat.*
10 *Quid verò de Iure Conſuetudinario?*
11 Deciſ 50. Reg. Latr. *verus, & germanus ſenſus expenditur.*
12 Zenonis *placito cavetur, nè in conſtituendis ædificiis maris tollatur aſpectus, niſi relicto centum pedum intermedio ſpatio.*
13 *Quæ* Cõſtit. *vigebat Cõſtantinopoli.*
14 *Et* Iuſtiniani *juſſu, etiam in cunctis Romani Imperii Provinciis.*
15 *At* dicta Zenonis Conſtit. *an locum habeat, ubi omninò non impeditur maris aſpectus?*
16 *Vicinus nequit ad æmulationem ędificium extollere, ex* dict. deciſ. Reg. Capyc. Latr. 50.
17 *Secus verò ad proprium cõmodum.*
18 *Licet maris impediatur aſpectus.*

## ARGVMENTVM.

Vnicuiq; etſi uſque ad Cœlum in ſuo ſolo, tàm de Iure communi, quàm noſtro municipali, ædificium extollere poſſit; attamen hæc an limitetur concluſio, ubi maris aſpectus vicinæ domui tolleretur, juxtà Zenonis Cõſtitutionem, ex qua tantùm centum pedum ſpatio intermedio conſtrui nõ prohibetur? Eademq; an ſit Neapoli uſu recepta, & quando penitus ſervari debeat, dilucidè oſtenditur.

CÆpit ædificare, & à vicinis impeditus, quia
1 propriã domum, juxtà præſcriptam ideã, perficere ità nequivit meus Familiaris, contra Adverſãtes propugnatorem quærebat; Quoniam illi pro indubitato ajebant, neminem poſſe, attenta *Zenonianæ Conſtitutionis* diſpoſitione, ſuum tàm altius extollere ædificium, ut alios maris aſpectu prohibeat, niſi relicto centum pedum ſpatio; & ità pariter (ſed proprio Marte) ex recepta praxi, & per Cõſuetudinẽ hic Neapoli, ſancitum inveniri firmiter aſſerere item conabantur.

At de meo judicio, & amicabili compoſitione in tali cauſa requiſitus, breviter de præfato more aliquam exarare, & hæc ad jurgia ſedanda, ità examinare cenſui, adeòut inter eos omnis controverſia tolleretur.

Et facto prius acceſſu ſuper faciem loci
2 nonnulla, quæ in favorẽ conſtruentis notabantur in facto, vera reperta fuere, videlicet; primò ſitum deſcripti ædificii diſtare à vicinorũ domibus, nõ ſolùm ſtatuto ſpatio palmorum duodecim, pro novis fabricis in hac Civitate faciẽdis, municipali Iure attento, nẽpè ex *Conſuetud.* exordiente *ſi quis habet, ſub tit. de ſervitutib.* ubi ità diſpoſitum invenitur, ſed longiori, ac nimis exuberanti cubitorum potius ſpatio: Secundò, ejuſdem ædificii ſitum diſtare, præ-

ter

præter enūciatā longitudinem ex linea obliqua in via publica, à domibus vicinis, media via privata, conſueto 12. palmorum ſpatio; & tertiò demum feneſtras propinquorum non omnes maris aſpectu privari.

Quibus viſis, ac diligenter perpenſis,
3 nulli remanet dubitationi locus, undè impediri poſſit dictum ædificium, nè altiùs extollatur, non ſolum juxtà ſtatutas normas, ſed uſque ad cœlum (ut ita dicam) & oppoſitis non obſtantibus, ad ejus libitum in ſuo proprio ſolo dominus cæptam domum ad præfixam reducere metam, ac perfectionem, nequeat; quoties ei enunciata Zenoniana Conſtitutio *in l. ex quo pace* 12. *C. de ædific. privat.* penitus officit; Sed Iuris communis, ac municipalis expreſsè fa-
4 vent indubitatæ concluſiones, licitū cuiq; nimirum eſſe in altum (ſi poſſibile eſſet) extollere uſq; ad cœlum, ex *l. altius, & l. ædibus, C. de ſervit. & aqu. ubi gloſ. l. fin. ff. de ſervit.*
5 niſi adeſſet ſervitus conſtituta, vel præſcripta, altiùs non extollendi ædificium, etiam ſi lumina vicini obſcu-
6 ritate afficerentur, *l. Proculus, ff. de damn. infect. l. fluminum* 24. *§. fin. ff. eod. tit. l. ſi in ædibus, & l. cum eo*
7 *ff. de ſervit. urban. præd.* Ea ratione potiſſium, quia non videtur dolo facere, qui jure ſuo utitur, *l. nullus videtur ff. de regul. jur.* niſi hoc fieret ad æmulationem, *l. opus novum*,
8 *ff. de operib. publ.* quæ haud præſumi poteſt, niſi plenè probetur, eique incumbit, qui eam allegat probare, *gloſ. in*
9 *d. l. fluminum, §. fin. l. quominus, ff. de flumin.* ubi *Bart.* & utrobique DD. omnes, quos referunt præſertim *Gayll. obſer.* 69. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 298. *num.* 24. *Viv. dec.* 306. *Theſau. deciſ.* 16. *num.* 10. *Maſcard. concl.* 620. *in tract. de probat. num.* 15. aliiq; apud *Sichard. conſ.* 9. *num.* 15. Quē-
10 admodum de jure Conſuetudinario idem ſtatutum comperitur, per *d. Conſuetud. incip. ſi quis habet de ſervit.* ubi *Napod.* cæteriq; *Addentes*, ità communiter teſtantur cum *Gramm. deciſ.* 15. *nu.* 5. & *Vrſill.* præſertim *ad Afflict. deciſ.* 225. *num.* 4.

Sed nō poſſe impediri proſpectum ma-
11 ris, quia vicini ex adverſo clamabāt, eorumq; tota vis videbatur eſſe in decantata *deciſ.* 50. *Reg. Capyc. Latr. lib.* 1. Ideò jura, & DD. authoritates principiò referam, quæ in præfata *deciſione* allegantur, & poſtea, nec illam, neque allegata obſtare, quòminus mandatum revocetur, atq; liberam ædificandi facultatem, quam perperam contendunt, nullatenus poſſe impediri, breviter oſtendam.

Allegantur namq; ex *d. deciſ.* 50. *Reg.*
12 *Latr.* primò *tex. in d. l. ex pace* 12. *C. de ædif. privat.* ubi dicta Zenonis Conſtitutione cavetur, nè in conſtruendis novis ædificiis maris tollatur aſpectus, niſi centum pedum relinquatur ſpatium, *tex.* item *in l. fin. ejuſdem tit.* ubi Iuſtinianus Imperator,
13 præfatam Zenonis Conſtitutionem (quæ localis tantùm erat, Conſtantinopoli) in omnibus Romani Imperii
14 Provinciis ſervandam, juſſiſſe videtur: & tandem *Novell. ejuſdem Iuſtin.* 63. *in Auth. de nou. oper. nunciat. aſpectus maritimi*, ubi *d. Zenonis* legem de maris aſpectu non tollendo, niſi centum pedum ſpatio intermiſſo, omninò ſervari, ubiq; mandatur.

Hæc ſunt Iura profectò, quæ adducun-
15 tur, ad impediendam totalem dictæ domus conſtructionem, & hæc haud officere, clarè liquet, nè valeat inceptum ſequi ædificium, noſter cliens, cum juxta earumdem legum præſcripta, inceptum ſanè conſtruat ædificium, tàm ratione diſtantiæ, quàm maris proſpectus; cum omninò non amittatur per vicinos, qui aliundè illo commodè fruantur.

Ità pariter dicendum eſt de *d. deciſ.* 50.
16 *Reg. Latr.* quæ potius pro nobis allegari queit, cum in ea nec deſcripta aderat vicinarum diſtantia domorū, nec maris aſpectus alibi habere poterat.

Digitized by Google

rat: imò proferatur, quod eſt fortius fuiſſe fundatam in cauſa æmulationis, non autem in viribus propoſiti articuli, ſuper quo non ità vim feciſſet S.C. ſicut & in enunciata æmulatione, cujus cauſa rectè limitatur, tàm Iuris communis diſpoſitio in *d. l. altius*, quàm Iuris municipalis, nempè *Conſuet. ſi quis habet, de ſervit.* quod in caſu noſtro minimè habetur, cum diverſa omninò illius ſit ſpecies, neque ulla inſpiciatur æmulatio.

Verùm, ut omnis prorſus præcludatur
17 dubitandi aditus, videantur, quæſò, quę nimis eruditè ſcripſit *Gyptius in obſerv. ad d. Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 50. ubi non ſolùm plenè reſpondet Iuribus, quæ pro complateariis ex adverſo, ut diximus, fuerunt allegata; ſed etiam binas conſimiles cauſas refert; alteram ſcilicet, cum præcipua, ac notabili ſanè S. Conſilii deciſione favore Lelii Balduini, in proprio ſolo conſtruentis, ad relationē Conſil. Io: Baptiſtæ Iovini, alteramq; D. Mariæ Cardenas, pro qua ſcripſit Conſil. Aloyſius Capaccio, cōtra Principiſſam Marani ad hoc, ut ædificiū perfici, ſimili maris prætextu, impediretur. Et tandem refert item *Gy-*
18 *ptius* idem, ac *Reg. Latr. loc. cit.* aſſerit, nimirum ſuæ recentis Deciſionis articulum fuiſſe apud Votantes in utraque parte valdè dubium; adeòut pro derimenda paritate, quæ primò acciderat, duo tantùm ex tribus adjunctis, innixi enunciatæ præſertim cauſæ æmulationis, pro vicinis ſuffragia dedere, aliter ſecus decreviſſent. Vndè his porrò perpenſis, atq; apertè nimis inſpicientes, omni prorſus via, propoſitę noſtri caſus ſpeciei *Reg. Capyc Latr. deciſionem* minimè adverſari poſſe, partes litigio ceſſerunt.

## CONTROVERSIA XXXXI.

**Partes an, & quomodo conſentiendo in Iudicem, ità ſibi præjudicium afferant; ut minimè poſſint ulterius Fori declinatoriam ex adverſo opponere?**

### *SVMMARIVM.*

1 *Facti ſeries; & exceptionis fori declinatoriæ origo, exponitur n.* 2.
3 *Pars conſentiendo in Iudicem, an declinatoriæ fori exceptioni iam renunciaſſe, cenſeatur?*
4 *Actor ſequitur forum rei.*
5 *Pars citata, quæ ab initio ſciat, non eſſe ſubjectam juriſdictioni citātis, ſi paſſa ſit, contra ſe procedi, tacitè in Iudicem conſentire videtur.*
6 *Exceptiones dilatoriæ opponi debēt in principio litis; pręcipuè impedientes proceſſū, ob fori privilegiū.*
8 *Nè pars cēſeatur in Iudicē cōſentire*
9 *Reus reſpondens, his verbis ſcil:* inſtat pro actis, quibus viſis, audiri inſtat coram cauſæ Commiſſario, *an cenſeatur in Iudicē cōſentiiſſe?*
10 *Eò magis, quando coram eodem Iudice, non de fori incompetentia, ſed de meritis cauſæ loquatur.*
11 *Exceptioni declinatoriæ non datur locus, ſi ſuo tēpore nō ſit oppoſita.*
12 *Aut, ſi nulla præceſſit partis citatæ proteſtatio, & num.* 13. *&* 14.
15 *Termino jam dato in cauſa, audita parte, nō opponente aliquid de fori declinatoria, ſed de principali cauſa tantùm loquente, an poſſit poſtea hęc exceptio ab eadem opponi?*
16 *Pars per varias ſcripturas conſentiens in Iudicem, fori exceptione amplius uti, nequit, & n.* 17. *&* 18.
19 *Forum cōpetens cujuſcumq; gradus, ſtatutus, dignitatis, conditioniſq; perſonarum eſt M. C. Vicarię.*
20 *Dilationibus cauſa non eſt danda.*
21 *Exceptio declinatoria denegatur in Iudicē cōſentienti, [illegible] n.*22.

### ARGVMENTVM.

Exceptioni declinatoriæ Fori, an detur locus, quoties Reus conventus, ceſſ

etſi à principio noſcens, ſe non eſſe ſubjectum jurisdictioni citantis, nihilominus paſſus fuerit per acta nonnulla contra ſe procedi, & interloqui, imò dari terminū in cauſa? Et quòd ipſa pars citata videatur, non ſolùm tali modo in Iudicem conſentire, verùm etiam illum approbare; ac proinde ſibi præjudicet, nè ulterius poſſit declinatoriam opponere, quampluribus rationibus demōſtratur, variiſque authoritatibus, hæc fulcitur ſententia, atque ità de recenti etiam per S.C.deciſum tandem traditur.

PRo lite vertente inter Ioannem Nicolaum Chiuſo, ſecundum legitimū virum Annæ Mariæ Gargano, & Marcum Antoniū Gargano dictæ Annæ Mariæ Patrē, & primò hanc ſuam filiam dotantē, quæ præ cæteris bonis nominato ejus ſecundo viro, præcipuè promiſit ſexcentū oves in priori matrimonio ſibi in dotem à præfato ſuo genitore aſſignatas; quæ oves, ſoluto dicto primo connubio, iterum pervenerunt in poſſe ejuſdem patris, ut ſupra dotantis; Quia ipſe detentor, multoties blandis monitus verbis, recuſavit enunciatas oves reſtituere; Comparvit tandem dictus Io: Nicolaus in M. C. V. petens ad ſui beneficium expediri ſequeſtrum ſupra dictas oves, quo obtēto, poſtmodum inſtetit ipſe Marcus Antonius in eadem M. C. V. dicens, ob nonnullas rationes, non teneri ad dictarum ovium reſtitutionem; ſuper qua petitione, facta ſtatim monitione, ac partibus plenè auditis corā Dom. Cauſæ Commiſſario, fuit datus terminus, ad fundandum per partes eorum jura; Verùm in litis conteſta-
2 tione, etſi idem Marcus Antonius reus cōve(n)tus, oppoſuiſſet exceptionē fori declinatoriam, & ad Curiam Civitatis Soræ cauſam remitti, inſtetiſſet; Hæc tamen remiſſio an ei competere poſſit, modò diſſeritur, quoties idē Marcus Antonius, ſuç partis adverſæ citationibus reſpondens, nullam de dicto privilegio mentionem fecit; imò in Iudicem conſentiens, evidenter prædictæ declinatoriæ fori exceptioni renunciaſſe, cenſetur.

Vndè, quamvis prima fronte, non poſſe
3 ei denegari dictam exceptionem, videatur, eò magis ubi reus eſt privilegiatus, juxtà illam Iuris regulam:
4 Actor ſequitur forum rei, *l. ſtatuimus* 32. *C. de Epiſ. & Cleric. l.* 2. *C. de juriſd. omn. Iud. cap.* 2. *&* 4. *de for. compet.* Nihilominus, quia varia præceſſerunt acta, ut annuimus,
5 nulla facta mentione per partem de dicta exceptione, idcircò juri ſuo ſpontè ceſſiſſe cenſetur, ac in Iudicē tacitè conſentiiſſe, illumque pariter approbaviſſe videtur, & proindè eidē amplius non eſſe permiſſum, declinatoriam fori opponere.

Ità fuit elegās *Muſcatelli* doctrina *par.*
6 4. *gloſ. termini, num.* 2. *&* 5. ubi ait, quod exceptio dilatoria, quç ultrà impedit proceſſū, propter privilegiū fori, ab initio opponi debet, nullo alio
7 præcedente actu, ex quo in Iudicem conſentire videatur, ibiq; etiam *Conſ. Prat. in addit.* qui nonnullos ad propoſitum refert. Et innititur *Muſcat. loc. cit.* authoritati *tex. in l. fin. C. de except.* itē ex *Bart. in l. quidā conſulebat, ff. de re judic. & cap. inter Monaſteriū, de ſēt. & re judic.* his verbis:
8 *cū conſtiterit nobis, primā commiſſionem non fuiſſe per ultimam revocatam, tum quia cauſæ ſuſpitionis in jure propoſitæ frivolæ videbantur, quas etiam tanquam dilatorias, ante litis ingreſſum opponere debuiſſent, quibus coram Delegatis eiſdem ſubeundo judicium renunciaſſe, videntur*: Et ſic ſequitur uſque ad finem
9 ſemper aſſerendo, exceptionem dilatoriam eſſe in principio opponēdam, nè pars videatur in judicem conſen-

tire, prout advertit etiam *Marant. in ejus praxi civil. par.6.n.* 6. *&* 2.

Verùm ex adverſo licet dicatur, allatas
10 rationes, haud eſſe parti oppoſitas, eique potiùs favórabiles, quia in ſuo libello dictam præcipuè exceptionem notavit, aſſerendo, ipſam M.C.V. eſſe ejus forum incompetens, pro dicto ſequeſtro ordinato; attamen quò uta-
11 tur ipſa motivo, aut quibus nitatur juribus, neſcio, quoties per plures ſcripturas non replicavit, hanc opponens exceptionem, ſed ſemel enunciata in dicto libello, de ea poſtea nullam amplius mẽtionem fecit in actis ſubſequentibus, de omni re prorſus loquendo, præter id, quod ad talem pertinet exceptionem, imò monitioni reſpondens hoc modo, videlicet: dixit *inſtat pro actis, quibus viſis, inſtat audiri coram Domino cauſæ Cõmiſſario.*

En quomodo pars ullam fecit mentio-
12 nem de tali exceptione, & paſſa eſt, interloqui coram Iudice, fori incompetentiam occultans, ac de cauſæ principalis juſtitia, eiuſq; meritis tantùm loquens. Quadere hoc quidem
13 ſuffi it, ut minimè locũ habere poſſit hujuſmodi exceptio, quę ex ſubſequentibus actis nullo modo fuit oppoſita, neq; pro illa anteceſſit aliqua præcipua proteſtatio, ex qua dici queat, partem adverſam, animo non conſentiendi in Iudicem, interlocu-
14 tam fuiſſe, juxtà *deciſ. Rotæ ex recent.*91. *num.*11. *p.* 6. in qua clara nimis continetur ſententia, ut opponens exceptiones dilatorias, debeat proteſtari, ſe nõ conſentire in Iudicẽ,
15 & hoc in quolibet actu eſt faciendũ, aliàs à dicta proteſtatione recedere omninò cenſetur.

Et quamvis ſumat iterum pars novas
16 vires, dicatq; acta ſubſequentia pendere à libello, in quo oppoſuit dictã exceptionem, & proindè audiri debere ait, corã Iudice competenti; perperam id tamen ſupponit, cum manifeſtè appareat contrarium ex ipſo
17 decreto termini, conceſſi à Domino Commiſſario ad probandum, ex quo arguitur; quòd ſi Iudex, coram quo interloquta fuit, certioratus fuiſſet de dicta exceptione, cauſam remiſiſſet, nec terminum dediſſet; at quia illa non fuit oppoſita, nec verbis, nec ſcriptis formiter, jure quidem præfatus fuit datus terminus.

Hinc clarè liquet, non poſſe partem ad-
18 verſam amplius dictã petere remiſſionem, nec denuò ad illam eſſe recurrendum, cum conſtet evidenter per tot acta in Iudicem conſentiiſſe; juxtà ea, quæ docet *Muſcat. p.2. gl. competentes, nu.*24. ibi: *Si pars paſſa fuerit contra ſe procedi, & interloqui, videtur ſibi præjudicare, & ideò declinatoriã opponere non poſſe, quatenus in Iudicem jã conſenſiit, & approbavit*: idemq; confirmat *à nu.* 39. *ad* 42. innixus diſpoſitioni *tex. in l. ſed ſi ſuſceperit, ff. de judic.* Præ-
19 terquam, quod non poteſt quæri eadem pars de tali, aut tacito, vel expreſſo conſenſu, præſtito in M. C. V. cum ipſa ſit ſanè forum competens omnium cujuſcumq; ſtatus perſonarum, gradus, conditionis, dignitatiſque, ut ſtatuit *Rit.* 46. ubi plenè *Caravit.* & habetur ex *Ritu* 230. ibiq; fuſius *Conſil. Petra.*

At poſito, quod ipſa M. C. non ſit ejus
20 forum competens, cur conſentiit in Iudicem, cur ab eadem judicari voluit? Nonnè hæc manifeſta fraus, omni qua decet reverentia, videtur; non eſt itaq; reicienda hæc modò incõgrua oppoſitio ſ. declinatoriæ fori, nè anſa partibus delinquendi detur, hujuſmodi dilationibus, prout apud
21 omnes DD. hoc eſſe præcipuum caput, habetur, ex quo denegetur dicta exceptio, quæ in præſenti, & ſimilibus caſibus, haud obſtat.

Idq; tandem eò magis, quia eiſdem ra-
22 tionibus videtur paſſim aſſẽtiri S.C. ut inter cæteros ex noſtratibus teſta-
✠ tur *Afflict. deciſ.* 380. *num.* 7. in qua latè de his ratiocinatur, & deciſum refert, fuiſſe denegatam fori declinatoriam

toriam

Digitized by Google

toriam, ea præcipua ratione, quia pars ſimplici libello S. C. adivit, & proinde nō fuiſſe locū poſtea propoſitæ exceptioni. Qua deciſione omninò firma remanent uſq; adhuc dicta, omniaq; jura pro noſtro Cliente expoſita clariora patent; & idcircò parti adverſæ eſt deneganda hæc fori declinatoria, eiq; tantùm ſiſtere licet Iudici, cui prius per acta conſentiit, utpotè
23 hoc Iuribus conſonans, & ad fraudes, ac dilationes tollendas æquiſſimum. Cætera verò, quæ noſtræ deſunt imbecillitati pro his compeſcendis abſurdis, ac pro dotium tutela oneribuſq; matrimonij ſubſiſtendis ſuppleant de more peritiſſimorum, quibus nitimur, ingenia Iudicantium. Et ità ſecundùm allegata anno 1677. per M. C. fuit deciſum non eſſe locū
✠ dictæ exceptioni declinatoriæ, ut in Banca de Izzo, & decretum iterum facto verbo in S. R. C. fuit cōfirmatū, referente Ill. Duce Lauriæ D. Adriano Vlloa, meritiſſimo R. Collat. Conſilii nunc Senatore, atque digniſſimo olim Spectabilis Præſidis ejuſdē Sacri Conſilii Felicis memoriæ Filio.

## CONTROVERSIA XXXXII.

Liberi in conditione poſiti ab Aſcendentibus, ex quavis alia, licet leviſſima conjectura, an cenſeantur etiam illi diſpoſitivè vocati?

### *SVMMARIVM.*

1 *Verba, ex quibus clarè colligitur, filios in conditione poſitos ab avo, eſſe diſpoſitivè vocatos recenſentur, & num. 2.*
3 *Filij in conditione poſiti, uti diſpoſitivè vocati, ad hæreditatem veniūt ſubſtituētis: propriis perſonis*
4 *Et validis cōjecturis id exprimētib.*
5 *Conjectura quidem, & clara ad dignoſcendum, ſi filij ſint diſpoſitivè vocati, eſt ubi ab Aſcendentibus in conditione ponuntur.*
6 *Præſertim ſi eadem conjectura uniatur aliis, in diſpoſitione contentis.*
7 *Conjecturæ variæ inducunt diſpoſitivā filiorū vocationē in teſtamēto*
8 *De eorū varietate ſępè in foro agitur*
9 *Sed Iudicis arbitrio illę remittūtur*
10 *Et debent eſſe vehementes pro filiis.*
11 *Nam niſi ſint efficaces, filii in conditione, nō cēſetur diſpoſitivè vocati*
12 *Quoties teſtatoris voluntas nō patet*
13 *Expreſſum dicitur, quod ſub generali verborū cōceptione cōprehēditur*
14 *Itē quod patet ex præſumptionibus.*
15 *Filii in conditione poſiti, diverſimodè conſiderantur, in deſcendenti, & tranſverſali linea, ut cenſeantur diſpoſitivè vocati.*
16 *Teſtatoris mens, ac voluntatis intellectus, nō verborū ſonus attēditur*
17 *Tranſmiſſioni quando detur conjecturis locus ex fideicommiſſo conditionali?*
18 *Fideicōmiſſa conditionalia nō trāſmittuntur ſine præſumptionibus.*
20 *Conjecturæ, ex quibus fideicōmiſſi conditionalis trāſmiſſio inducitur*
21 *Conjecturæ, ſubſtitutionē non inducentes, pro tranſmiſſione ſufficiunt*
22 *Filii in conditione poſiti ab extraneo, ut cenſeantur diſpoſitivè vocati, quæ requirantur conjecturę?*
24 *Filii poſiti in conditione cum qualitate, tàm maſculinitatis, quàm legitimitatis diſpoſitivè vocantur*
25 *Dictio* quādocumq; *in filiorum cōditione repetita, exprimit vocationē*
27 *Idem ſubſtitutio reciproca operatur*
28 *Clauſula* omni modo meliori, *et ſi in principio, teſtamenti vim cōſervat*
29 *Bonorum alienatio prohibita eſt cōjectura valdè efficax, ad inducendam diſpoſitivā filiorū vocationē.*
30 *Idq; eò fortius, ſi hæredi prohibeatur, nè fidejubeat ex quavis cauſa.*

### ARGVMENTVM.

Ab Aſcendentibus præſertim, liberi in

 con-

conditione poſiti, num cenſeantur per fideicommiſſum diſpoſitivè vocati? Quamvis decantata nimis ſit quæſtio, ad peculiare tamen iterum deducitur examen in caſu etiam particulari, ſcilicet quòad deſcendentes ex linea recta, ſi hæc prior, & potiſſima dicatur ex conjecturis, adeout ſola ſufficiat ad inducendam filiorum diſpoſitivam vocationẽ, cæteris omiſſis, quæ tantùm in aliis caſibus requiruntur. Nonnullaq; pariter de fideicommiſſis conditionalibus, quando nempè in eis ſit locus tranſmiſſioni, ac de variis clauſulis teſtamentariis, & de earum vi, plenè dilucidantur.

1 SVpremum jam functo diem annis præteritis, Franciſco Antonio Seraphino Terræ Montis auri, ultimo ſolemni condito teſtamento, quo inſtituerat ſuũ hæredem univerſalem Dominicum Seraphino, ejus Filium legitimum, & naturalem, cum ſequenti nimirum ſubſtitutione, ut decedente ſ. dicto ſuo legitimo herede, uti ſupra quandocumq; vel in pupillari ætate, aut ſine liberis, legitimis, & naturalibus, ex ſuo corpore legi timè deſcẽdentibus, tali eventu ſuccederent Joanna, Laura, & Aurelia Seraphino ſuæ filiæ, quæ ſolùm poſſent in hujuſmodi caſu diſponere de certa quãtitate bonorum, cum ſubſtitutione de reliquo inter eas reciproca: Defunctoq; deniq; etiam præfato Dominico, comparuerunt in M. C. V. Nicolaus, & Petrus Seraphino ejus filii legitimi, & naturales, & tanquam poſiti in conditione, ut apertè arguitur ex claris eorum Avi enũciatæ diſpoſitionis, verbis ſequentibus, videli-
2 cet: *Item vuole eſſo Teſtatore, che ſuccedendo, che il detto Domenico ſuo figlio, & erede come di ſopra, quandocumque moriſſe tanto in età pupillare, quanto ſenza figli legitimi, e naturali di ſuo corpo legitimamente deſcendenti, vuole eſſo teſtatore, che ſuccedano dette ſue figlie, e ciaſchedunа de' duc. 500. tantũ poſſa diſponere à loro libera volontà*. Inſteterunt propterea declarari, eos eſſe diſpoſitivè vocatos, & proinde hæreditatẽ
3 dicti quond. Franciſci Antonii eorũ Avi, ad eos ſpectare, & ſpectaviſſe ex propriis perſonis, & non tanquã hæredes præfati olim Dominici Seraphino eorum Genitoris.

Quadere, dato Curatore enunciatę hæ-
4 reditati, ac compilato termino, procul dubio ſperatur à prædictis Nicolao, & Petro filij dicti quond. Dominici, & nepotes reſpectivè dicti quõd. Franciſci Antonii, ex ſolidis conjecturis, quæ profectò concurrunt eorum favore, & juxtà quas pluries deciſũ invenitur per S. C. præſertim, & alibi in aliis Tribunaliũ ſubſelliis, ſicuti habetur apud decantatas *Deciſ.* præcipuè *Reg. Capyc. Latr. primã, &* 110. *Reg. Rovit. conſ.* 54. *lib.* 1. *& Conſil. Anna conſ.* 9. inter cæteros ex noſtratibus Regnicolis, idem ab ipſa M. C. decernendum fore in eorum beneficium, propter eaſdem evidentiſſimas conjecturas, ac Iuris præſumptiones.

Et hoc eò fortius, quia ſi adduci poteſt
5 in præfato, & tam inter DD, decantato Iuris articulo, clara præſumptio, aut evidens conjectura, quæ dici queat, omninò incontrovertibilis, & penes omnes tuta, quia communi ore approbata, illa porrò videtur, filios eſſe poſitos in conditione, tanquam à teſtatore deſcendentes per lineam rectam, ſicquè cenſeri ab ipſo diſpoſitivè vocatos; Et hæc haud admittit ullam ex adverſo oppoſitionem; eò magis, quando aſſociatur, ut in præ-
6 ſentiarum, cum cæteris, etiam non levioribus, ſed magni momenti præſumptionibus, & conjecturis, ut poſt *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 3. teſtatur *Ruſtic. in ſuo tract. de fil. in condit. poſit. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 13.

Fami-

Digitized by Google

Famigerata enim, ac valdè celebris præ-
7 fata, de qua modò hæſitatur iterum theſis, nempè quòad filios in conditione poſitos, ità difficilis, & anceps fuit apud Iuris peritos ſemper viſa, ut adhuc controverſa cunctis ſæpè in Prætorijs videatur, ob varias juris conjecturas, ex quibus nonnullæ cõcluſiones inſurgunt, prout ait *Fontanell. deciſ. Cathal.* 172. *num.* 15.
8 *lib.* 1. Quoniam, non ſolùm levi, ſed leviſſima ex conjecturis, filiorum vocationis præſumptio fuit admiſſa, & paſſim alicubi admittitur; at aliis in locjs diverſo modo, prout praxis ibi permittit, hæc filiorum vocatio elicitur, quandoq; cum urgentibus, quãdoq; autem levibus conjecturis; ità
9 ut certa non ſit danda regula in hujuſmodi articulo; ſed Iudicis ſanè arbitrio prorſus ſit terminanda quæſtio, quam nimis arduam vocat, propterea *Ciarlin. contr.* 166. *lib.* 2. Cæſareaq. deciſione indigere, alij dixerunt, ut præ cętetis teſtatur *Reg. de Marin. lib.* 1. *reſolut. cap.* 141. & *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 1. & 110. à quibus
10 diffusè præſens diſcutitur diſſertatio, ac vehementes, vrgenteſque ponderantur conjecturę, quibus liberi in conditione poſiti, verè vocati diſpoſitive appareant, uti pariter eas congerit *Anna conſ.* 9. Et licet communior inter DD. ſit negativa ſententia, contra filios in cõditione poſitos, ex *Gloſ. in l. Lucius* 2. *ff. de hæred. inſtit.* cũ allegatis per *Iul. Clar. in* §. *teſtamẽti quæſ.* 77. *Fuſar. de ſubſt. quæſt.* 43. *Fab. de err pragm. decad.* 26. *err.* 1. & *lib.* 17. *conject. art.* 19. *num.* 20. *Intrigil. de ſubſtit. cent.* 3. *quæſt* 26. *Gome. variar. reſol. lib.* 1. *cap.* 5. *tit. de ſubſt. fid. num.* 42. *Pereg. de fideic. art.* 28. *Theſ. deciſ.* 96. pręter alios penes *Ruſtic.* qui de hoc, ut annuimus, amplum edidit tractatum, & *pręd. Gloſſæ* opinionem latè defendit,
11 pręſertim *lib.* 2. *cap.* 1. prout variis diffinitionibus eadem roborata inſpicitur apud *Reg. Latr.* & *de Marin. loc. cit. Amat. conſ.* 91. *Farin. deciſ.* 100. *Caſtill. deciſ.* 18. *num.* 60. *Capyc. deciſ.* 115. *num.* 7. *de Petris cõſ.* 60. *Crivel. deciſ.* 125. *num.* 12. *Viv. deciſ.* 393 *Surd. ubi Hodiern. deciſ.* 162. *Fontan. deciſ.* 40. *Andre. contr.* 161 & 179. *lib.* 2. *Cenſal. ad Pereg. de fid. d. ar.* 28. *Reg. Merlin. contr. for. cap.* 1. & 62. *Cavaler. deciſ.* 496. *n.* 13. *Reg. Rovit. conſ.* 54. *num.* 5. *vol.* 1. *Staiban. lib.* 1. *reſol.* 58. *num.* 39. & 53. *Hodier. contr.* 10. cum aliis apud *Thor. tom.* 1. *comp. dec. verb. filii*, & *Gizz. in obſer. ad Reg. Latr.* cũ *Rodoer. ad Reg. de Marin. loc. cit.*

12 Attamen unico ore limitatur hæc apud omnes Concluſio, ubi adverſę urgent conjecturę, ex quibus aliter de teſtatoris voluntate conſtet, tunc enim dubio procul cenſentur liberi diſpoſitvè vocati, qui in conditione fuerunt poſiti; cum ſatis dicatur expreſſum, quod ſub generali verborũ
13 conceptione compręhenditur; ſicuti expreſſum item dicitur, quod ex pręſumptionibus, ac validis conjecturis
14 conſtat, *l. licet Imperator, ubi Bart. num.* 2. *ff. de leg.* 1. *Præſ. de Franch. deciſ.* 15. *Menoch. conſ.* 5. *num.* 10. & *conſ.* 210. *num.* 8. poſt *Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 11. *tit.* 2. *n.* 19. *Trentacinq. de ſubſt. p.* 4. *c.* 11. *num.* 23. *Fuſar. q.* 437. *num.* 6 cum cæteris ex brevitate pręter miſſis penes *Conſ. Rocc. reſp.* 58. & *Conſil. Staib. reſol.* 58. *num.* 36.

Conjecturæ autem, ex quibus clarè pa-
15 tet, filios in conditione poſitos eſſe diſpoſitivè vocatos, quia plenè ponderantur per *Conſ. de Anna d. conſ.* 9. alioſq; ſuprà allegatos, illas idcircò omitto, cum penes eos perpendi poſſint. Illud tamen notabile nimis ad propoſitum, haud relinquam, quod ponderat *Reg. Capyc. Latr. d. deciſ.* 1. *num.* 41. diſtinctione utens, inter deſcendentes, & tranſverſales, nempè ſi de his diſceptetur, an cenſeantur vocati, nàm ubi de deſcendentibus agitur, ut in pręſentiarum, quęvis cõjectu-

jectu-

Digitized by Google

jectura, etſi leviſſima, quidem ſuffi-
cit: ſi verò de tranſverſalibus ſit con-
troverſia, tunc requiri efficaces conje-
cturas, & ex ipſo teſtamento apparẽ-
tes, quem latet, ut dici poſſint illi
diſpoſitivè vocati. Quam diſtinctio-
nem amplectuntur omnes de hoc di-
ſputantes articulo, præſertim *Ruſtic.
loc. cit. num.* 11. & juxtà illam Iudi-
16 cis arbitrium, inter tot .ſ. opinionum
anfractus, regulari videtur, ad facilius
dignoſcendam vocationem inter po-
ſitos in conditione, ut decidatur hæc
tam decantata quæſtio; non tantùm
ex verborum ſono, ſed ex præſum-
pta, & rectè cõjecturata teſtatoris vo-
luntate, cujus ſenſus attenditur *ex
l. in legatis, C. de leg.* & quælibet dif-
ficultas ità omninò ſolvatur.

Quemadmodum reſolvitur etiam, quæ
17 continuatur in materia ipſius *Gloſſæ*
quæſtio, in *d. l. Lucius, ff. de hæred.
inſt.* de fideicommiſſo conditionali,
nempè ex conjecturis, an tranſmit-
tatur, vel ſecus, juxtà *Oltrad. conſ.*
21. ubi plenè recenſentur conjecturæ,
ex quibus fideicommiſſa conditiona-
lia ſanè ad hæredes tranſmittantur,
18 etſi regulariter non ſit illorum per-
miſſa tranſmiſſio, ex *l. unica, §. ſin
autem ſub conditione, ubi Gloſ. C. de
cadu. toll. l. ſi ità legatum, §. illi, &
l. ſi cui legatum, §. hoc autem, ff. de
leg.* 1. cum aliis congeſtis per *Nicol.
Noalis, de tranſmiſſ. caſ.* 1. *num.* 2.
*Ruſtic. in conſ.* 2 *poſt d. ejus. tract.
num.* 54. *Mantic. de conject. ult. vol.
lib.* 2. *tit.* 2. *Fuſar. de ſubſt. q.* 40. *&
per* Reg. Capyc. Latr. *d. deciſ.* 1. *art.* 3.
*& deciſ.* 110. Nam eadem limitatur
19 aſſertio, quoties contrarium ex taci-
ta teſtatoris voluntate elicitur, pro
conditionalis fideicommiſſi tranſmiſ-
ſione, ex doctrina *Baldi in l. un. n.*
10. *C. de his, qui ante aper. tab. Natt.
conſ.* 551. *num.* 10. *lib.* 4. *Soc. conſ.*
141. *num.* 22. *lib.* 2. aliorumq; quos
refert *Ruſt. d. conſ.* 2. *num.* 55. *Ann.
d. conſ.* 9. *& Reg. Latr. d. deciſ.* 1. *n.*
79. ubi ſigillatim omnes ferè ponde-
rantur conjecturæ pro d. tranſmiſſio-
20 ne, quæ pariter conſiderantur pro
filiis, in conditione poſitis; licet fa-
cilius ex conjecturis tranſmiſſio, quã
vocatio inducatur, juxtà tradita præ-
ſertim à *Cephal. conſ.* 16. *num.* 64.
*Cravet. conſ.* 62. *in fin. Menoch. de
præſ. lib.* 4. *pr.* 76. *num.* 84. & *Ru-
ſtic. cit. tract. lib.* 5. *cap.* 9. Et propte-
21 rea ubi conjecturæ non ſufficerent,
ad effectum vocationis, aut inducẽ-
dæ ſubſtitutionis, ſufficerent ſaltem
ad tranſmiſſionem, ut perbellè ratio-
cinatur *Reg. Capyc. Latr. loc. ſæpè cit.*

His igitur ità congeſtis, ut ad propoſi-
tam redeamus theſim de filiis, in cõ-
ditione poſitis, ſi diſpoſitivè ſint voca
ti, reditum etiam faciamus, oportet
22 ad ea, perdoctè nimis expoſita ab eo-
dem *Ruſtico d. lib.* 5. *cap.* 2. ubi aſſe-
rit *n.* 3. quòd filii, ab extraneo poſiti in
conditione, & à collateralibus, ut cẽ-
ſeantur diſpoſitivè vocati, majores,
efficacioreſq; requirantur conjectu-
ræ; Sed quando ab aſcendentibus, ut
in caſu noſtro, in conditione illi po-
nuntur, tunc etſi leves ſint conjectu-
ræ, ſanè ſufficient, favore liberorum,
ut ipſi cenſeantur diſpoſitivè vocati,
ut etiam teſtantur *Craſſ. in §. fidei-
commiſſum nu.* 14. *Peregrin. Fuſar.*
aliiq; quos recenſent *Reg. Capyc. Latr.
d. deciſ.* 1. *num.* 41. *Theſaur. deciſ.*
96. & *Reg. Rovit. d. conſ.* 54. *lib.* 1.

Quamvis enim apud DD. ſit tanquam
23 concluſio indubitata, ut filii ſimpli-
citer in conditione poſiti, ut ſupra di-
ximus, non intelligantur generaliter
diſpoſitivè vocati, ex *Gloſ. in d. l. Lu-
cius, ff. de hær. inſtit.* Nihilominus,
tam eſt vis huius principalis cõjectu-
ræ in beneficium filiorum, ut illi pro-
cul dubio cenſeantur diſpoſitivè vo-
cati, quando ab aſcendentibus ſunt
poſiti in conditione, quod ullam ad-
mittit contradictionem, quia efficaci-
ter illos vocatos eſſe ajunt, præſer-
tim *Fuſar. in ſuo tract. de fideicom.
quæſt.* 437. *Andreo. contr.* 179. *num.* 5.
*Cancer. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 78.

*Ciarlin.*

Digitized by Google

*Ciarlin contr. for. lib.2.cap.166. nu.*
*4. & 5. Cavalc. deciſ.* 496. *Paul. de*
*Caſtr. conſ.* 263. *Pariſ. conſ.66.lib.3.*
& ità varias in hujuſmodi articulo
opiniones conciliat *Iul. Clar.in d.* §.
*teſtamentum quæſt.* 77. ac ità ſemper
deciſum fuit, ut videri poteſt præci-
puè apud *Reg. Capyc. Latr. loc cit.* &
noviter nonnullas alias ſimiles deci-
ſiones refert *P. Afflict. controverſ. ju-*
*ris cap.* 32. *num.* 43.

At in caſu præſenti, non tantùm adeſt
24 hæc potior, & de per ſe efficaciſſima,
& tot authoritatibus innixa, ſed cum
ea concurrunt aliæ non minoris mo-
menti, ut annuimus, validiſſimæ cō-
jecturæ, quæ colliguntur ex ipſius te-
ſtamenti verbis, ante exaratis, inter
quas ultra conditionem, favore de-
ſcendentium ex filio, qui ex hoc cen-
ſentur diſpoſitivè vocati, ſe offert ve-
hementior præſumptio. nimirū, quod
hi deſcendentes poſiti ſunt in condi-
tione cum qualitate, non tantùm ma-
ſculinitatis, verùm etiā legitimæ pro-
lis, illis nempè verbis: *Quandocumq;*
*moriſſe detto mio figlio, ſenza figli le-*
*gitimi, e naturali, di ſuo corpo legi-*
*timamente deſcendenti, in tal caſo*
*vuole eſſo Teſtatore, che ſuccedano*
25 *dette ſue figlie*; Quæ ſola conjectu-
ra eſſet nimis ſufficiens, ſine cæteris,
ad oſtendēdam teſtatoris expreſſam
volūtatem, quòad liberorum diſpoſi-
tivam vocationem, juxtà celebrem
*deciſ. Surdi* 162. quam ſequuti ſunt
*Cavalc. deciſ. 5. num.* 11. *lib. 3. Grat.*
*diſcept. foren. tom.* 4. *cap* 747. *num. 5.*
*Ciarlin. controv. jur. lib.* 1. *cap. 25. n.*
*23. Farinac. deciſ.* 100. *num.6. Vivi.*
*deciſ. 262. nu.* 16. *Seraph. deciſ.* 934.
*num. 9. deciſ.* 956. *n.6. & deciſ.* 1329.
*Pariſ. conſ.* 37. *num. 53. & 66. num.*
*50. vol. 3. Menoch. de præſump. lib.* 4.
*præſ.* 76. *num.* 48. *conſ. 152. vol. 2.*
*conſ.* 1017. *& ſeq. Andreo. cit. contr.*
179. *num.* 6. *Socc. conſ.* 110. *num.*
*25. vol. 3. Reg. Rovit. conſil.* 54. *num.*
*7. vol. 2. Præſ. Amat. conſ.* 100. *nu.*
*31.* quam equidem conjecturam vo-
cat magis concludentem poſt *Reg. Ca-*
*pyc. Latr. d. deciſ.* 1. etiam *Conſil.*
*Staiban. reſol.* 58. *num.* 42. *lib.* 1.

Imò ex enunciata conjectura, aliæ duę,
26 nō inferioris conditionis ortū habent
liberorum favore: altera ſcilicet, quæ
conſideratur per dictionem, *quando-*
*cumq;* pluries in teſtamentaria diſpo-
ſitione repetita, prout idem teſtatur
*Reg. Capyc. Latr. loco* nuper *cit. nu.*
27 22. altera verò per ſubſtitutionem
reciprocam, ordinatam ab eodem te-
ſtatore inter filium hæredem inſtitu-
tum, ac filias ejuſdem, caſu quo ille,
Sororeſquè decederent quādocumq;
ſine filiis legitimis, & naturalibus ex
corpore deſcendentibus, quemadmo-
dum cum allegatis DD. pōderat *Fu-*
*ſar. de ſubſt. d. q.* 437. *nu.* 88. *Andr.*
*loc. cit. & Ciarlin. lib. 2. contr. cap.*
166. *num.* 4. quos plenè refert *Reg.*
*Capyc. Latr. d. deciſ.* 1. *num.* 30. Sequi-
28 tur item poſt has conjecturas, clau-
ſula *omni meliori modo*, quæ quamvis
non reperiatur inter verba ſubſtitu-
tionis, fuit tamē à teſtatore appoſita,
illaq; uſus fuit in principio teſtamen-
ti, ad conſervandam ſanè vim totius
diſpoſitionis, hac præventione; ità-
ut eadem clauſula extenderetur ad
omnes caſus, ut ait *Fuſar. d. q.* 437.
*n.* 225. *& poſt Ruſtic. d. l.* 1. *c* 6. *n.* 23.
*Sim. de Petr. interp. vult. vol. & cōſ.*
110. *Pariſ conſ.* 21. *nu.* 53. *& Me-*
*noch. præſ.* 76. *n.* 82. cū aliis congeſtis,
præcipuè *à R. Cap. Lat. d. dec.* 1. *n.* 28.

Omnia demum confirmantur in cauſa
29 præſenti, quia invenitur præ cæteris
illa valdè exprimens conjectura, nem-
pè expreſſa prohibitio alienationis a
teſtatore ordinata, & cum ea pariter
prohibitio, non ſolùm detractionis
trebellianicę, ac falcidiæ, juxtà DD.
penes *Reg. de Marin. in obſer.* 355.
*ad* Reg. *Revert. tom.* 1 & *Addent. ad*
Reg. *Latr. loc. cit.* verùm etiā adeſt
expreſſa prohibitio, ab ipſo teſtatore
30 ſuo filio hęredi ordinata, nè fidejube-
ret aliorū beneficio, & ullo modo bona
hæreditatis fidejuſſionis vinculo ob-
noxia

Digitized by Google

noxia remanerent. Quibus ultimis conjecturis valdè clareſcit ejuſdem teſtatoris voluntas liberorum favore, adeout illi videantur diſpoſitivè omninò per fideicommiſſum vocati, juxtà tradita per Ruſtic. & Reg. Latr. alioſque *ubi ſupra*. Eximia quorum authoritate ità decidendum fore ſperatur, ſub peritiſſimorum ſemper Ius dicentium doctrina. Sic uti fuit decisũ quarto nonas Iunij 1687. referẽte D. Julio Galeota, integerrimo cauſæ Commiſſario, hęreditatẽ ſcilcet quo. Franciſci Antonij Seraphino, ſpectare ad dictos Nicolaum, & Petrum Seraphino ex propriis perſonis, & non uti patris hęredes, prout habetur penes acta in Banca olim de Gallo.

## CONTROVERSIA XXXXIII.

Servati patrię Conſuetudinis diſpoſitione, nũ attendi debeat in ſucceſſione ab inteſtato cauſa immediata, & proxima perſonę, à qua bona ultimo defuncto obvenerunt; an verò mediata, ac remota nempè originis, ab ea ſcilicet perſona, cujus primò illa bona fuerunt?

### SUMMARIUM.

1 *Sphingis fabula exponitur ad hujus Quæſtionis ornamentum.*
2 *Facti ſeries diſtinctè exaratur.*
3 *Pater ſuccedit filio unà cum filijs.*
4 Ex Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, *ſi fiat ſucceſſioni locus, an ſit attendenda cauſa immediata, an verò mediata ſive prima bonorũ acquiſitio?*
5 *Decedenti ſine liberis, & ab inteſtato, quòd ſanè ſuccedãt proximiores ex parte illius, à quo bona obvenerunt immediatè, ſuſtinetur à n. 6.*
7 *Bona ſi tranſeant per plures perſonas, an retineant primævam qualitatem, & originem: an verò illa mutetur mutatis perſonis?*
8 *Morienti ab inteſtato, & abſque liberis ſuccedunt* per Conſuetud. Neap. *proximiores ex linea unde bona obvenerunt.*
9 *Hæreditas adita, non jam defuncti, ſed propriũ eſt hæredis patrimoniũ.*
10 *Filia dotata, ſtante ſtatuto, ut excludatur à ſucceſſione patris, ſi cõtingerit, filium paternam hæreditatem adire, & poſtea mori, à fratris patrimonio non excludetur, ob dotationem.*
11 *Statutum nõ excludit filiam à fratris ſucceſſione, licet eam excludebat ob dotationem à paterno patrimonio.*
12 *Vnuſquiſq; unicũ habet patrimoniũ*
13 *Commendãtur V. J. D. Ioannes Vincentius Cavalerius; Et Dominicus, & Hyacinthus de Mari germani fratres num, 4.*
15 *Renunciatio facta de paternisbonis, non compræhendit, quæ à patre ad fratres provenerũt, cũ ſint fraterna.*
16 *Perſona mutata, rei cõditio mutatur*
17 *Mutatione perſonarũ, mutatur pariter & qualitas bonorum.*
18 *Bona per aditionem hæreditatis, quia fiunt hæredis, idcircò deſinunt eſſe defuncti.*
19 *Renunciãtes bonis paternis, benè ſuccedere poſſunt ad illa, quæ fraterna dicuntur.*
20 *Avia paterna ſuccedit in bonis paternis, & materna in maternis.*
21 *Perſona in ſuccedendo attenditur immediata, à qua ſcilicet bona ultimò defuncto provenerunt.*

### ARGUMENTUM.

In ſucceſſione ab inteſtato, noſtris municipalibus inſpectis Sãctionibus, præſertim *Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua*, an ſit attendenda cauſa immediata, ſcilicet ultima bonorum acquiſitio, facta per defunctum: aut verò mediata, nẽpè originaria illorum adeptio, anvè proximiores ex parte perſonæ

à qua

à qua immediatè bona obvenerũt, vel cõjũcti ex parte alterius perſonę, à qua eidem mediatè illa provenerunt, ſuccedere debeant, attenta nimirum primeva rerum qualitate, nec prorſus earũ mutatione, ob mutatum perſonarum ſtatum? Latè diſcutitur ineſtricabilis quæſtio; & ad veritatis metã enixè indagandã, in quinque dividitur capita, ac de unoquoque diſtinctè fit ſermo ſuis locis, ſemper pro ſententia, favente proximioribus ex perſona immediata, quæ nonnullis fulcitur juribus, & pro coronide tribus S.R.C. deciſionibus, præ cæteris de recenti ortis, exornatur.

FAma Poetarũ eſt, teſte *Lactantio*, Sphinga
1 monſtrum horrendũ, Harpyiarum aſpectu, ingẽti ſcopulo vię imminenti inſidens, inextricabiles tranſeũtibus ambages, & inſolubilia ænigmata propoſuiſſe; ut quotquot diſſolvere non poſſent, unguibus ità dilaniaret, atque interficeret alis. Simili quidem periculo expoſitũ ſe agnoſcens ingeniolum meum, ob ejus imbecillitatem, in propoſiti articuli enodatione, & pro caſus ſpecie, omnibus abſtruſiore anfractibus, penes Municipalium noſtrarum Legum Interpretes, quadam ferè Sphynge devinctum, & prorſus cederet, & perderetur; niſi ad vos Togati Heroes, providi Argonautæ, atq; eruditi Theſei, pro hujus bravij, ad inſtar aurei Velleris adeptione, ac pro òptato gloriæ triumpho obtinendo, recurrerem, ut in tam vaſto abagum Pelago, & difficultatum ſyrtes, Adverſantiumq; vortices, ſecurum portum attingam, & à locis abditis omninò ad clariora victor evadere poſſim.

Clarior itaq; ut eluceat, Patres Conſcri-
2 pti, in diſcutienda theſi concluſionis veritas, in claris pariter principio exponatur, intereſt facti ſeries, cum ab illa faciliùs ad Ius pergatur, juxtà monitum *Alfen. in l. ſi ex plagis, §. in clivo, ff. ad leg. aquil.* & *Ariſtotelis* documentum *poſter. lib.* 1. ibi: *ignoratis principijs, & ignorantur omnia*. Hinc brevi licet methodo, diſtincta tamen oratione, ad veſtrã benevolam porrigere attentionem, ante omnia opinor, nonnullos ſucceſſionum eventus; undè ſciendum ſit, ex matrimonio nempè, tranſactis annis contracto, inter quond. U.J.D. Philippum Avondola; & Dorotheam Amatruda, tres ortos eſſe liberos, Ioſeph videlicet, cum Iulia, & Catharina Sororibus; At mortua, communis anno contagionis, enunciata Dorothea, ei ſucceſſit præfatus Ioſeph eius filius, cum onere dotandi dictas Iuliam, & Catharinam; Quinimò, defuncto etiã ipſo Ioſeph, ſucceſſerunt eidem prænominatæ Iulia, & Catharina Sorores, unà ſimul cum dicto Philippo eorum parente, pro tertia, & æquali profectò portione, iuxtà decantatam *textus* diſpoſitionem in *Auth. defuncto, C. ad Senat. Conſul. Tert.* poſt cujus Ioſeph obitum,
3 cum ſimiliter è vivis deceſſiſſet eodem peſtis tempore illicò Philippus pater, legitimè ſucceſſerunt ei præfatæ Iulia, & Catharina, ejus filiæ, prout hæredes declaratæ fuerunt, mediante decreto præambuli M. C.V. Et poſtmodum defuncta item dicta Iulia, anno ſequenti, altera enũciata eius Soror Catharina ſucceſſit, illaq; novo decreto ipſius M. C. fuit declarata hæres dictę quõd. Dorotheę eius matris, per intermedias perſonas, ipſorum Ioſeph, Iulię, & Philippi, ut omnia ex actis, hac facti ſerie liquidò conſtant.

Verùm mortua denique pręfata quõdã Catharina, ſuperſtite Andreana Avondolo, Sorore utrinque conjuncta dicti olim Philippi, ac enunciatæ quondã Catherinæ amita, illa

uti in gradu proximior ex linea paterna petiit propterea eius beneficio interponi decretum præambuli, non tàm omnium bonorum, eidem Catharinæ obventorum ex dicto Philippo, ſeù ab aliis, de dicta paterna linea ei conjunctis, quàm etiam ipſi obventorũ immediatè à dicta quond. Dorothea eius matre, mediantibus perſonis dd. quond. Ioſeph ejus fratris, Iuliæ ſororis, ac Philippi eius patris reſpectivè, minimè obſtantibus oppoſitis ex adverſo per Antoniam Battimello, pro prætenſa bonorum ſucceſſione ex linea materna, attenta *Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* propter rerum ſtatum iam mutatum, atque ob tranſitum illorum ad cæteras diverſæ lineæ, ex deſcripta ſerie perſonas.

Hinc nos, qui dictæ Andreanæ partes
4 tuemur, unà ſimul cum præclariſſimis viris, omniq; virtutum genere præditis DD. Dominico, & Hyacintho de Mari, in cauſa ſodalibus, quorum allegata, alia methodo recenſet *de Luc. ad Franch deciſ.* 696. clarè eorum veſtigia ſectantes demonſtrabimus, cauſæ deciſionem omninò pẽdere ex illo famigerato Iuris articulo: an ſcilicet *d. Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua*, quoties locum habet in aliqua ſucceſſione, attendi debeat cauſa immediata, ſivè ſecunda acquiſitio, an verò mediata, ſivè prima originaria bonorum adeptio; itaut fas ſit, dicere: utrũ, cũ quis moritur abſq; liberis, & ab inteſtato in bonis ſitis intra diſtrictum noſtræ Vrbis, ſuccedere ei de-
5 beant proximiores, ſivè conjuncti ex parte illius perſonæ, à qua bona defuncto mediatè obvenerunt, & attendenda ſit originalis illorum qualitas, an verò ſecunda, & ſequens adeptio; adeò ut, cum bona tranſeant per plures perſonas, retineant illam priſtinam qualitatem, ſivè originem: an tamen bonorum qualitas, ſivè conditio, per mutationem perſonarum, ac rerum ſeriem, ipſa quoquè mutetur?

His igitur præmiſſis, nõnullorũ Iurium
6 vi fundare, noſtri quidẽ erit inſtituti, ut præfatæ *Conſuetudinis ſi quis, vel ſi qua*, attenta diſpoſitione, omninò ab inteſtato, & abſq; liberis decedenti ſuccedere debeant proximiores ex parte illius perſonæ, à qua bona ipſi defuncto immediatè obvenerunt, & proindè omni procul dubio ſecundã, nec priorem eſſe attendendam illorũ adeptionem, demonſtrabimus; idq; apertè ex infraſcriptis, per nos conſideratis mediis, apertè nimis patefaciemus, & per quinque capita, de eadem quæſtione, ut luce meridiana clarior evadat, ſicuti annuimus, cõtinuò noſter tali lumine erit ſermo.

Primò etenim, quia propoſita ſententia
7 ſolidiſſimis fundatur rationibus, quę veris innititur Iuris principiis.

Secundò, quia eandem ſuſtinuit opinionem noſtrarum Conſuetudinum anteſignanus interpres *Napodanus* cum aliis *Addentibus*.

Tertiò, quia hæc eſt communior apud noſtrates, tàm ex Doctorum numero, & authoritate, quàm rationum pondere, & gravitate.

Quartò, quia juxtà præfatam noſtram ſententiam, ità ſæpè Sac. Conſilium decrevit, ut ſit inducta iam judicandi hæc Conſuetudo.

Et quintò tandem, quia etiam de Iure communi probabilior, ac eiuſdem diſpoſitioni magis cõſona videtur; Imò in terminis ſimilium municipalium ſanctionum, quibus aliis in locis defuncti patrimoniũ pariter dividitur, eadem ſervatur manifeſta concluſio.

Quòad primũ autẽ ex aſſertis, ut hęc ſit
8 tutior, quia inconcuſſis, ac veris Iuris principiis fundatur, clarè patet, ex eo potiſſimum, quia per *Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua*, diſpoſitum habemus, ut moriente aliquo, vel aliqua, abſque liberis, & ab inteſtato, exceptis bonis maternis, & à materna linea obventis, in quibus ſuccedũt proximiores ex parte matris, ad cætera omnia, à quacumque linea obvẽta

ve-

veniant ex patre cōjuncti. Sed prenominata q. Catherina, præfatas hæreditarias portiones, quas habuit ab enunciata q. Dorothea ejus matre, per intermedias perſonas dd. quod Ioſeph, Iuliæ, & Philippi, haud acquiſivit ab aliquo, ei conjuncto ex linea materna, neq; à dicta ejus matre; nam ab eius fratre, ſorore, & patre illas eidem obveniſſe, conſtat. Ad has igitur dictæ Dorotheæ portiones hæreditarias, concludendum eſt profectò, proximiores ex parte patris venire, ipſamq; Andreanam Avondolo ſuccedere reliquet. Maior propoſitio patet ex
9 *præcit. Conſuetud.* Minor evidenti ratione probatur; certum enim eſt in Iure, hæreditatem defuncti iam aditam ſtatim effici ipſius hæredis patrimonium, nec amplius dici bona defuncti, ut expreſsè ſancitur *in l.* 1. §. *veteres, ff. de acq. poſſ.* ubi *Gloſ. Iaſ. cæteriq; DD. l. eius, §. quod ſi ſtipulatus, num.* 8. *ff. ſi cert. pet. & l. Paulus ff. de acquir. hæred.*

Quod adeò verum eſt, ut (ſtante ſtatu-
10 to diſponente, filiā dotatam à paterna excludi hæreditate) ſi contingerit filium, qui patris adivit hæreditatem, poſtea mori, ſoror minimè ab eius fratris ſucceſſione excluditur, propter dotationem, quamvis frater alia bona, non habuiſſet, quàm paterna;
11 ea præcipua ratione, quia dicta patris hæreditas poſt aditionem, jam fratris eſt patrimonium, à quo ſoror per dotationem à ſtatuto non excluditur, ut ait *Rovit.* qui noſtram eodem medio tuetur ſententiam *conſ.* 100. *num.* 2. *tom.* 1. ubi *Conſil. Altimar. in obſer.*
12 cum nemo poſſit, niſi unicum, & proprium habere patrimonium, ut fundat *Reg. Capyc. Latr. conſul.* 19. *nu.* 19. & *Praeſ. de Franch. deciſ.* 171. *ubi Addent.* latiſſimè *Guttierez in cap. quamvis, de pact. in* 6. *num.* 8. *& Tiraquel. de jur. primog. quæſt.* 81. *verſ. ex quibus n* 6. idē oſtēdunt;

Vndè clarè deducitur in caſu noſtro, di-
13 ctas hæreditarias portiones præfatæ q. Dorotheæ, iā aditas antea per enunciatos Ioſeph, Iuliam, & Philippum nominibus reſpectivè, evaſiſſe ex tali aditione, proprium eorum patrimonium, & per conſequens dictam Catharinam ultimò defunctam eaſdē portiones hæreditarias Dorotheæ, quas per intermedias perſonas Ioſeph Iuliæ, & Philippi acquiſivit, non à dicta Dorothea eius matre, ſed à genitore, ſorore, & fratre verè habuiſſe; & propterea nil mirum eſt, ſi in eiſdem portionibus, apertè concluditur, ut ſuccedere debeat ipſa Andreana, uti proximior ex parte patris, excluſis penitus dictæ quond. Catharinæ, & ſic ex parte matris proximioribus; quemadmodum idem tuentur *Reg. Rovit. loc. cit. & Conſil. Provenzal.* noſtræ ſententiæ item acerrimus propugnator *in obſer.* 2. *ad d. Conſuetud. num.* 11. *& obſer.* 11. *&* 12. *per tot.* cum aliis innumeris, per eos allegatis, inter quos videantur, quæſo, cæte-
14 ri magni nominis Iuris Periti, apud egregias allegationes *Io: Vincentij Cavalerii,* qui de hujuſmodi articulo ſatis doctè ſcripſit, eandemque ſuſtinuit ſententiam, cui ſe ſubſcripſerunt duodecim, tunc tēporis Supremi Senatus Advocati, nempè *R. Rovit. Ferdin. Brancia, Franc. Lauritus, Decius Favilla, Franc. Riſtaldus, Scipio Conſtantius, poſtea Reg. & Io: Hierony. Zampulus,* cum *Scipione Phylamarino, Iacobus Sallutio, Franc. Ant. Coppula,* & *Io: Domin. Imparato,* quas allegationes inſerit *Thorus in ſuo ſupplem. compend. deciſ. S. R. C. in verbo, bona antiqua;* & eſt denique videndus pro expoſiti coronide *Præſ. de Franch. deciſ.* 696. cum cæteris *ibid. Addentibus.*

Idq; omninò confirmatur alia Iuris con-
15 cluſione, quæ ex eadē *l.* 1. §. *veteres, ff. de acquir. poſſeſſ.* emanat, ut nimirū renunciatio facta de paternis bonis, minimè comprehendat illa, quæ à patre provenerunt ad fratres, quia hæc dicuntur fraterna, nec amplius

paterna, ut latè ratiocinatur *Purpur- in l. fin. num.* 197. *verſic. ult. C. de pact.* Eadem præcipua ratione, quia per mutationem perſonæ à pa-
16 tre in filios, mutatur conditio rerũ, quæ licet proveniant à patre, non tamen dicuntur amplius paterna bona, ſed filiorum, ut in *d. l. procuratorem alias incip. Paulus, ff. de acq. hæred.*
17 Mutatione enim perſonæ, mutatur etiam qualitas bonorum; cum aditione hæreditatis mutentur bona, & quæ erant, puta materna, per aditio-
18 nem efficiuntur hæredis adeuntis, & deſinunt eſſe materna; & à ſimili, quæ erant paterna efficiuntur filiorũ adeuntium hæreditatem paternam, ſicq; renuncians bonis paternis admit-
19 titur deindè ad ſucceſſionem fratris, etiam in bonis paternis ad fratrẽ pervenientis, & ità attendatur perſona immediata, ut ex *Afflict. deciſ.* 127. *Seſſe deciſ.* 52. *Peregr. deciſ.* 77. *Mart. de ſucceſſ. par.* 2. *q.* 3. *art.* 1. *num.* 14. aliiſq; probat *Fontanell. deciſ.* 53. & *Cõſ. Provenz, in d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua, d. obſer.* 11. & *Reg. Rovit. dict. conſ.* 100. ubi *num.* 7. ex doctrina *Paul. de Caſtr. in l quod ſcitis, §.* 1. *in fin. C. de bon. quæ lib.* item ait, quòd
20 in bonis proventis ex parte patris, ſuccedit Avia paterna, in bonis verò ex parte matris, ſuccedit avia materna, quia uti inquit *Paul. loc. cit.* in hujuſmodi ſucceſſione inſpicitur per-
21 ſona immediata, à qua .ſ. defunctus habuit bona, non autem mediata, nempè originalis bonorum, prout loquitur, eandem probans ſententiam *Io: Lopez. in rubr. de donat. inter vir. & uxor. §.* 39. *num.* 10. cui additur *Rom. conſ.* 40. *col.* 1. cum cæteris apud *Camill. Salern. in add. ad dict. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua, in apoſtill. incip. vide in Conſuetud. in fin. fol. mihi* 118. & *Caiet. ibid. in apoſtill. incip. ſi ergò Titius, & Martinus fol.* 143. & *in ſeq. apoſtil.* ſic tradit, fuiſſe deciſum, idemq; *in ead. Conſuet. fol.* 111. *lit. D. in apoſtill. incip. quæro ad intellectũ huius Conſuetudinis.* Et hactenus quòad primũ pro noſtra ſentẽtia, ex propoſitis mediis, ut metam, citò attingamus dicta ſufficiant.

## CONTROVERSIA XXXXIV.

Mutatione perſonæ, an mutetur rei conditio; itàut bona, quæ erant aſcendentiũ, ex tranſitu ad deſcẽdentes, & ultimò ad collaterales, horum omninò dicantur?

### SVMMARIVM.

1 *IN ſucceſſione ab inteſtato, quę attendatur perſona, immediata, an mediata diſſeritur?*
2 Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua *verba tranſcribuntur, & enucleãtur.*
3 *Mutatione perſonæ mutatur pariter bonorum conditio num.* 4. & 11.
5 *Verbũ* obvenerunt *ſimpliciter prolatum in* Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, *quid importet?*
6 Napodanus *eſt Cõſuetudinũ Auriga*
7 *Et varios exẽplificat caſus pro ſucceſſione proximiorũ ex parte patris in bonis paternis, & in bonis maternis illorum, ex parte matris.*
8 *Quæ inſpiciatur perſona, & acquiſitio mediata, an immediata?*
9 *Opiniones, cum plures proferuntur, ultima à referente cenſetur approbata.*
10 *Bona à matre filio obventa, ſunt effecta propria ipſius filii.*
11 *Bonorum origo, an ſẽper attẽdatur?*
12 *DD. quando referant duas ſententias, ſemper videntur reſidere in ultima ex illis.*
13 *Perſonæ mutatione, mutatur etiam rei conditio.*
14 *Conſuetudo non recipit extenſionẽ; ſicut etiam Civium conventiones.*
15 *Caſus omiſſus à Conſuetudinibus regulari debet Iuris communis diſpoſitione.*

16 Lex

Digitized by Google

16 *Lex nova veterem corrigit; ſed non in caſu, de quo non loquitur; etiã ſi in caſu omiſſo adſit majoritas rationis, & num. 29.*

17 *Proximior præfertur in ſucceſſione.*

18 Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua, *in duobus caſibus vocat proximiores; nempè ex parte patris, & ex parte matris cum diſtinctione bonorum, undè obvenerunt, num. 19.*

20 *Non autẽ vocat proximiores ad bona ex utraq; parte ſimul perveñta.*

21 *Eadem Conſuetudo non habet locũ, patre vel matre exiſtentibus in medio, & num. 22.*

23 *Jus commune eſt attẽdendum in caſu, per municipale non expreſſo, & num. 24. & 25.*

26 Conſuetud. Neapol. *non gradus prerogativã, ut Romanorum Jus, ſed bonorum originem in ſuccedendo reſpicit.*

27 *Proximiores ubi dicantur acquirere bona per undè agnati, vel quando per undè cognati?*

28 Conſuetudo *vocat proximiores ex parte matris in bonis, quæ defunctus acquiſivit ex capite undè cognatus, non ut agnatus.*

30 *Lex nova ſemper, ac minuit, vel aliquid addit extra caſum diſpoſitum, recurri debet ad Iuris communis dogmata.*

## ARGVMENTVM.

Municipali noſtro Iure attento in ſucceſſionibus, mutatione perſonæ, mutari rei pariter conditionem, enixè oſtenditur; itàut minimè attendi debeat perſona mediata, à qua primo loco bona obvenerunt, ſed acquiſitio immediata illius perſonæ, cui ſucceſſit ultimo loco defunctus, ad cujus inteſtatam ſucceſſionem proximiores concurrunt, ex capite unde agnati, quoties bona obvenerunt ipſi defuncto à patre, & fratribus, licet inter illa adſint bona etiã, quæ olim fuerunt acquiſita à matre, cùm non dicantur amplius materna, ſed paterna ſimul, & fraterna

NOſtrum ut proſequamur inſtitutũ, apertè
1 demõſtrantes, in ſucceſſionibus ab inteſtato, omni jure attẽdendam eſſe perſonam immediatã, à qua per ultimum defunctum, oſtẽditur, ei proveniſſe bona, non autem perſonam mediatam, à qua antiquitùs eadem fuerunt poſſeſſa bona, etiam noſtris municipalibus inſpectis Sanctionibus, & præſertim *Conſuetudinis*, exordientis: *ſi quis, vel ſi qua*, attenta diſpoſitione; Illius verba prius tranſcribere, operæ pretium exiſtimamus; ut clarius ex illis hujus celeberrimi articuli, & ex mẽte *Napodani*, aliorumque Compilatorum dignoſcatur, quæ communior, ac verior ſit ſententia.

*Si quis, vel ſi qua ab inteſtato deceſſe-*
2 *rit, filiis, ſeù liberis legitimis non extantibus. Tunc proximiores ex parte patris ſuccedunt in bonis omnibus defuncti, præter quam in bonis, quæ obvenerunt eidem defuncto à matre, vel aliquo ex linea materna, in quibus proximiores ex parte matris ſuccedunt.*

Hæc namquè verba ſi benè perpedan-
3 tur, clarè nimis apparebit, mutatione perſonæ, ſcilicet matris, mutari pariter conditionem bonorum, cum ibi dicatur; *quæ obvenerunt eidem defuncto à matre, vel aliquo ex linea materna*; en quomodo oſtendi-
4 tur, attendi debere cauſam immediatã, & proximã ipſi ultimo loco defuncto, non autem mediatam, & remotam in præfata ſucceſſione ab inteſtato; non dicitur enim ibi: in bonis, quæ antiquitus obvenerunt, ſed *quæ obvenerunt eidem defuncto à matre, vel aliquo ex linea materna*, ſcilicet immediatè, nec aliter, aut alio ſenſu intelligi poteſt.

Idemq; videtur pariter annotare in *d.*
5 *Conſuetud.* noſter auriga *Napodanus*, dicens; præfatam Conſuetudinem loqui per verbum *obvenerunt* ſim-

Digitized by Google

ſimpliciter; undè etſi appareat, ob-
veniſſe antiquitus bona, tanquam
dotalia, à matre fratribus utrinque
conjunctis, tamen ſi ex his fratribus,
vel aliquo ipſorum tranſeant hęc bo-
na ad alterũ, ipſo demũ defuncto, nõ
dicuntur amplius illa obveniſſe à
matre, ſed hæredibus ab inteſtato
obveniſſe à defuncto fratre, juxtà
theoricam ipſius *Napodani, noſtra-
ſtrarum Conſuetudinum interpretis,
in verbo materna, num.* 240. *in verſ.
ſed pone Cajus*, ubi exponit caſum,
6 hoc nimirum ordine.: Cajus habuit
duos filios ex prima uxore, alterum
ex ſecunda, defunctis patre, & ma-
tre, moritur unus, ex primis fratri-
bus utrinque conjunctis, ſucceden-
ti ſibi altero in præfatis bonis, etiam
maternis ipſorum; moritur exindè
alter, ſuperſtite ſibi fratre conſangui-
neo tantùm; qui ortum habuit ex
ſecunda uxore, & veniunt proxi-
miores ex parte matris defuncti, &
petunt dotes ipſius matris in bonis,
quæ dicto defuncto immediatè pro-
venerunt ex altero, ut annuimus,
fratre præmortuo, non verò propriè
à matre, etſi initio inſpecto, illa ob-
venta videantur ex dotibus mater-
nis, cadit quæſtio diſputata per *Na-
7 podanum loc. cit.* utrum ſuccedere
debeant ad dicta bona, quæ olim
erant dotalia, nunc verò prorſus
fraterna, proximiores ex parte ma-
tris, vel potius hic frater conſangui-
neus tantùm, & *à d. verſicu. pone
Cajus*, uſque ad *verſic. ſed pone qui-
dam habens fratrem uterinum*, licet
pro utraque opinione adducat ra-
tiones, & authoritates hinc indè,
adeòut æquivocè videatur loqui, ut
8 teſtatur *Montan. in ſua contr.* 1.
aſſerens, *Napodanum* inclinare in
opinionem, favore proximiorum ex
parte matris, ut inſpiciatur prima
origo, & bonorum tranſmiſſio ex li-
nea materna, itàut ſi vellet talis fra-
ter diſponere, teneretur relinquere
medietatem dictis proximioribus ex
parte matris, juxtà diſpoſitionem
9 alterius *Conſuetudinis, Etſi teſtator;*
Nihilominus in noſtra contraria de-
inde reſidet ſententia, ut nimirum
inſpiciatur immediata bonorum ob-
ventio à fratre, & non à matre, &
quod ſuccedant ad ea proximiores
ex parte patris. Vndè clarè patet,
ipſum concludere pro fratre cõſan-
guineo, uſque ad *verſic. ex parte pa-
tris*, ut ipſe ſolus admittatur, ex-
cluſis proximioribus ex parte matris;
nam ea principali utitur ratione, quia
10 illa bona, à matre obventa, jam
evaſerunt propria ipſius filii defun-
cti, per tranſitum à matre ad illum,
& ſucceſſivè, dum per mortem pri-
mi filii pervenerunt ad ſecundum,
non conſiderantur uti materna, ſed
tanquam bona fraterna, & ſic debet
admitti ipſe frater conſãguineus tã-
tùm, uti proximior fratri præmor-
tuo ex parte patris, excluſis proxi-
mioribus à matre; nam mutatione
perſonæ, mutatur conditio rei, ac
dominii per *tex. in l. per procurato-
11 rem, ff. de acquir. hæred.* imo pro-
greditur ulterius *Napodan.* & argu-
mentis reſpondet adverſæ ſententię,
eiſquè plenè ſatisfacit, quamvis an-
tea pro prima opinione illa propo-
ſuerit; quia per hæc verba: *Sed ali-
quibus videtur primum verius, ut
admittantur proximiores ex parte
matris*, liquidò conſtat, *Napodanum*
12 eſſe alienum à prima ſententia; &
propterea paulò poſt pro hac ſecun-
da ſubdit in *verſicu. ſed fortiter ob-
ſtat eis cum ſeqq.* undè apertè ſatis
videtur, reſidere in ultima opinione,
ſecundùm ordinem, quo utuntur
DD. quoties referunt duas contra-
rias ſententias, uti ajunt *Praſ. de
Franch. deciſ.* 696. *ſub num.* 2. *verſ.
arguit. Conſil. Provenz. in d. conſuet.
ſi quis, vel ſi qua, obſerv.* 11. & *Reg.
Rovit. conſ.* 100. *vol.* 1. ubi *Conſil.
13 Altimar* qui validiſſimè defendunt
mutatione ſolius perſonæ mutari pa-
riter & conditionem rei, & attendi
ſem-

Digitized by Google

ſemper debere in ſucceſſionibus perſonam immediatam, non verò mediatã, ut alii involutè ſuſtinuerunt.

Ejuſdẽ ſententię fuerũt etiam quãplures alii *ex Regnic. Gloſſat. noſtrarũ Conſuetudinum*, nempè *Camill. Salern. in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua in apoſt. incip. Vide in Conſuet. circa fin. fol. mibi* 118. ibi: *judicantur tamen paterna, vel materna, ſecundùm perſonam, quæ ultimò conſideratur, & à qua poſtremè provenerunt; cum non debeat conſiderari undè primo habita fuerint*, & adverſus *Piſanell.* idem advertit *Comes de Peruſio ibid. in addit. incip. Ad unum adverte, fol. mibi* 144. ibi *ut evites contrarium, quoniam mutatione perſonę mutatur natura rei.* Hujus opinionis fuerunt etiam *Marin. Frecc. in apoſtill. ad d. Conſuetud. fol.* 144. *verſic. vide Napodan. Stephan. de Gaeta in apoſtill. incicipien. Si ergo Titius. Anton.* Capyc. *in eadem Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, num.* 122. *fol.* 111. *P. Molfeſ. ad conſuet. tit. de bonis par.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 7. *& par.* 4. *tit. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt.* 29. *num.* 4. *verſ. quoniam mutatione perſonæ, mutatur conditio rei*, & plenius in ſuo *Cõſil.* 50. *vol.* 2. *num.* 39. *Præſ. de Frãch. deci.* 25. *&* 696. *& idem in apoſtill.*
14 *ad d. Conſuet. nota fol.* 126. ubi ſubdit, hanc *Conſuetudinem* eſſe facti, nec recipere extenctionem, ſicut etiã nec Civium conventiones.

Comprobatur hinc noſtra Concluſio;
15 nam caſus, de quo agitur non fuit expreſſus, neque ullo modo conſideratus à *d. Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua*, aut ab alio conſimili Statuto; Quo fit, ut prorſus regulari debeat juxtà Juriſcommunis dogmata, Su-
16 mus enim in Lege nova, veterem corrigente, quæ nequit extendi ad caſum omiſſum, nec prævisum, etſi eadem vigeat diſponendi ratio, aut etiam ſi adſit in caſu omiſſo majoritas rationis, ut decidit *tex. in Auth. quas actiones, C. de Sacroſ. Eccleſ. Gloſ. in l. ut allegas, C. ad l. Falcid.* ubi *Bald.* cum cæteris apud *Roman. in Auth. ſimiliter, C. ad l. Falcid. & Gomez. de ſubſt. fideic. nu.* 10. *verſic. tertiò quia.* Iuxtà cujus
17 Iuris Communis diſpoſitionem in dubium revocari nequit, quin ipſa Andreana, uti amita, & in gradu proximior dictæ Catharinæ, debeat pleno jure ſuccedere in cunctis bonis, tàm paternis, quàm maternis.

Quòd autem præſens caſus ſit à Con-
18 ſuetudine omiſſus, patet apertè; nam decantata *Conſuet. ſi quis, vel ſi qua* in duobus caſibus vocat proximiores ex parte matris; primò quoties aliquis moritur ſine filiis, cum bonis ei obventis à matre, & hic nõ eſt caſus noſter, cum agatur de ſuccedendo Catharinæ in bonis maternis ei perventis, non à dicta Dorothea matre, ſed à dictis, ejus fratre, patre, & ſorore, de quorum patrimonio dicta bona olim materna fuerunt, ſed modò ſunt fraterna, paternaq; pariter effecta, per aditionem. Rurſus ex
19 *Conſuetud. præd.* proximiores ex parte matris vocantur ad bona, defuncto quæſita ab aliquo ſibi conjuncto ex linea materna; & hic ſimiliter non eſt caſus, de quo agitur; quia dicta Catharina materna bona obtinuit à germano ejus fratre, & ſorore ſimul, qui ſunt ei conjuncti ex utraque parte matris, ſcilicet, & patris; Et eſt certum, quod *dicta Conſue-*
20 *tud.* conſideravit bona defuncto obventa à proximiore ex parte matris: de bonis verò eidem quæſitis à conjuncto ex parte utriuſque, genitoris nempè, & matris non fuit loquuta, nec id ullo modo conſideravit.

Quẽadmodum à ſimili dicimus de ea-
21 dem *Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua*, patrimonium dividente, quando nimirum ſinè filiis, & ab inteſtato quis decedit, ut non habeat locum illa, patre, vel matre in medio exiſtente, ut ex communi Noſtratum ore omnibus

nibus

nibus notum eſt, nec alia ratione receptum, niſi quia dictus caſus, de moriente abſq; liberis, exiſtentibus genitoribus, non fuit expreſſus in *d. Conſuetud.* ubi tantùm, filiorum carentia fuit conſiderata; & extrà liberorum defectum, non fuit prævisa patris, & matris exiſtentia, neq; de
22 ea ullo modo loquuta fuit, eadem *Conſuet.* idcircò illa ceſſat, parentibus in medio exiſtentibus, ſed viget Iuris communis diſpoſitio, cui adhærens *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 91. *n.* 19., ità inquit; *non enim per conſuetudines eſt proviſum, quando pater,*
23 *vel mater extant, ut proximiores excludantur; ſed quia Conſuetudines nõ conſideraverunt hunc caſum, nec de eo loquutæ ſunt, tanquam caſus omiſſus remanet, ſub diſpoſitione Iuris commu-*
24 *nis*; Hactenus ex *Napod. Præſ. de Frach.* & nos idem fuſiùs demonſtravimus *Contr.* 8. *vol.* 1. Ità ergo à pari in caſu noſtro; quamvis enim bona dictæ Dorotheæ, fuiſſent Catherinæ obuenta à prædictis Ioſeph, & Iulia, qui utrinque conjuncti ſunt, etiam ex linea materna; & conſuetudo vocaviſſet proximiores ex parte matris in bonis, defuncto quæſitis à matre, vel ex latere materno; attamen quia dicti Ioſeph, & Iulia ſunt item conjuncti dictæ Catharinæ ex latere paterno, ſequitur, quòd *d. Conſuetudo*, cum non conſideraverit caſum, quando bona defuncto obvenerunt ex conjunctis ex latere paterno, ſimul ac materno, hic ſit caſus prorſus ab illa omiſſus. Hinc oritur itẽ aperta deductio, quòd ſi
25 Conſuetudinum Compilatores vocare volviſſet proximiores ex parte matris in bonis, defuncto quæſitis, non ſolùm à matre, vel à maternis conjunctis, ſed etiam illos in bonis, pervẽtis eidem ex linea materna, ſimul & paterna, utique talem caſum expreſſiſſent. At cum exprimere noluerunt, neceſſe eſt, aſſerere, hunc caſum reliquiſſe ſub Iuris communis diſpoſitione. eò magis, quia à ſæpè *allega-*
26 *ta Conſuetudine* illud corrigitur, cũ per hanc, non gradus prerogativa, ut ex Romanorum Iure, in ſuccedendo attendatur, ſed ut bonorum tantùmmodo proxima origo inſpiciatur.

Neq; ulterius urget, ſi dicatur, quòd
27 licet dicta Catharina quęſiverit bona Dorotheę à d. eius fratte, & ſorore, qui ſunt ei conjuncti ex parte matris ſimul, & patris, tamen eadem bona ad eam pervenerunt, uti illis conjunctam ex materno latere, non verò paterno, ſcilicet per unde cognati, & non per unde agnati; Nam fallax in primis videtur aſſumptum, quòd d. Catharina quæſiverit bona dictę Dorotheæ à prænominatis fratre, & ſorore, uti illis conjuncta ex parte matris, quoniam tanquam conjuncta ex parte patris potiùs illis ſucceſſit, ut infrà apertè demonſtrabimus; ſed etiam ſecundò reſpõdetur,
28 quòd quamvis (citra tamen veri prę- judicium) d. Catharina quæſiviſſet hæc bona Dorotheæ à dictis ejus fratre, & ſorore per caput unde cognati, & ſicuti illis conjuncta ex parte matris, adhuc noſtræ rationis concluſio firma remanet; nam non invenitur Conſuetudo, quæ vocaſſet proximiores ex parte matris in bonis, quę defunctus acquiſivit per caput unde cognati à proximiore ex linea materna ſimul, & paterna; ſed quod legi-
29 tur in *præc. Conſuetud.* eſt, ut vocentur conjuncti ex parte matris ad bona, defuncto quæſita à matre, aut ex linea materna: de bonis autem obventis à patre, & ex paterno latere ſimul, & à matre, per caput, unde cognati, de hoc verbum nullum in *d. Conſuetud.* Sequitur ergo abſq; dubio, dicendum, de hoc caſu non loqui Ius municipale; unde regulari debet juxtà Iuris communis diſpoſitionem, ut docet *Præſ. de Franch. de-*
30 *ciſ.* 91. Semper enim, ac additur, vel minuitur aliquid in caſu, ultra diſpoſita per novam Legem, ille quidem diverſificatur, & per cõſequens apud Ius commune remanere debet, uti ſæpè alibi annuimus, & evidenter in eadem theſi infrà oſtendemus.



Digitized by Google

# Hæreditas, quæ adeuntis evaſit patrimonium, ſi eo defuncto ab inteſtato, proximioribus deferatur, de Iure patrio, cauſa immediata, an priſca origo attendatur?

## *SVMMARIVM.*

1 *Bona per aditionem efficiuntur prorſus hæredis patrimonium.*

2 *Perſona, à qua bona ultimò obvenerunt, in ſucceſſione attenditur.*

3 *Et cauſa immediata, non autem bonorum origo remota.*

4 *Bona, quæ ab avia filio obvenerunt, & à filio nepoti, ſi contigerit, mori nepotem, non ſpectant ad conjunctos ex parte aviæ, ſed ad illa ſuccedunt proximiores ex parte filii.*

5 *Cauſa mediata eſt prior bonorum adeptio; immediata verò dicitur illorum ultimus tranſitus.*

5 *Bonorum conditio de aſcendente in deſcendentem jure non mutatur.*

7 *Frater utrinque conjunctus non ſuccedit alteri fratri de jure patrio, ut agnatus in bonis paternis, & ut cognatus in maternis, ſed uti agnatus ex utraq; parte.*

8 *Agnatio eſt cognatione nobilior.*

9 *Denominatio à re nobiliori omni jure deſumitur.*

10 Conſuetudo Neap. *ſolùm vocat defuncti proximiores, cum bonorum diſtinctione ex parte parentũ n.* 11.

12 *At de cauſa mediata, vel immediata in ſuccedendo non loquitur.*

12 *Ideò ad Ius cõmune eſt recurrendũ.*

## ARGVMENTVM.

*Conſuetudinem Neapolis*, exordientẽ *ſi quis, vel ſi qua*, ultrà expreſſa, & verborum ſonum, non poſse intelligi, cum loquatur de proximioribus tantùm paternis, maternisq; eos diſtinctè vocando ad bona defuncti ab inteſtato, ex una, vel altera parentum parte ei obventa, non autem à collateralibũ ſucceſſione, nõnullis ſuadentibus argumentis, ſimilibus Statutis, atq; aliis Iuribus demonſtratur.

AD tertium, ex premiſſis jam ante, progredientes medium, quo nos optatum, ut aſsequamur finem, & ſigillatim ad noſtræ Concluſionis metam perducamur, graviſſimas noſtrarum Conſuetudinum Interpretrũ authoritates, ac fortes rationum nexus; in unum complecti ſtatuimus, quibus evidenter fundare conabimur, ſententiam *præced. Contr.* nuper expoſitam, in ſucceſſionibus nempè ab inteſtato, eſse attendendam ſanè immediatam, nõ mediatam perſonam, à qua bona obvenire videntur, illaq; dici prorſus debere per aditionẽ proprium hæredis patrimonium, & proinde ſequuto ejus obitu, ad ſuos tantùm proximiores, nec ad alios ex parte originis bonorum ſpectare, clarè oſtenditur. 1

Primò authoritate Spectabilis, ac omni virtutum genere ornatiſſimi viri *Reg. Roviti* in decantato *conſil.* 100. ubi cum *Conſil. Altim.* eſse attendendam perſonam immediatam, ex multis DD. *ibid.* relatis tenet, & præcipuè *Paul. de Caſtr. in l. quod ſcitis*, §. *ſin autem, verſ. in textu*, C. *de bon. quæ lib*, qui docet, minimè initium acquiſitionis bonorum in ſucceſſionibus attendi, ſed perſonam, à qua immediatè illa obvenerunt, uti ex noſtratibus idem ſuſtinuere de Iure patrio *Conſil. Provenzal. obſer.* 11. *ad Conſuet. ſi quis, vel ſi quà. R. Capyc. Latr. conſul.* 19. R. *Marcian. tom.* 1. *diſp.* 45. *n.* 19. & *Conſil. Hodier. contr.* 24. cum aliis penes eos congeſtis.

3 Secundò quia, dum præfata *Conſuet. ſi quis, vel ſi qua* vocat proximiores ex illa parte, undè bona obvenerunt, nec exprimit, quænam perſona ſanè in ſuccedendo cõſiderari debeat, quando mutatur linea, ſubjicere idcircò videtur, quod non expreſſit ju-



Digitized by Google

Iuris communis diſpoſitioni, qua immediata attenditur cauſa, & proximitas, non habito reſpectu ad primũ ſtipitem, neq; ad illam perſonam, à qua bona principio provenerunt, ſed quoad eam ſolùm, quæ bona hæc obtinuit, quævè ultimò loco deceſſit, ut ex *tex. in l.cum ità, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. probat *Cancer. lib.* 1. *var. reſ. cap.* 1. *de ſubſt. n.*45. cui ſententię adhęrent *Preſ. de Frã. ch. deciſ.* 696. & *Afflict. deciſ.* 127. ubi ſic ab utroq; deciſum fertur.

Tertiò hæc item ſententia alia evidenti
4 ratione probatur; nàm ità quidẽ dicitur, quoad bona, quæ obvenerunt ab avia filio, & à filio nepoti, ſi contingerit, demum mori nepotem; tunc non ſuccedent conjuncti ex avia, à qua mediatè bona huic nepoti obvenerunt, ſed proximiores ex parte filii, cui nepos immediatè ſucceſſit, ut plenè fundat *Cavaler. in ſuis alleg. inſertis in ſuppl. compen. Thom verb. bona antiqua, verſ. & hoc.* Vndè eadem ratione, ſimiliter eſt dicendũ in caſu præſenti, & à fortiori, quòd
5 attendì debeat cauſa immediata, & non prima cauſa acquiſitionis, cum non ſolùm inſpiciatur bonorum trãſitus per plures perſonas, ut ãnuimus, ſed etiam mutantur plures lineæ, nẽpè de aſcẽdente in deſcendentes, ſcilicet à matre in filios, & de deſcẽdente in tranſverſalem, videlicet de fratre in ſorores, uti ex præmiſſa facti ſpecie apertè colligitur. Imò quod magis urget habemus in primo tranſitu *tex.* expreſſum in *d. Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua*, per quem diſponi-
6 tur, bonorum conditionem de aſcendente in deſcendentem, non mutari, ſed illorum originem eſſe attendendam; quod profectò non niſi in primo tantùm bonorum tranſitu, nempè de avia in filium, non in ſecunda adeptionis cauſa, ſcilicet de filio in nepotem locum habet; dum in caſu noſtro non habemus *tex.* qui diſponat bonorum conditionem non mutari ex hac perſonarũ varietate.

Quartò idem præſertim ſuadetur alio
7. exemplo; nam cum frater moritur, altero ſuperſtite germano, hic ſuperſtes frater, licet defuncto fratri ſit conjunctus ex patris parte, & matris, ſimul agnatus, cognatuſq; ſit in hac mixtura (ut loquar propriis verbis *Napodani*) non ſuccedet ſuo fratri præmortuo, pervade cognati in bonis maternis, & pervade agnati in
8 paternis, ſed tã in paternis, quã maternis prorſus ſuccedet pervade agnati; tũ quia agnatio eſt cognatione nobilior, & denominatio à nobiliori deſumitur forma, tũ quia per noſtras Cõ-
9 ſuetudines agnatus nũquã ſucceditur pervade cognati, ut docet illarum interpres *Napod. in. d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua num.* 152. cum aliis penes *Reg. Latr. conſult.* 19. Vndè ſequi-
10 tur, quòd ſi in bonis, quę dicta quon. Catharina quæſivit à præfatis fratre, ſorore, & patre, quævè uti pervade agnati eidem obvenerunt, ſuccederent proximiores ex matre, & ità cognati; etiam in bonis, quæ agnatus quæſivit pervade agnati, ſuccederent cognati, quod in jure patrio eſt omninò improbatum, & ſignanter ex *dicta Conſuet.* [illegible] ibi fundat *Napodan.* [illegible]

Quintò [illegible] alia ſolidiſſima ratione
11 noſtra comprobatur opinio; nam eadem *Conſuetudo ſi quis, vel ſi qua* aliud non diſpoſuit, niſi ut aliquo abſque liberis, & ab inteſtato decedente, proximiores defuncti ex parte patris ſuccedant in bonis omnibus, exceptis tantùm maternis, & ex materna linea obventis, in quibus ipſa *Conſuetudo* vocat proximiores ex matre; cæterum de cauſa mediata, vel immediata in ſuccedẽdo nihil diſponit.
12 Vndè remanet hoc ſanè ſub Iuris Romanorum diſpoſitione, ut [illegible] ostendit rationibus *Conſil. Pignatal. in obſer.* 2. *ad d. Conſ.* [illegible] 9. *& Cavaler. in d.* [illegible] *verſ. nova.* Et
13 quòd jux[illegible] ex Lege communi

muni in ſuccedendo, attendi debeat cauſa immediata, & non mediata, latè fundant præ cæteris *Paul. de Caſtr. in d.l.quod ſcitis,& conſ.*109. *vol.*1.*Provenz. loc.cit.num.*9.*Giurb. in Conſuet. Meſſ. cap* 12.*gloſ.* 4. *nu.* 2.*par.* 1. *Corne. conſ.* 305. *num.* 4. *vol.* 2. cum aliis apud *Cancer. par.*1. *tit.*1.*nu.*45.& ità deciſũ refert *Boer.* 14 *deciſ.* 192. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 127. *num.* 20.ubi plura recenſet. Hinc concludendum omninò videtur, in ſucceſſione de qua agitur, cauſam immediatam, non verò mediatam, ſivè priſcam bonorum originem eſſe attendendam; cum ex congeſtis, ità de Iure municipali, non ſolùm clarè diſpoſitum appareat, ſed etiam quia, Conſuetudo, quando eſſet dubia, quod minimè dici queit, ad Ius commune eſſet recurrendum, prout infra fuſius demonſtrabimus.

## CONTROVERSIA XXXXVI.

Patrio Iure inſpecto, attenditur nè bonorum origo, an perſona, quæ ultimò illa acquiſivit?

*SVMMARIVM.*

1 *Perſona immediata in bonorum ſucceſſione attenditur, nec illorum prima origo, & dependentia.*
2 *Et hoc omni iure; etiã municipali* 3.
4 *Bona ſicuti, quando obvenerunt à filio ad matrem, eſt mutata linea; ità ubi à matre ad filium, & à filio ad fratres, ut num.* 5.
6 *Totum* Sacrum Conſilium *antiquitus in quavis cauſa judicabat; quia non adhuc aderat Aularũ diviſio.*
7 *Et per duas S.C. deciſiones inducebatur Conſuetudo, ità ſẽper judicãdi.*
8 *Rei natura etiam mutatur, mutatione perſonæ, & num.* 9.
10 *Frater fratri ſuccedens in bonis maternis, dicitur bona acquirere à fratre, non à matre, & n.* 12.
13 *Bonorum origo non remota, ſed proxima in ſucceſſionibus attenditur.*
14 *Verbum* obvenerunt, *quo utitur* Conſuetudo Neapolis *quid denotet? & num.* 15.
16 *Reipublicæ, non minus pernicioſum, quàm Iudicantium conſcientiæ videtur, à cõmuni opinione recedere.*
17 *Iudex nullo modo juxtà minus probabilem ſententiam decidere poteſt*

## ARGVMENTVM.

Famigerata quæſtio: an juxtà *Conſuetudinem ſi quis, vel ſi qua* in ſucceſſione ab inteſtato proximiores unius lineæ aliquid prætendere poſſint, ſtãte bonorum tranſitu ad aliam lineã? Ità nonnullis S. R. C. deciſionibus, pro negativa ſententia ſopita oſtenditur, ut amplius in dubium revocari nequeat.

1 De quarto deinceps ſtatuto medio ſequitur agẽdum, ex quo in proximiorum ſucceſſione ab inteſtato mutata linea, per bonorũ tranſitũ ad aliam, apertè demonſtrabitur, eſſe attendendam perſonã, cui ultimò ſucceditur, nec originem bonorum, undè ſcilicet illa dependant, patriis etiam Conſuetudinibus attentis, quarum vigor ultrà expreſſa non extenditur; Et propterea, ut ante promiſimus, ad noſtræ ſententiæ ornatum, ac pro majori ejus vi, omnes rerum judicatarum authoritates, quæ ſparſim apud alios inveniuntur, quævè præſertim doctrinæ innituntur *Napodani*, qui ad hunc excitandũ articulum præ cæteris fuit
2 prior, uti anteſignanus *Conſuetudinum Gloſſator*, & pro enunciata inclinat opinione, diſcuſſis hinc inde difficultatibus, immediatè nempè perſonæ ſucceſſoribus favente in *d.Con-*



Digitized by Google

ſuet. ſi quis, vel ſi qua num. 240. ubi ità illum intellexerunt ſex alii magni nominis *Addentes*, ſicq; pluries item
3 per S. R. C. judicatum teſtantes, ut ait Jo: *Vincent. Cavalerius* in ſua *allegat.* cujus dicta brevitatis gratia, non traſcribuntur, cum videri poſſint apud *Thor. in ſupplem. compend. verb. bona antiqua fol. mihi* 57. & penes *Reg. Capyc. Latr. conſul.* 19. *tom.* 1. *Conſ. Provenz. in d. Conſuet. obſer.* 11. *Reg. Marcian. tom.* 1. *diſp.* 45. *num.* 22. unà cum duodecim doctiſſimis Viris, enunciatis *praec. Contr.* 43. uti ejuſdem ſententiæ aſſeclis, præter *Camil. Salern. Mar. Frec. Ant. Capyc. Steph. de Gaeta*, *Præſ. de Franch.* & *Comit. de Peluſio in addit. ad d. Conſuet.* quorum doctrina expoſita fulcitur concluſio, ac his mediis ità ponitur in tuto, ut de ea amplius ambigere nequeat, tùm ex Doctorum numero, & authoritate illa lõgè majore contrarium tenentium, tùm etiam ex nimia gravitate, propter varias deciſiones, ab ipſis ſæpè pro eadem relatas.

Quod autẽ in cauſis decidendis paſſim
4 huic adhærere ſententiæ placuit S.
† R. C. clarè patet ex variis diffinitionibus, in tali articulo relatis per DD. allegatos, & præcipuè per *Afflict. in deciſ.* 127. ubi cum fuiſſet diſputatũ, an ad inſtantiam proximiorum ex parte patris, origo bonorum eſſet attendenda, juxtà opinionem *Napod. in d. Conſuet. verſ. pone mater*, & *verſ. pone Cajus*, fuit tandem reſo-
5 lutum, quòd ſicuti quando bona obvenerunt à filio ad matrem, eſt mutata linea, ità è converſo dicendum videtur, per tranſitum bonorum matris ad filium, cui alii collaterales poſtea ſucceſſerunt; Imò eſt notandũ, quod eo tempore totum S.C. in qualibet cauſa judicabat, quia non adhuc
6 aderat Aularum diſtinctio, uti ad præſens inſpicitur in quatuor aulas diviſum, ut in tali deciſione advertit *Conſ. Provenz. loc. cit.* adeòut per duas deciſiones ſimiles S. Conſilii inducebatur iu quovis articulo Conſuetudo ità ſemper judicandi, utpotè
7 in Principis Conciſtorio pariter ajunt *Præſ. de Franch. deciſ.* 238. *Reg. de Marin. lib.* 1. *reſol. cap.* 179. *num.* 14. & *Conſ. Prat. tom.* 1. *diſc. for. cap.* 4. *num.* 48. Aliique apud eos.

Eodẽ rerũ judicatarum vigore noſtra
8 roborarur ſententia apud *Steph. de Gaeta*, *Ant. Capyc. Marin. Frec.* & *Comitem de Peluſio Adden. ad d. Conſuet. ſi quis, vel ſi qua fol.* 143.
† & 144. qui præ cæteris afferunt Sacri Conſilii deciſionem in cauſa illorum de Podericis, pro quibus decretum fuit, mutatione ſolius perſõnæ, fuiſſe mutatam rei naturam. Ità
9 pariter deciſum tradit *Reg. Rovit.* in variis cauſis *conſ.* 100. & *Reg. Capyc. Latr. conſul.* 19. ubi *num.* 15. item aſſerit, non poſſe aliquam veram põderari deciſionem pro parte adverſa; nam illam relatam à Jo: *Angel. Piſanelli*, de qua magnum feſtum faciunt adverſarii, *in ſua gloſ. ſub verb. ſed pone mater num.* 242. non eſſe applicabilem ait ad caſum, de quo agitur; Refert enim *Piſanell.* quod pro ſua opinione fuit judicatum ex relatione *Colutii Coppulæ*, & *Gaſp. de Leo*; ſiquidem in caſu relato *d. gloſ. verſ. ſed pone*, ubi tractatur de matre, quæ filio ſuccedit in diverſa facti ſpecie, &
10 principio *apoſtillæ* refert *Napodani gloſ.* deindè dicit: *Ego tamen vidi correctam iſtam gloſ. ab iſto verſ. uſq; ibi, quid de tutela num.* 243. *per D. Ant. Capyc.* & *in lib. Ant. de Alexan. deficit iſta gloſ. tamen Colut. Coppula primarius Advocatus in Civit. Neap. ſcripſit, quod ſecundùm hanc gloſ. fuit judicatum*, & ſubdit etiã, quòd *Gaſp. de Leo* idem ſcripſit in cauſa illorum de Avitabulo, ut inquit *Afflict. in deciſ.* 127. ubi hujus deciſionis meminit, & in *ſua apoſtill. ad d. Conſuet. fol.* 145. ut refert etiam *Præſ. de Franch. deciſ.* 25. Et ità ſe
11 habet deciſio à *Piſanello* relata; non

verò

verò juxtà caſum, quo frater fratri ſuccedit in bonis communis matris,
12 ut ſcilicet mutetur rei natura per mutationem perſonæ; cum pro tali caſu, & juxtà opinionem, quàm modò tuemur, vera, & in propriis terminis adeſt deciſio, relata apud *Frec. & Capyc. loc. cit.* nec unquam aliter judicatum apparet, ut ait *Reg. Latr. & Cavaler. apud Thor. ubi ſupra.*
Vndè inter has S. C. deciſiones, & I.C.
13 authoritates, quis unquam in dubiũ revocare poterit, quòd in ſucceſſionibus noſtrarũ vigore Conſuetudinũ, non attendatur origo, & obventio remota bonorum, ſed prorſus immediata, perſonæ nimirum, à qua illa obvenerunt ei, de cujus ultimò ſucceſſione agitur. Nàm *d. Coſuetudo ſi*
14 *quis, vel ſi qua* non ſolùm utitur verbo *obvenerunt* ſimpliciter, ut inquit *Napod. ibid.* ſed vocat etiam proximiores ex parte patris, vel matris, nec in hujuſmodi vocatione utitur verbis, exprimentibus aliquid favore proximiorum illius lineæ, undè antiquitus bona obvenerunt; ideòq; origo nõ mediata, & remota, ſed pro-
15 xima, & immediata eſt attendenda; præſertim dum tot enunciatis Patrũ doctrinis, ex *Napodani* placito hæc noſtra canonizata videtur opinio, & firma concluſio, à qua haud in judicando eſt recedendum; cum ſit non
16 minus Reipublicæ, quàm Iudicantium conſcientiis pernicioſum, à cõmunibus recedere ſententiis, ut monet *Sum. Ang. & Tabien. verb. opinio*, §. 1. & 4. poſt *Sylv. nupt, lib. 5.* & fuſiùs *Ant. Corati. tract. de elect. opin. lib. 2. inſp. 2. num. 4. vol. 18.*
17 *fol. 235.* ubi contra oppoſitum dicentes invehit. Idq; eò fortiùs nunc patet, ac vi majori fulcitur, quia in *Secunda* ex propoſitionibus damnatis à ſemper recolendæ memoriæ Summi Pontificis *Innocentii XI.* illa præ cæteris, quòd *Iudices juxtà minus probabilem opinionem decidere poſſint*, omninò damnoſa aſſertio damnatur.

## CONTROVERSIA XXXXVII.

**Mutata perſona, an bona etiam ità mutentur, ut alterius patrimoniũ repreſentent.**

### *SVMMARIVM.*

1 *EX mediis ad finem ducimur.*
2 *Defuncti hæreditas jam adita, evadit adeuntis patrimonium.*
3 *Cauſa proxima, & immediata attenditur in ſucceſſionibus ab inteſtato, non autem linea mediata, undè bona obvenerunt.*
4 *Bona perventa ab avia patri, & demum à patre in filium, dicuntur illa ad filium obveniſſe à patre, nõ autem ab avia.*
5 *Bona filii defuncti, per matris aditionem dicuntur, non amplius filii, ſed ipſius matris.*
6 *Facultas diſponendi de bonis paternis, maternisq; non extenditur ad fratris bona, etſi ea pervenerint à communi parente.*
7 *Proximitas immediata illius, à quo bona devenerunt, non autem origo remota attenditur in linea producenda.*
8 *Idq; etiam vigore cujuſlibet ſtatuti*
9 *Hæres hæredis, hæres dicitur teſtatoris, eumq; repræſentat.*
10 *Frater ſuccedens fratri, qui fuit matris hæres, ipſius matris perſonam repræſentat, uti frater mortuus, cui ſucceſſit.*
11 *Hæres hæredis, teſtatoris perſonam tanquã primus hæres repræſentat.*
12 *Bonorum qualitas ex tranſitu ad alios mutatur.*
13 *Matre, quæ filio ſucceſſit, demum mortua, ad ejus ſucceſſionem ab inteſtato non veniunt conjuncti ex parte ſui viri.*
14 *Affines ab inteſtato non ſuccedunt*

15 *Hæ-*

Digitized by Google

15 *Hæreditas tunc efficitur de patrimonio hæredis, quando eſt adita.*

16 *Filiis ex* Conſuetud. Neapol. *novē dotium partes debentur abſque ulla formali aditione.*

17 *Conſuetudo non eſt, niſi ſola Civium pactio.*

18 *Aditio non requiritur in his, quæ debentur ex pacto, vel nova lege.*

19 *Medietas antiquarum rerum agnatis, cognatiſque debita, novemq; dotis partes ad filios, non hæreditario, ſed patrio jure ſpectantes, ſine aditione deferuntur.*

20 *Agnatus tenetur ad debita defuncti in bonorum medietate libera, non in ea, quæ vigore* Cōſuetudinis *debetur, & num.* 21.

22 *Hæres tenetur ad debita defuncti.*

23 *Creditoribus filiorum datur actio ſuper novem dotium partes, debitas vigore* Conſuetud. *licet maternas dotes illi non adeant.*

24 Conſuetudo *bona ei ſubiecta adiri, non requirit, & num.* 25.

26 *Aditio non requiritur in his, quæ* Conſuetudinis *providentia prorſus deferuntur.*

28 *Hæreditas nequit dari, mediante alterius perſona, niſi in tribus caſibus, qui recenſentur, num.* 29.

30 *Hæres ſecundus, ſi propria perſona, nec facto primi hæredis, ad defuncti bona ſuccedit, nequit declarari hæres mediante perſona primi hæredis, & num.* 31.

32 *Hæreditas poteſt tranſmitti, Iure deliberandi, jure ſanguinis, & jure patrio, atque edictio majorum.*

33 *Hæreditas cũ; tranſmittatur, tranſmiſſarius illam habet, non à defuncto, ſed à tranſmittente, & n.* 36.

34 *Tranſmiſſarius, ſivè ſecundus hæres tenetur ad omnia debita tranſmittentis.*

35 *Ideòq; inventariũ conficere tenetur.*

37 *Aditio maternarum dotium habetur quidem per illarũ detētionem.*

38 *Dotium retentio, niſi probet maternæ hæreditatis aditionem favore creditorum, benè tamen probat pro tranſmiſſione.*

39 *Tutor poteſt hæreditatem pupillo delatam adire abſq; illius cōſenſu.*

40 *Donata uxori contemplatione matrimonii, ob pulchritudinem, vel nobilitatem, dicuntur ei dem illa immediatè acquiſita.*

## ARGVMENTVM.

Bonorum tranſitus ad varias perſonas efficit, ut ea amplius non dicantur illius perſonę, à qua primò proceſſerunt, ſed tantùm perſonæ, ex cujus ſucceſſione ad alios ultimò pervenerunt, quibus demum defunctis, ſuccedere debent proximiores, eis immediatè conjuncti, non autem cæteri ex perſona mediata, ſcilicet à rerum origine. Idque nonnullis ultrà *præced. Controverſiis* adducta, validiſſimis comprobatur argumentis, & Patrii, & Communis attenta Iuris diſpoſitione; Imò rejectis contrariis ex adverſo ponderatis, recentioribus item S. C. diffinitionibus pro indubitata oſtenditur porrò concluſio.

1 Remanet tandem, ut quinto utamur, & poſtremo medio, pro totali noſtræ Concluſionis victoria recurrentes ad Iuris Communis diſpoſitionem, qua (Conſuetudine locum non habente) ſancitur, defuncti hæreditatem aditam effici patrimoniũ adeuntis, ex *tex. in l.* 1. §. *veteres, ff. de acqu. poſſeſſ. & l. Paulus procuratorem, ff. de acqu. hæred.* undè in illius
3 poſtea ſucceſſione inteſtata attēditur cauſa proxima, & immediata ipſius ultimò adeuntis hæreditatem, non autem linea, ex qua bona obvenerunt, juxtà doctrinam *Bartol. in l. quod ſcitis, C. de bō. quę lib.* ubi *Paul. Caſtr.*

Digitized by Google

*Caſtr.* §. 1. *num.* 2. idem *Bart. in l. poſt dotem num.* 36. *ff. ſol. matr. Alex. in d.* §. *veteres, num.* 8. & *conſ.* 198.
4 *lib.* 6. *num.* 8. ubi in caſu, quo bona ab avia pervenerunt patri, & indè à patre in filium, dicuntur illa, obveniſſe à patre filio, non ab avia, cujus hæres fuerat pater; nam per hæreditatis aditionem ab ipſo factam, deſierunt amplius eſſe bona aviæ, ſed
5 ſunt patris. Quemadmodum per matris aditionem, non dicuntur amplius bona filii defuncti, ſed ipſius matris, *argum. tex. in l. ſed ſi plures*, §. *filio, ff. de vulg. pupil.* & *d. l.* 1. §. *veteres, ibiq; Gloſ. ff. de acq. hær. Bald. conſ.* 49. *lib.* 3. *Dec. conſ.* 551. & 581. *Bertrand. conſ.* 127. *Seſe deciſ. Arag.* 52. *num.* 18. *Curt. conſ.* 14. *Fontanell. de pact. nup. clauſ.* 4. *gloſ.* 24. *num* 65. *Surd. deciſ.* 144. *num.* 14. ubi loquitur de facultate,
6 conceſſa à Capitulo, limitata pro diſponendo de bonis paternis, & maternis, ut non extendatur ad bona fratris, etiamſi illa pervenerint à cõmuni patre, ea ratione, quia per aditionem deſinunt eſſe paterna, ut inter recentiores idem fundat *Mart. de ſucceſſ. leg. par.* 2. *q* 1. *ar.* 1. *num.* 14. & ad propoſitum item videantur *Theſau. deciſ.* 27. *Gabr. comm. concl.* 3. *de ſucc. ab inteſt. Barboſ. in l. poſt dotem num.* 66. *ff ſol. matr. Gomeſ. in l.* 6. *Thau. num.* 8. *Gratia. diſc. for. cap.* 971. *lib.* 5. *Gabr. conſ.* 136. *num.* 6. *Neviz. conſ.* 8 *num.* 35. Qui
7 omnes aſſerunt, ut in linea producẽda proximitas immediata illius, à quo bona devenerunt, attendatur, non autem illorum remota origo.

Et quòd hæc ſententia ſit verior (ut ſupra diximus) ex præfato quinto medio
8 jã liquidò cõſtat, & ità in aliis locis idẽ obſervatur, ubi ſimilis adeſt Conſuetudo, qua ſtatuitur, ut moriente aliquo, vel aliqua ſine liberis, & ab inteſtato ſuccedere debeant proximiores ex patris linea in bonis, defuncto ab illa quæſitis, & proximiores ex parte matris in bonis maternis. Ità teſtatur, & egregiè fundat *Cancer.* cum cæteris, per ipſum cõgeſtis *in tit. de ſubſtit. art.* 1. *num.* 45. ubi ſolidiſſimis juribus hanc tuetur ſententiam, qua tuta ex omni parte remanente, frivolis objectionibus tandem reſpõdendum ſupereſt.

Hinc primò haud obſtat, quod in con-
9 trarium adducitur: nimirum, ut hæres hæredis, teſtatoris dicatur hæres, & proinde hæres hæredis teſtatorẽ repreſẽtare videatur; ex quo infertur, quod ſi frater ſucceſſit fratri, qui matris ſuæ hæres fuit, dictus fra-
10 ter matrẽ repræſentabit, ſecus verò fratrem præmortuum, cui ſucceſſit; bona enim cum à matre ad fratrem perveniant, & de fratre ad alium fratrem, eadem bona provenisse dicuntur huic fratri à præfata matre; undè in illis proximiores maternis ſuccedere debeant. Non obſtat, inquam, aſſer-
11 tum, neq; eſt penitus efficax, itẽ oppoſitio; quia nuper enarrata propoſitio, ſcilicet hæres hæredis dicitur teſtatoris hæres, eſt vera, quoàd virtutem repræſentativam, quod eſt dicere: ut ſicuti prior hæres teſtatorem repræſentabat, ità & poſterior; Sed nihil hoc commune habet cum qua-
12 litate, bonis inhærentem; nàm per tranſitum ad plures perſonas, ipſa bonorum qualitas mutatur; Et ità eidem objectioni reſpondet *Cavaler. in d. ejus alleg. apud Thor. ſupplem. ver. bona antiqua, verſ. ergo.* Paſſim
13 enim accidit, matrem filio ſuccedere, qui ſui patris fuit hæres, & tamen nemo dicet, quod mortua demum matre abſque filiis, & ab inteſtato, ei ſuccedant conjuncti ex parte olim ejus viri, à quo talis mater prædicta bona, mediãte perſona ſui filii obtinuit; itaq; non per hoc, quod mater ſuũ virum repræſentet, cum ſit hæres filii, qui ſuo patri ſucceſſit, ſequitur, eidem matri tandem decedenti, proximiores ex parte patris ſuccedere, uti repræſentanti perſonam viri, cujus

jus

Digitized by Google

14 jus dictus filius fuit hæres; quia ſequeretur inter affines dari ſucceſſionẽ ab inteſtato, quæ omni jure improbatur, ut eſſet quoad proximiores defuncti viri, reſpectu dictæ maternæ ſucceſſionis.

Remanet etiã occurrendum alio deniq;
15 fortiori partis adverſæ motivo, ſcilicet, quòd quia hæreditas enunciatæ Dorotheæ dicti Ioſeph, Iuliæ, & Philippo delata reſpectivè, nunquã ab ipſis actu ſit agnita, ſequatur indè, quod dicta Catharina non habuerit Dorotheæ hæreditatem, à dictis ejus patre, ſorore, & fratre, ſed à matre; cum hæreditas, hæredi delata, efficiatur de patrimonio hæredis, quando aditur; Nàm duplices huic objectioni adhibentur reſponſiones, alte-
16 ra ex juris diſpoſitione, altera ex his, quæ in facti ſerie deducuntur. Attẽta enim *Conſuetudinis* noſtræ diſpoſitione, licet novem dotium partes ex decem filiis deferantur; tamen nulla requiritur aditio ad hoc, ut illis hæ partes quærantur, cum *Conſuetudo*
17 nil aliud ſit *ex Napodano*, niſi Civium pactio, ùndè non eſt neceſſe adi-
18 re, quod ex pacto debetur, ut latè fundant *Conſil. Hodier. ad Surd. deciſ.* 138. & *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 117. Quòd autẽ dotium novem par-
19 tes filiis abſq; aditione quærantur, alia item ratione probatur; nam medietas antiquorum, quæ ex *Conſuetudine* defertur agnatis, ſicuti hę dotium partes filiis, non debentur ju-
20 re hæreditario, cum non teneantur agnati, aut filii ad debita hæreditatis, nec in dicta medietate, nec in dictis novem partibus dotis, quod ſecùs eſſet, ſi jure hæreditario ſpecta-
21 rent; Hinc ſi hujuſmodi medietas, & maternæ dotes, quia uti à *Conſuetudine* delatæ, nõ debentur jure hæreditario, ſequitur, quòd in illis quærendis nulla requiratur aditio, ut teſtatur poſt *Scip. Bucc. Paul. de Caſtr.* alii DD. relati à *Reg. Latr. d. dec.* 117.
22 *num.* 18. Sed dato item, citià veri præjudicium, quòd novem dotium partes, ut filiis quærantur, illarum requiratur aditio, hoc tamen non militat ubi, ultrà apertam Conſuetudinis diſpoſitionem, hoc eſſet inter contrahentes expreſſè in pactum
23 deductum; quia tunc neminem latèt, has dotium partes filiis acquiri, abſque aditione, ut ſtrenuè fundant cuncti allegati à *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 8. *num.* 12. & *d. dec.* 117 *nu.* 22.
24 Quòd autẽ hæc Cõſuetudo tali caſu ſit in pactum deducta, ex tabulis nuptialibus, initis inter Dorotheam, & Philippum conjuges, clarè patet; cum vir reſtituere promiſerit dotes, juxtà *Conſuetudinem*, in ſcriptis redactam, atque uxor juxtà eandem, ſibi facultatẽ diſponendi reſervavit; undè noſtri patrii Iuris diſpoſitio fuit valdè
25 apertè in pactum deducta; & proinde ſequitur, has novem partes ſpectaviſſe ad prefatos Dorotheæ filios, non tàm vigore Conſuetudinis, ſed etiam ex pacto, ob quod nullam requiri aditionẽm, pro illis acquirendis, probat *ibid. Reg. Latr. num.* 22.

Et ità hæc prorſus aditionis objectio, quàvis ſoluta remaneat, ad exuberan-
26 tiam tamen alia adhibetur ex facti ſpecie reſponſio; nam dicta Catharina decretum præambuli obtinuit hæreditatis Dorotheæ ſuę genitricis, nõ ſimpliciter, ſed per intermedias perſonas qu. Ioſeph ſui fratris, Philippi patris, ac Iuliæ ſororis; undè colligitur
27 maternã hęreditatem ab illis habuiſſe; quia nulla hæreditas alicui traditur, mediante alterius perſona, niſi in Tribus caſibus, quorum Primus eſt, quando primo hęredi eſt delata, & adita; ſed quia ille præambuli decretum, Iudicis authoritate ſui favore interponi minimè curavit, ideò ſecundus hęres, qui ei ſucceſſit, dictum decretum obtinere, dicti primi hęredis mediante perſona, petit. Se-
28 cundus eſt caſus, ubi primò hęreditatem delatam abſque aditione hæres acquiſivit, cum illi penitus indigebat



Digitized by Google

gebat; & ità ſecundus hæres,præam-
buli decretum tunc ad ſui beneficiũ
obtinet, mediante perſona primi, in
cujus patrimonio,defuncti hæreditas
reperitur. Et Tertius denique, quo-
29 ties hæreditas eſt primo hæredi de-
lata, & per eum non adita, ſed illa
tranſmittitur favore ſecundi hęredis,
vel ex jure deliberandi, vel ſuitatis,
& ſanguinis, vel per viam in integrũ
reſtitutionis ex Edicto majorum, vel
minorum, quo caſu, quia dicta de-
functi hæreditas ſpectat ad hunc ſe-
cundum, vigore Iuris deliberandi,
aut alia cauſa,ideò præambuli decre-
tum interponitur in beneficium ſe-
cundi, mediante primi hæredis per-
30 ſona. Quibus caſibus exceptis,haud
tranſmittitur hæreditas, primi me-
diante perſona, favore ſecundi hæ-
redis,qui ſi ex propria veniat,alterius
perſona non declaratur hæres. Si igi-
31 tur d. Catharina præambuli decre-
tum obtinuit in hęreditate dictę Do-
rotheæ, mediantibus perſonis, ſci-
licet fratris, patris, ac ſororis, ſequi-
tur clarè, Iudices habuiſſe pro vero,
hæreditatem filijs fuiſſe delatã, eiſq;
quæſitam ſine aditione, utpote ex
providentia Conſuetudinis, in pacto
etiam deductæ,ut diximus,aut quod
32 dictæ Catharinæ pater, ac ſoror hæ-
reditatem Dorotheæ,ipſis reſpectivè
delatam non adiviſſent, ſed ad ipſam
Catharinam trãſmiſiſſent, aliquo ex
enunciatis capitibus, nempè jure de-
liberandi, ſanguinis, Conſuetudinis,
aut ex edicto, & beneficio *tex. in l.*
33 *Pantonius*,uti annuimus.Vndè om-
ni via res eſt abſoluta, & clara patet
item; nam cum hæreditas tranſmit-
tatur, illam non à defuncto habet
tranſmiſſarius, ſed à tranſmittente;
adeòut ipſe teneatur, benè ſolvere
34 debita tranſmittentis, ſivè primi hę-
redis, ad quæ non teneretur, ſi ſecũ-
dus hæres, non à tranſmittentis pa-
trimonio, ſed à defuncto hæredita-
tem haberet. Et idcircò rranſmiſſa-
35 rius, ſivè ſecundus hæres debet cõ-
ficere inventarium hæreditatis trãſ-
mittẽtis,ad quod nõ teneretur,ſi haud
à primi hæredis patrimonio, hære-
ditatem haberet, ut poſt *Bart.Bald.*
*Soc.*teſtãtur *Fanuc.de invent. quæſt.*
*243. num.70.& Mart. de ſucceſſ.leg.*
*p. 1. q.24.ar.1.nu.8.Iac. Cancer. lib.*
*3. tit. de tranſmiſ. num. 164. Ro-*
*lan. in tract. de traſm. num. 4.* aliiq;
apud *Surd.deciſ. 138. n. 10.dec.140.*
*num. 16. & Reg. Capyc. Latr. d. de-*
36 *ciſ. 177. num.27.*Secundus itaq; hę-
res,ſi defuncti hęreditate fruitur,uti
de tranſmittentis patrimonio, clarè
ſequitur,præfatam Catharinam ma-
tris hæreditatem acquiſiviſſe, uti à
prænominatis perſonis ei tranſmiſſã.
Quibus tandem adiicitur, hanc aditio-
37 nẽ itẽ de facto adfuiſſe in caſu præ-
miſſo; nam dictarum Iuliæ, & Ca-
tharinæ tutor, poſt olim Dorotheæ
obitum, diu detinuit enunciatas do-
tes, illas non reſtituens; undè oriri
videtur aditio ipſarum dotium. Nã
38 licet tali detentione, non probetur
favore Creditorum hæreditatis adi-
tio,benè tamen conſtat illa, pro dotis
tranſmiſſione etiã filiorũ hæredibus,
uti diſtinguit *Reg.Latr.d.deciſ. 117.*
39 *num 9.*Tutór namq; hæreditatem
pupillo delatam, quod poſſit ejus
nomine adire, *tex.* eſt expreſſus *in l.*
*ſi infanti, §. 1. C. de jur. delib.*ut in-
fra de hoc, & ſimilibus quamplura
dicemus *Contr.58.& 59.*

Modò exponamus hìc tãtũ ſupereſt,ar-
ticuli deciſionẽ in cauſa relata, fuiſ-
ſe omninò juxta allegata,prius in M.
† C.V. pro decreti præambuli interpo-
ſitione favore dictę Andreanæ Avõ-
dolo, deinde in S.R.C. pro illius con-
firmatione in gradu appellationis, ut
videre eſt, tàm apud acta Garrupæ,
quàm in Banca olim Clavelli.

Idemq; Similiter per S.C. fuit deciſũ,
40 licet in diverſa facti ſpecie, annis
retroelapſis, in cauſa Ill.Comitis Po-
licaſtri D. Fabritii Carafa, & hęre-
dum D.Beatricis Varcarcel, cum Ill.
† Principiſſa Bitetti D.Antonia de An-



Digitized by Google

gelis, referente R. Conſil. eximioq; poſtmodum Regente, D. Carolo Citto, ac patrocinante eruditiſſimo D. Nicolao Caravita pro dicto Comite, cujus favore anno 1691. fuit declaratum, nūmos duodecim mille aureos, pro dote conſtitutos à quond. Flaminio de Angelis, priſci Principis Bitetti, nobilitatis, ac pulchritudinis cauſa, in beneficium D. Emiliç Carafa, filiç olim Comitis Policaſtri, obveniſſe quond. D. Victoriç de Angelis, filiç d. D. Flaminii, uti bona materna, & propterea ſpectare, & ſpectaviſſe ad juniorem Comitem Policaſtri, nō autem ad dictam Antoniam de Angelis, quç ad illos ſolvendos fuit cōdemnata, unà cum intereſſe à die mortis dictç D. Victoriç; eo principali motivo, quia D. Emilia Carafa fuit cōſiderata in dictis bonis perſona immediata in acquirend., nec cauſa mediata, nempè illorum ori[illegible]o, & dependentia ab Ill. Principe Bitetti, à quo dicta dos, ità aſſignata tranſivit in dominium ipſius D. Emiliç, ut prç cçteris docent *Camil. Salern. in Conſuet. ſi qua moriens, Thor. in compend. deciſ. tom. 1. par. 2. verſ. mulier. extera*, & plenè *Reg. Rovit. deciſ.* 100. *num.* 14. præſertim quia pulchritudo, & nobilitas fuit cauſa dotationis impulſiva, ut teſtantur cum innumeris *Seſe d. dec. Arag* 52. *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 1 *par.* 2. *num.* 87. & *Conſ. Staiban. reſol.* 91. & uti recenti hac deciſione, iterum firmatur, apud acta in Bāca de Litto. Conſimilem prænarratis cauſam accidiſ-
† ſe, habetur anno 1706. ſuper hæreditate quondam Conſtantiæ de Alexio, cum pari item deciſione, penès acta in Bāca Gambaraſç. Et novitèr ità deciſum invenies anno 1712. in cauſa quond. Andreæ, & Luciæ Ruſſo (ut mihi hæc ſcribenti relatum fuit) ſuper bonis, quæ eis obvenerunt ab hæreditate quond. Thomaſinæ Miele, eorum matris, & Portiæ Pepe aviæ maternç, nempè ſpectare, & ſpectaviſſe hçc bona in beneficium D. Andreç, & Nicolai Pepe, excluſis Antonio & Salvatore Ruſſo, ut in B. Palermi: & hactenus exaratis cōtroverſa ſolvātur

## CONTROVERSIA XXXXVIII.

Legatum rei antiquç, cujus medietas, Iure patrio attento, ſpectat ad proximiores, an integrum legatario ſolvere teneatur hçres, prçcipuè favore piç cauſç?

### SVMMARIVM.

N*Ova facti ſpecies in legato ſpeciei modò proponitur.*

2 *Legatum factum conſaguineo, amico, Eccleſiæ de re aliena ignoranter tenet. & omninò æquivalens legatario debetur.*

3 *Imo à fortiori, pro miſſis celebrādis.*

4 *Legato fundo, prædio, cenſu, aut re ſimili, cujus medietas pertinet ad agnatos, vigore* Cōſuetud. Neap. *an debeatur integrum legatum, ſi legatarius ſit familiaris, conjunctus, vel pia cauſa?*

5 *Legata re, quæ tota teſtatoris non erat, in dubio intelligi debet, relictum jus, quod in ea teſtator ipſe tantummodò habebat.*

6 *Sed hæc limitatur regula, ubi contrariū elicitur ex teſtatoris mēte.*

7 *Legatum per verba*: Lego totum fundum, *an totū debeatur, ſi pars ipſius fundi alteri reperitur ex contractu obnoxia?*

8 *Dictio* omne totum *nihil excludit.*

9 *Teſtator ſi dicat*: Lego decem jugera terrç, *& tot non habeat, integrum pretiū legatario debetur.*

10 *Verbis antecedenter præmiſſis conſequens exprimitur voluntas.*

11 *Legata domo, cujus teſtator in una portione erat dominus, alia fideicommiſſo ſuppoſita, ſi dixit*, lego

do-

Digitized by Google

domum ubi habito, *integrum an debetur profectò legatum?*

12 *Et ità in õni re reſtitutioni obnoxia.*

13 *Teſtator videtur legare quod ſuũ eſt, non alienũ, niſi aliter conſtet*

14 *Teſtator, ſi rem legatam non eſſe ſuam, ſciat, ſuſtinetur legatum; & cognitio remittitur Iudicis arbitrio, ut num.* 15.

16 *Teſtatoris voluntas in dubio eſt interpretanda pro legatariis, præſertim dilectis, ac conjunctis num.* 17. *& favore piæ cauſæ num.* 18.

19 *Legata conſãguineis, amicis, & piæ cauſæ favore, latiſſimè ſunt interpretanda, & num.* 20.

21 *Legatum pro pia cauſa, alicujus rei, quam cum aliis in communi teſtator poſſidebat, etſi ignoranter, valet, & integrum debetur. Et ità etiam favore dotis num.* 25.

22 *Legatum conjuncto, vel amico relictũ de re alteri hypothecata, debet liberum ab hærede præſtari; quaſi jus luendi cẽſeatur ei injũctũ,* 23.

24 *Ità à fortiori, piæ cauſæ favore.*

26 *Legata re peculiari, cenſetur relicta portio, quam teſtator in ea habebat; niſi totum ejus valorem voluiſſe legare, conſtet; nam ad totum tali caſu tenetur hæres.*

## ARGVMENTVM.

Recens equidem, pro novo etiam noſtrarum Conſuetudinum ornatu, enixè exponitur diſcutienda quæſtio: an prædio, fundo, cenſu, debitoris nomine, alioq; annui redditus capitale legato, cujus medietas, uti de re antiqua, ac in hujns Vrbis reſtrictu exiſtenti, legibus hiſce patriis attentis, ad agnatos, cognatoſque ſpectat, integrum legatario ſolvere hoc tenetur heres legatum, ſaltem in pretio, ejuſque æſtimatione, ex cæteris hæreditariis bonis, præſertim ſi intimo, familiari, dilecto amico, ſanguine conjuncto, ac piæ cauſę favore ſit relictum? Et pro affirmativa ſententia prorſus propugnatur aſſertio, pręſertim ſi fructus rei legatæ omnes pro Sacris celebrandis ſint deſtinati; Cęteraq; in ſimilibus terminis Iurium dogmata; & peregrinæ Concluſiones perbellè etiam perpenduntur.

Notatu non minus digna, quã ſummo ſtudio, inter noſtrates
1 præſertim, eſt põderanda theſis, quæ de recenti accidit in S. R. C. & ſępè in praxi ventilari poteſt de Iure Cõmuni, ac noſtris Municipalibus attentis Sanctionibus, videlicet: an ſicuti legatum, quod ex unanimi Iuris Conſultorum placito, quia conjuncto, vel familiari, etſi ignoranter relictum de re alie-
2 na, vel alteri hypothecata, valet, & omninò debetur equivalens, vel liberum ab hęrede eſt legatario pręſtãdum; Quemadmodum etiam factũ Eccleſię, vel cujuslibet pię cauſę favore: Ità pariter, legato fundo, prædio, cenſu, poſſeſſione, domo, vel
3 integro annuorũ introituum capitale, alicui pio loco pro tot Sacris quotidie celebrãdis, juxtà teſtatoris pręſcripta, integrum ab hęrede ſit à fortiori legatario ſolvendum, quamvis
4 res ipſa pro tali cauſa legata, agnatorum beneficio in medietatè, patrii Iuris, nempè *Conſuetudinis, Et ſi teſtator*, diſpoſitioni obnoxia inveniatur; adeout, hoc minimè obſtante, adhuc debeatur, vel totum legatum, vel in portione deficiente equivalens, ad tam pium, ac favorabile onus ſuſtinendum, pro teſtatoris, aliarumq; purgantium animarum, non temporali, ſed ſpirituali quidem jam expectato auxilio?

Et quãvis prima fronte in hujuſmodi



Digitized by Google

5 legato, & ſimilibus, ut ſupra enunciatis videatur communis apud DD regula, ut re legata, quæ tota teſtatoris non erat, intelligi in dubio debeat, illud reliquiſſe tantùm jus, quòd in ea ipſe teſtator habebat, quodvè ad eum ſpectabat, *ex tex. in l. ſervi electione, § cum fundus, de leg.* 1. ubi *Bart.* aliiq; innumeri.

Nihilominus, quia eadem regula ex
6 conjecturata diſponentis pendet mēte, qua ſi liquidò conſtet, aliter voluiſſe teſtatorem, çquè indubitata eſt in Jure pariter è converſò, & certa concluſio, ut totum debeatur legatum; & pars rei legatę, quæ etſi teſtatoris non ſit, ab hærede tamen ſatiſfieri debeat alio corpore, aut in pretio æquivalenti, quoties hæreditarii æris ſuppetunt vires. Ità ratiocinatur *Laderch. conſ.* 7. *in fin. & conſ.* 53. *num.* 4. *Coroz. deciſ.* 31. *num.* 12. *Cancer var. cap.* 20. *num.* 295. *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſ.* 3. *num.* 46. *Gobbi. conſult. dec.*
7 75. *num.* 26. Hancq; teſtatoris voluntatem, unico ore oſtendunt DD. eſſe omninò legatariis favorabilem, quoties ille, his nimirum verbis utitur; *lego omnem, vel totum fundum* cum
8 ſimilibus; tunc ex hac verborum vi, quæ omne totum amplecti, & nihil excludere videtur, in pretio ſaltem, vel re çquivalenti prorſus debetur fundi redditus, aut cenſus legati tota æſtimatio in legatarii beneficium, juxtà *Bartoli* doctrinam *in d. l. ſervi electione*, & *Salic. in l. cum alienam n.* 6. *C. de leg. Menoch. conſ.* 145. *n.* 15. *Ceph. conſ.* 773. *num.* 28. *Mareſc. var. cap.* 104. *num.* 9. *lib.* 2. *Altograd. conſ.* 68. *num.* 76. *lib.* 1. *Rebuff. conſ.* 173. *Pariſ. conſ.* 33. Idq; pariter ipſe *Bart.* alio exemplo exponit
9 in teſtatore, ſuam mentem, exprimēte in menſura, ità nempè loquendo: *lego decem jugera terræ ex tali fundo, vel lego decem jugera terræ*, aut ſimili menſura ſuam voluntatem explicet in legando: tunc enim licet ille non habebat tot verè jugera, tamen illorum integrum pretium [illegible] cenſetur *Graſſ. §. legatum* [illegible]
10 *nu.* 11. prout idem aſſerendum [illegible] ſi videatur per conſequens [illegible] antecedenter pręmiſſis, comp[illegible] di, quod ipſe teſtator ità voluer[illegible] cuti ait *Loderch. d. conſ.* 53. [illegible] gata domo, cujus teſtator in un[illegible] tione erat verè dominus, nam a[illegible]
11 portio fideicommiſſo erat ſuppo[illegible] quia in ſpecie domum legatus [illegible] ubi ad pręſens moror, [illegible] eſt, propterea totam domum, aut integrum illius pretium legaſſe, conſuluit *num.* 4. ibi; At *hic teſtator* [illegible] *dixit* (*domum lego, ubi ad præſ*[illegible] *maneo*) *etenim, cum iſte habi*[illegible] *tàm in parte ſubjecta fideicomm*[illegible] *quàm in libera, utraq;* [illegible] *compræhenditur; ſi enim* [illegible] *ſuadent, non ſolùm jus, quod* [illegible] *habet, ſed & ipſa res legata intelligitur, Iaſ. l. quod in rerum, §.* [illegible] *fin. de leg.* 1. *& dixi ex Alex. ubi*
12 *pra.* Hoc item ſcripſit *Gobbi conſ.* [illegible] 76. ubi legatum poſſeſſionis, cu[illegible] altera pars erat teſtantis, uti burgenſatica, altera uti feudalis, ex defec[illegible] lineę erat diù Domino devoluta, quia dixit, eam lego, prout mei obitus tempore reperitur, totum ab hęrede eſſe legatario pręſtandum, arbitratus eſt. Et ità in ſimili caſus ſp[illegible] cenſuit pari voto *Milaz.* *aſſer*[illegible] *cap.* 40. *ſub num.* 113.

Nec valet ex adverſo aſſerere, [illegible]
13 propoſito, teſtatorem vo[illegible] re quod ſuum erat, no[illegible] num, & ſignanter v[illegible] num Neapolis ad agnatos, cognatoſque ſpectabat, & propterea [illegible] dietatem tan[illegible] di reliquiſſe [illegible] diſponere po[illegible] id ignorabat [illegible] homo do ſanè poterat [illegible] ſciviſſet & d. Conſuetu[illegible] *teſtator* [illegible] cordatus [illegible] libera tan[illegible] ſua portio[illegible] quiſſet.
14 Nam retorquetur dilemma [illegible]

Digitized by Google

dem Adverſariis plenè reſpondetur,
ac propriis eorum armis oppugnantur: Vel enim teſtator ſciebat( prout
eſt veroſimile magis)prædium,vel capitale legatum, eſſe ſubjectum noſtris Conſuetudinibus, quæ ſcientiæ
cognitio ex validis conjecturis arbitrio Iudicis per DD. remittitur, in *l.
cum alienum*, *ubi Iaſ. & Imol. C.
de leg. l. domus*, §. 1. *ff. de l.* 1. *Covar. in cap. filius*, *de teſtam.* & tunc
attenta diſpoſitione *tex. in d. l. cum
alienam*, *&* §. *non ſolùm*, *inſtit. de
leg.* aſſerendum eſt, deberi integrũ
legatum,niſi in ipſa re legata,ſaltem
in pretio, quia ex *cit. tex.* ſancitum
15 invenitur, quod ſi teſtator dictam
rem legatam ſuam non eſſe ſciat,ſuſtinetur legatum, & hæres rem ipsã,
ſcilicet juſto pretio, ſi vires hæreditariæ ſufficiant, redimere, aut aliud
pro ea æquivalens legatario tradere
tenetur. Si verò ipſe teſtator neſciebat, vel oblitus erat, rem legatam
eſſe noſtris Conſuetudinibus, quoad
medietatem ſubjectam;& tunc,cum
ſimus in dubio, ſemper ejuſdem teſtatoris voluntas, favore legati or-
16 dinati interpretanda eſt, pro integrã nimirũ illius ſatisfactione, juxtà
*tex. in l. ſi is*, *qui ducenta*, *ff. de
reb. dub. Natt. conſ.* 626. *Mantic.
de conject. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 32. *Rip.
ſing. obſer.* 303. Idque eſt eò fortius
dicendum, quando erga legatarium
inſpicitur peculiaris affectio, vel in
17 eo ſanguinis conjunctio, vel amicitiæ
ligamen,ex traditis per *Conſ. de Medic conſ.* 73. *& Hodier. ad Surd. deciſ.* 298. prout etiam favore piæ cau-
18 ſæ;cum non ſolùm in his legatis relictis amico, vel conſaguineo, latiſſima fit interpretatio, ut poſt *Bart.
in l. Aurelius*, §. *Titius teſtam. de
liber. leg.* aliosq; refert *Surd. dec.* 88.
*n.* 12. licet ſit cõtra heredẽ, ut ex pluribus ait *Craſ. de ef. amic. n.* 106. Verũ
& in legatis piis, in quibus hæc favo-
19 rabilis eſt facienda interpretatio ex
*textu in l. Titia* 40. §. *Seja*, *ubi
Bart. ff. de aur.*, *& arg. leg.* & ſemper in eis quod eſt plus attenditur,
relicto quod eſt minus *Bald. in auth.
ſi quis*, *C. de Epiſ. & Cler. Cagnol.
in l. ſemper in obſcuris*, *ff. de reg. jur.
Rom. ſingul.* 52. *Gozadin. conſ.* 60.
& communiter Canoniſtæ *in cap. indicante de teſtam.* prout in noſtri caſus ſpecie liberè eſt aſſerendum, cum
legatum pro miſſarum celebratione
ſit in beneficium animæ prorſus ipſius teſtatoris, cujus voluntas,non uti
dubia profectò,& ambigua interpretari debet, cum ſit nimis clara pro
integrã legati ſolutione, tendatque
expreſsè ad proprium commodum,
favorem, ac dilectionem, quia nihil
caducum, & temporale, ſed ſpirituale animæ ſuffragium reſpicit.

Hinc igitur benè infertur, teſtatoris
20 apertam voluntatem prorſus colligi
ex hac pia cauſa, pro qua fuit relictũ
legatum, ut in propriis terminis inquit *Gobb. in dict. conſult.* 75. *nu.* 27.
his ſcilicet verbis *non tertium ex oppoſitis*, *quia non procedit in legato
pro anima teſtatoris relicto*, *ut pluribus allegatis teſtatur Milaz. d.
aſſer.* 40. *num.* 113. uti etiam docet
*Cenſal. ad Peregrin. art.* 33. *verſ.* 11.
*declaratur*, ubi ex eo, quod ſcripſit
præ cæteris *Grati. diſcep. cap.* 955. aſſerit, legatum à teſtatore factum ali-
21 cujus rei ſtabilis, quam una ſimul
cum aliis ille, in communi poſſidebat, quamvis ignoranter, integrum
tamen deberi legatario, quando piæ
cauſæ favore ordinatum inſpicitur,
ut poſt *Tiraquell. de privil. piæ cau.
priv.* 66. *Menoch. de præſump. lib.*
4. *præſ.* 116. *num.* 30. *Ant. Fab. in
ſuo C. lib.* 8. *tit.* 34. *def.* 12. *Vaſque.
de ſucceſſ. progr. lib.* 3. § 27. *num.*
41. *Roman. conſ.* 235. *num.* 5. *Grat.
diſcep. for. cap.* 955. *num.* 34. aliosq;
relatos per *Rodoer. in addit. ad Reg.
de Marin. cap.* 12. *num.* 11. ubi ple-
22 nè fundat eadem ratione, qua legatum rei, alteri hypothecatæ, ſi factum invenitur conjunctæ perſonæ,
vel

vel familiari, & intimo amico, ſivè hoc ſciverit, ſivè ignoraverit teſtator, quòd teneatur hæres rem legatam luere, quaſi jus luendi cenſea-
23 tur veroſimiliter ipſi hæredi impoſitum ob ſanguinis conjunctionem, vel intimam legatarii familiaritatem, *ex gloſ. in l. ſi res obligata* 60. *ff. de leg.* 1. *& d. l. aliquam*, *C. eod.* ubi legatum, ut annuimus, etſi ignoranter de re aliena factum conſaguineo, vel amico, ab hærede ſaltem pro æſtimatione ſit præſtandum *gloſ. in cap. filius de teſtam. & l. prædia*, *C. de fideicom. Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 4. *Mareſc. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 115. *num.* 7. *Marot. diſcep. for. cap.* 3. *num.* 65.
24 Ità a pari, imò à fortiori eadem militat receptiſſima Concluſio in legato ad pias cauſas relicto, ut in præſentiarum, quo non tàm propinqui, & amici, ſed ipſius teſtatoris favor ſpiritualis prorſus attenditur.

Idemque rurſus comprobatur duobus
25 Lutetiæ Pariſiorum arreſtis, quibus deciſum reperitur, donationem alicujus fundi pro dotis cauſa, & legatum ſimiliter ordinatum Religioſorum favore, ſi in fundo enunciato donans, vel teſtator ipſe unam ſolũ portionem habebat, deberi integrũ, vel emptione alterius portionis non ſuæ, vel deberi ſaltem æquivalens. Ità fatentur *Caronda lib.* 2. *reſponſ. cap.* 4. & *Popon. lib.* 11. *arreſt. tit.* 4. *de eviction in princ.* ubi hęc leguntur verba; *Is, qui fundum in favorem matrimonii donat, etſi non niſi unicam partem in eo habeat, pro toto fundo evictionem præſtare, debet, aut damna, & intereſſe ſolvere, pro ratione partium, quas tradere nõ poteſt adverſus l. ſervi electione in fin. de leg.* 1. *Arreſto Pariſienſi, quod allegatur à Caronda lib.* 2. *reſponſ. art* 40. *ubi ait: Idẽ judicatũ fuiſſe in legato teſtamẽtario Religioſis relicto.*

Ex quibus denique Iuris Prudentum
26 authoritatibus, & rationibus, ac Supremi item Senatus deciſionibus noſtra manifeſtè liquet ſenteuti[illegible] propoſita caſus ſpecie; cum ide[illegible] ab aliis intelligatur ſolùm relict[illegible] à teſtatore quòd poſſidebat in le[illegible] to ſpeciei, quando aliter non con[illegible] ex præſumpta teſtatoris mente, [illegible] ex conjecturis, voluiſſe hæredẽ g[illegible]
27 vare. At ubi liquidò contrarium [illegible] tet, ex clara nimis, aut præſum[illegible] ipſius teſtatoris voluntate, nulli [illegible] bium remanet, quin alio modo ſit lo[illegible] quendum, ſignanter pro legato, de quo agimus, piæ cauſæ favore ordinato, & pro ejuſdem diſponentis ſpirituali animæ beneficio, uti edocet *Surd. de alimen. tit.* 8. *privileg.* [illegible] *& tit.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 17. *& quæſt.* 12. *num.* 9. *Ricc. & Thor. in addit. ad Tiraquell. in tractatu de privil. piæ cau. priv.* 23. & ità deciſum refert idem *Surd. deciſ.* 298. *ubi Hodiern. & Cardin. de Luca de legat. diſcu.* 12 *&* 13. Vndè concludendũ omninò videtur, præfatum legatum integrum deberi legatario, minimè obſtante, quòd medietas capitalis, vel fundi relicti ſpectet ad agnatos, vigore Conſuetudinis hujus Civitatis, cum teneatur hæres tantùndem ex aliis hæreditariis bonis ipſi legatario reficere, ſi ab agnatis reliquam medietatem redimere nequit.

Et hæc fuit cauſa nuper in S. R. C. agitata, ac recens altercatio, quæ acci-
† dit inter Montẽ Divæ Mariæ Egrotantiũ, erectũ in Ven. Congregatione Immaculatæ Conceptionis, intus Societatis Jeſu Domũ profeſſam [illegible] Civitatis, legatariũ Petri [illegible]gnano, & Eccleſiã S. Mariæ Pietatis, hæredẽ olim Cõſil. Franciſci Rocco, heredis dicti quõd. Petri, in petitione conſuetudinariæ medietatis, [illegible] re debitæ Ceſſionariis [illegible]rignano in ſpeciali corpore [illegible] Petro huic Mõti legato, [illegible] allegata, fuit bis per S. C. [illegible] anno 1714. favore ipſius M[illegible] contra enunciatũ heredẽ, a[illegible]one R. Cõſ. Flavii Gurgo, V. J. D. Nicolao Mãdarano patrocinante, ut ex actis in B. [illegible]



Digitized by Google

Conditio, quæ pendet à futuro alicujus mortis eventu, ſi nępè vivus legatarius repeꝛiatur, an proꝛſus ſit expectanda, ut detur locus legato, cujus ſatisfactio cum facienda ſit ex multiplico, à teſtatore item ordinato, illius pariter totale complementum tandem attendi debeat?

## SVMMARIVM.

1 **F**Acti ſpecies proponitur, qua
2 Juris interpretatio non eſt danda ubi clara, & nimis aperta ſunt diſponentis verba.
3 Teſtatoris volūtas regulatur à propria verborum ſignificatione.
4 Teſtatoris verba ſunt intelligenda, ut ſonant, & ſecundū uſū loquēdi.
5 Legatū quādo eſt cōditionale, debet ſuſpendi ejus exequutio uſq; quo nō verificatur teſtatoris voluntas.
6 Conditio niſi verificetur, ſuſpenditur ſanè legatum ſub illa relictū.
7 Legatario mortuo ante purificatā conditionem, legatum extinguitur.
8 Dies incertus conditionem parit.
9 Conditione non purificata, minimè tranſmittitur legatum.
10 Dies niſi advenerit, vivente legatario, legatum non debetur.
11 Legatum, ſi reſpiciat mortem tertii, non debetur, legatario mortuo ante obitum hujus perſonæ.
12 Teſtator quando vetat legati petitionē donec aliquis vixerit, extinguitur legatum, legatario denique præmortuo.
13 Idq; etiam procedit in legato dotis, vel alterius cauſæ privilegiatæ.
14 Legatum, cum ſit ſub conditione, peti non poteſt, niſi illa adimpleta.
15 Dies data, tempuſque præfixum ſolutioni legatorū, conditionē parit.
16 Temporis incertitudo conſideratur pro ſuſpenſivo effectu legati.
17 Et præſertim quādo futuris verbis legatum eſt conceptum.
18 Tempus futurum quando teſtatoris verba reſpiciunt, non tranſmittitur legatum ante diem, & tempus præfixum, & num. 19.
20 Teſtatoris voluntas ſervari debet.
21 Legatum à legatario repudiatum, vel effectum caducum, fingitur retrò, ac ſi nunquam fuiſſet legatarii, & auget hæreditatem ſavore ſolius hæredis.
22 Legatum non poteſt dici caducatum uno deficiente ex legatariis, quando adhuc remanet adimplēda cōditio favore hæredis ſcripti appoſitu.

## ARGVMENTVM.

Legatum ſub conditione adimplēda relictum, aut temporis expectato evētu, obitus ſcilicet alicujus perſonæ, ac ſtatuto annorum curſu, donec peculii multiplicum, à teſtatore ordinatū plenè adimpleatur, ex quo illud ſolvi debeat, ſtante præſertim ſubſtitutione in beneficium hæredis ſcripti, quoties ſine liberis legitimis, & naturalibus legatarii deceſſiſſent, vel mortui reperirētur omnes ante dicti multiplici complementum, utrum omninò adimplenda hæc ſint prius, ut præfato poſtea legato frui poſſint vocati? Et affirmativa clarè oſtenditur ſubſtinenda ſententia, aliaque ſigillatim de hujuſmodi legato cōditionali, ad propoſitum diſcutiuntur.

1 DVo potiſſimū ab eximio J.C. ac famigeratiſſimo in noſtris ſubſelliis quondam cauſarum Patrono Paulo Malangone, fuerunt ordinata multiplica in ſuo ultimo elogio, in beneficium Sacræ Domus A.G.P. ſuæ univerſalis hæredis, inſtituto anno 1672. alterum nempè primo loco, ſex mille ex nummis aureis fortis pro ſubſtinendis in perpe-

pe-

Digitized by Google

petuum tribus Cappellaniis, ſolutis prius omnibus hęreditariis oneribus: alterum verò poſtmodum faciendū ducatorum triginta mille, etiam principalis ſortis, ut prorſus iſtius ultimi multiplici cunctis fructibus, quando ei locus aperiretur, gauderet ſua tantùm vita durante D. Ioſepha Zambrano ejus uxor, licet ad ſecunda traſiret vota, cū onere ſolvendi annuos ſolùm cuilibet ex quatuor filiis D. Ioānis Carafa aureos nummos centum pro eorum alimentis, abſque quod daretur jus accreſcendi inter eos, uno vel pluribus ex eis defunctis, ſed portio deficientis, non ſuperſtitibus accreſceret, ſed in beneficium dictę Ioſephæ cederet; ſtatuens deniquè, ut ex enunciato ultimo multiplico, ſic ordinato, fieri deberent tres portiones, prorſus ęquales, quarum prima cederet in beneficium præfatæ Sacrę Domus, ſuæ ut ſupra hæredis, & ejuſdem multiplici adminiſtratricis; ſecūda verò, ut gauderent portione, poſt mortē dictæ tamen ejus uxoris, & nō antea, D. Paulus, D. Januarius, D. Vincentius, & D. Joſepha Carafa, filii pręfati D. Ioannis con ſubſtitutione, ut infra. Tertiaq; demum pars, ut divideretur, nempè pro medietate, & una medietas, ipſe teſtator voluit, ut cederet in utilitatem ejuſdem Sacræ Domus pro ſuis operibus piis, & de alia medietate poſſet ad libitum diſponere tàm in vita, quàm in mortē eadem ſua uxor, quamvis è vivis decederet, nō jam completo dicto multiplico; & reſpectu portionis ducatorum nempè decem mille, pro legato dictorum filiorum D. Ioannis Carafa, ſubdidit idem teſtator, quod ſi daretur caſus, quod ipſi fratres de Carafa, aut quilibet ipſorum perveniens ad conſequutionem prædicti legati, poſt adimplementum totale hujuſmodi multiplici, tunc ſi poſtea omnes deceſſiſſent abſque filiis legitimis, & naturalibus, aut antea mortui reperiantur, eadem portio, ut ſupra eis legata, tunc accreſceret, & ire deberet omninò in beneficium ejuſdem Sacræ Domus, ut hæc, & alia clarius [illegible] apertis præfati teſtamenti verbis [illegible] parent; Quævè cum ad enarrata[illegible] tùm adamuſſim dirigatur, nec ali[illegible]

2 pati poſſint Iuris interpretationem, quis non cognoſcet, quàm à vero aberrent enunciati filii dicti Ioannis Carafa, à quibus modò ſupponitur, ex tàm brevi temporis curſu, & paucis ab hinc annis, fuiſſe jam completum hoc ſecundum peculii multiplicum, capitalis nummorum nempè aureorum triginta mille, aut ſaltem extendi ad præſens illud tantùm debere, quò ad ſortem, ſcilicet, & capitale ducatorum viginti mille, nec ultrà, dum jam dicta Sacra Domus in omnibus ante tempus ſe tranſegit cū dicta D. Ioſepha, & proinde aliud nō remanere, niſi intereſſe ipſorum fratrum de Carafa, quòad eorum portionem; Quando propter nonnulla onera teſtamentaria, nec tamen primum eſt adhuc completum multiplicum, pro dictis tribus Cappellaniis primo loco ordinatum, ut diximus, & quando prorſus expectari debet tempus dicti ſecundi multiplici, & ejus totale complementum, quo mediante tepore poſſet ipſorum fratrum, quod abſit, obitus evenire, & fieri locus etiam pręfatę ſubſtitutioni favore ejuſdē S. Dom. hæredis, quemadmodum attentè ipſemet teſtator conſideravit ob magnum tem[illegible], uti neceſsè erat, pro to[illegible] complemento utriuſque multiplicis, juxtà ſtatutum ordinem in dicta ſua ultima diſpoſitione præſcriptum, cui omninò eſt idcirco deferendum.

His igitur præmiſſis, ac [illegible] per-

3 penſis, cum teſtatoris [illegible] regulentur à propria verbo[illegible] ſignificatione, neſcio qu[illegible] moti, [illegible] poſſint modò [illegible] ere pręfati [illegible] dicti D. Ioannis Carafa, quando [illegible] ni via expectari debet, & conditionis à teſtatore appoſite, adimplementum [illegible] nem.

nempè, ſi ipſi reperirentur vivi tẽpore obitus prędictæ D. Ioſephæ Zabrana, necnon complementum totale deſcripti ſecundi multiplici, ſi hoc temporis curſu, adhuc ipſi vivant, aut ſaltem aliquis ipſorum, aut ſi poſtea minimè decedant ſine filiis legitimis, & naturalibus, ad hoc, ut non ſit locus dictæ ſubſtitutioni, ordinatæ favore pręnominatę Sacrę Domus teſtamẽtariæ *hæredis ut ſupra*

Quinimò, cum teſtatoris verba ſemper
4 ſint intelligenda prout ſonant, naturaliter, & ſecundùm uſum loquendi, ut ex *l. libertorum*, § *quod tamen Caſſius*, *ff. de leg.* 3. *ubi gloſ. l. labeo*, *ff. de ſuppell. leg.* Quem latet ergò, hujuſmodi clara nimis quondã V. I. D. Pauli diſpoſitione, ut detur libera facultas dictis fratribus de Caraſa, diſponẽdi de pręnominata ſecunda ducatorũ parte, nẽpè decemmille ex his tribus portionibus, faciendis ex dicto multiplico, ut ſupra annuimus, quoties, ut ſperatur, hoc ſanè erit eis permiſſum, debeat prorſus expectari hujus temporis decurſus, pro integro dicto multiplico faciendo, ut poſſint ipſi poſtmodum frui præfato legato ducatorum decem mille, eorum beneficio pro ſorte, & fructibus legatò, ſi vivi reperirentur, nec poſtea abſque liberis legitimis, & naturalibus, ut ſupra diximus, decederent.

Legatum etenim, de quo agitur, cum ſit conditionale, debet propterea ſuſpendi illius exequutio, & ſatisfactio, quouſque quo nõ verificatur adamuſſim voluntas, & teſtatoris diſpoſitio nempè directa, ad totale iſtius multiplici complementum, reſpectu præſertim dictorum fratrum de Caraſa, & pro[illegible] [illegible]ios eventus, qui tractu temporis [illegible]ſiderantur, favore præfatæ Sacræ [illegible]mus A. G. P. ſignanter ex [illegible] ſubſtitutione, ità eius benefic[illegible].

Semper [illegible] legatum videtur conditiona-
6 le [illegible]editur, uſq; dum conditio verificetur, ità ut ſi legatarius moriatur ante purificatam cõditionem, extinguatur legatum, nec etiam poſſit tranſmitti ad hęredes ipſius legatarii,
7 *l. ſi ità ſcriptum* 46. § *ſi ſub cõditione*, *ff. de leg.* 2. *l. ſi dies* 21. ibi: *niſi tẽporis cõditio obtingerit, neque res pertinere*, *ff. quando dies leg. ced.* Cõditionẽ enim facit dies incerta, *ex d. l. ſi dies*, ibi, *at ſi incerta, quaſi cum pubes erit, cũ in familia filia nupſerit*, & ſequitur poſtea; *niſi temporis conditio*, ut ſupra,
8 *obtingerit, neque res pertinere, neq; dies legati cedere poteſt*, & in *d. l. ſi ità ſcriptum*. additur ibi: *ſi ſub conditione, vel ex die incerta*, *l. legata*, 41. *l. hæres meus* 78. ibi: *conditionẽ dies incertus in teſtamento facit*, *l. dies* 74. *ff. de condit. & demonſtr.*

Hinc habetur, minimè tranſmitti lega-
9 tum conditionale, niſi purificata conditione, & quoties dies advenerit, vivente legatario, *l. talis* 30. § *ſi ſub conditione*, *ff. de leg.* 1. *l. ſi cum hæres* ibi: *denique vivo hærede, defunctus legatarius ad ſuum hæredem nõ trãſfert*, *l. hujuſmodi* 13. *ff. quando dies*
10 *leg. ced. l. ſi pecunia*, § *quod ità*, *ff. de leg.* 2. ſicque extinguitur legatum in beneficium hęredis, ſi pręmoriatur legatarius antequam purificetur conditio, *l. quibus diebus* 42. § *quidem Titio*, *ff. de condit. & demonſtr.*

Idemque in Iure diſpoſitũ videtur præ-
11 ſertim, ut in caſu noſtro, quando nimirum legatum reſpiciat mortẽ tertii; tunc enim legatario mortuo ante obitum tertii, legatum non debetur, nec hęredi ipſius legatarii, *ex d. l. ſi ità ſcriptum, & l. ſi dies* Idque etiam DD. fatentur, ſi teſtator prohibeat legati petitionem, donec aliquis vixerit, vel
12 exempli gratia, proprietarius, vel uſufructuarius hæres, cum ſimilibus; tũc etiam extinguitur legatum, ſi legatarius dictis à teſtatore prędilectis pręmoriatur, *d. l. quibus diebus*, § *quidam Titio*, ubi communiter DD. & inter recentiores præcipuè ſunt vidẽdi *Grat. deciſ.* 183. & *cap.* 131. & 771. *diſc. for. Theſ q. for.* 43. & 68. *Peregr. de*

*de fideicom.art.* 31. *num.* 19. *& art.*
36. *n.* 26. *Mantic. lib.* 11. *de conject.*
*tit.* 18. *num.* 10. *Gabr.lib.*2.*conſ.* 50.
*num.* 3. *Surd. conſ.*268.*num.* 48.*lib.*
2.*Novar.quæſt.for.*27.*num.*2. *Pariſ.*
*conſ.* 110.*lib.*4.*Conſil.Marcian. tom.*
2. *conſ.* 54. *Reg. de Marin.tom.*1.*re.*
*ſol. cap.* 246., ſed ultra præfatos om-
ninò eſt videndus *Ant. Fab.lib.* 6 *C.*
*tit.* 23. *de condit. inſer. defin.* 9. Qui
etiam eodem modo loquitur in caſu
13 fortiori, ſcilicet in legato dotis, vel
alterius ſpecialis, & privilegiatæ cau-
ſæ, cum aliis innumeris ex brevitate
prætermiſſis. Dum, uſque adhuc non
adimpleatur conditio, legatum peti
non poteſt; & purificata conditione
14 tunc legatum evadit purum, cum
antea non ſit, niſi ſub cõditione adim-
plenda, *l.un.§ ſin autẽ C.de cadu toll.*
Confirmatur tandem eadem concluſio,
15 quia dies data, atque tempus præfi-
xum ſolutioni legatorum, ut in præ-
ſentiarum, conditionem ſemper parit,
*l. quidam Titio,§.* 1. *ff. quando dies*
*leg. ced. Bart. & Iaſon in l.cui lega-*
*ta*, § 1 *Paul Caſtr. d. §. quidam ubi*
*ſupra Gloſ* magiſtralis *in l. Sejus Sa-*
*turninus ff. ad Trebell.* ubi: *& hãc*
16 *temporis incertitudinem conſiderat*
*pro ſuſpenſivo effectu legati.* Regula
enim eſt certa, quod dies incertus cõ-
ditionẽ facit ex *l. dies incertus* 14. *ff.*
*eod. l. unica, §. ſin autem, C.de caduc.*
*toll.* & præſertim quando futuris ver-
17 bis ablativis legatum eſt conceptum,
quæ conditionem important, *Oſaſc.*
*deciſ.* 145. *nu.*7. *& dec.* 165. *nu.* 17.
& quando pariter futurum tẽpus te-
ſtatoris verba reſpiciunt, hoc enim
caſu non tranſmittitur legatum ante
18 diem, ac tempus præfixum, ut poſt
alios *Theſaur. d. quæſt.* 43. *lib.* 1.
Et propterea ex his non poteſt ullo mo-
19 do dari locus prætenſionibus dictorũ
fratrum de Carafa, niſi id prius expe-
ctetur tempus ſtatutum, & complea-
tur integrè dictum multiplicum or-
dinatum, ſicq; purificetur una ſimul
conditio ſequutæ mortis, nimirum di-
ctæ quond. Ioſephæ, adhuc viventis,
poſt cujus obitum, & non antea vo-
luit ipſe Paulus olim ejus vir teſtator,
ut præfatũ multiplicum ordinatũ du-
catorum triginta mille, divideretur
in his enunciatis tribus equalibus por-
tionibus, quarum una ſcilicet duca-
torum decemmille, ſpectare deberet
dictis fratribus, ſi ipſi tunc temporis
viverent, aut niſi poſt acquiſitam dictã
portionem morerentur, ut annuimus,
abſque filiis legitimis, & naturalibus;
nam his caſibus, vel quolibet ipſorum
nõ evenientibus, voluit, ut etiã ad di-
ctam aliam portionem, dictorum du-
catorum decemmille, ſuccederet ea-
dem Sacra Domus ejus hęres, pro illis
applicandis ad pia illa opera, quæ tàm
inceſſanter ipſa ad publicam utilita-
tem, majoremquè Dei gloriã exercet.
Nec valet dicere (ut perperam ſupponũt
20 dicti fratres de Carafa) per enuncia-
tam tranſactionem, ſequutam inter
dictas Sacram Domum, & D. Ioſephã,
fuiſſe extinctam, & caducatam præ-
fatam ſuam portionem, & proinde
multiplicũ hoc ſecundum fieri debe-
re, atque trahi ad ſummam ducato-
rum tantùm viginti mille. Quia aper-
tè nimis patet ex clara teſtatoris mẽ-
te, ejuſque expreſſis verbis, hoc fuiſſe
omninò prohibitum, non ſolùm pro
utilitate dictæ Sacræ Domus ſuæ hæ-
redis, quæ fuit ab ipſo nominata pro-
prietaria in medietate hujus portionis
decemmille, poſt mortem dictæ Ioſe-
phæ ſuæ uxoris, & de reliqua medie-
tate dedit eidem uxori liberam facul-
tatem diſponendi in morte, & in vita,
etiam ſi non eſſet prædictum adhuc
completum multiplicum, quod pror-
ſus interdixit dictis fratribus de Cara-
fa pro eorum portione, eis acquiren-
da ſolùm poſt dictũ multiplicum, cõ-
ditionibuſq; plenè adimpletis, nẽpè ſi
poſt mortem dictæ D. Ioſephæ, in om-
nibus uſufructuariæ, reperirentur ipſi
viventes, nec poſtea decederent abſq;
liberis legitimis, & naturalibus. Verũ
etiam quia omnia jura competentia

dictę D. Ioſephę, per eandem, dicta intercedente tranſactione, fuerunt tráſlata, & ceſſa in beneficiũ dictæ Sacrę Domus e q; tranſmiſſa, quoad aliam etiam medietatem, dictæ tertiæ partis multiplici prædicti adhuc complẽdi, quia ex facultate ei à teſtatore tributa, poterat bene diſponere in vita, & in morte, etiam non completo multiplico, quod non eſt dictis de Carafa permiſſum, ſed debent conditionis eventum, ac multiplici ſæpè enarrati totale complementum omninò expectare.

Idque ſuadetur etiam alia clariori ra-
21 tione, nimirum data hypotheſi (quod prorſus in caſu noſtro dicere erroneũ eſt) legatum portionis dictę D. Ioſephę eſſet caducatũ, vel repudiatum, etiam cederet in beneficiũ hæredis; non ſolùm quia legatũ à legatario repudiatum, vel effectum caducum fingitur retrò, ac ſi nunquam fuiſſet legatarii, & auget hęreditatem ad favorem hęredis, *l. quædam ſunt* 16. *ff. de reb. dub. l.* 1. §. *verum*, *ff. ſi quid in fraud. patron.* & teſtantur *Surd. in tract. de alim. tit.* 9. *quæſt.* 35. *n.* 17. *Vaſqu. de ſucceſſ. progreſ. lib.* 3. §. 23. *num.* 6. *Manent. deciſ. Mantuan.* 4. *nu.* 27. *Reg. Merlin. contr. for. cent.* 2. *cap.* 63. *num.* 28. *Reg. de Marin. var. reſol. tom.* 1. *cap.* 248. *ubi Rodoer. cum aliis apud eoſdem.* Sed etiam quia fuit libera voluntate ipſius legatariæ tráſlatum in beneficium ipſius Sacræ Domus hæredis, etiam quoad medieta-
22 tem, de qua ipſa omni via, & tempore, ut diximus, diſponere poterat; nàm alia medietas ſpectabat eidem hæredi completo multiplico, & ità nõ poteſt dici caducatum legatum, ad cujus medietatem vocatur ètiam hæres, cujus favore fuit à d. legataria tandem per ceſſionem translata alia ejus medietas, de qua ex teſtatoris diſpoſitione, poterat benè diſponere ad libitum, etiam non completo multiplico; Quòd reſpectu portionis dictorũ fratrum de Carafa, non fuit permiſſum, ſed expreſſè à teſtatore vetitum, excludens omninò illos, etiam à jure accreſcendi, quoties aliquis eorum deficeret ex *l. ſi Titio*, *& Mævio*, §. *Iulianus*, *ff. de legatis*, *& fideic.* 2. *l. conjuncti*, *& re conjuncti*, *ff. de l.* 3.

Sed his, & ſimilibus in jure, & in facto attentè conſideratis, partes tandem acquievere, & ad tranſactionẽ devenerũt, etiã poſt varios legales cõgreſſus cum dicta Sacra Domo, à qua accepta aliqua competenti ſumma, reſpectu dicti futuri eventus, jàm perpenſi, omnia eorum jura pariter ceſſerunt eidem Sacræ Domui, cujus beneficio integrum dicti Pauli remanſit peculium, ordinatum pro enunciatis duobus multiplicis, quorum non expectato amplius complemento, nec conditionum expoſitarum adimplemento, arbitratum fuit, valdè expediens cuncta cõponere, prætenſa tráſigere, æquèac utriuſque partis utilitati proſpicere, nempè tàm quò ad dictos fratres de Carafa; qui ullo mortis, aut alio expectato conditionis evẽtu, ſivè ſecundo, ſivè eis adverſo, ex nunc pro tunc, ac certo (quod erat dubium) frui cęperunt congrua, & competenti ſumma loco legati, & pro quavis portione accepta: quàm pariter reſpectu dictæ Sacræ A. G. P. Domus, quæ omne ex remanenti peculio reſiduum illicò implicare, ac liberè non expectato alio multiplico, potuit inter cætera, quæ poſſidet bona pro piis uſibus, clariſque ſuis operibus magnificentiùs ſuſtinendis, quibus eadem inclita Ædes in Chriſtiano terrarum Orbe, ut notum eſt, undique fulget.

## CONTROVERSIA XXXXX.

Fideicommiſſarius, conditione adhuc pendente, & in vita hæredis gravati, agere an poſſit, fideicommiſſum adeſſe, ac ad ipſum ſpectare, ut declaretur?



Digitized by Google

*SVMMARIVM.*

1 *MAjoratum, ſivè fideicommiſſū prætendens, vivēte poſſeſſore, ut declaretur ad ſe ſpectare, poſt ejus mortem, an agere poſſit?*

2 *Morte ſicut nil certius, ità incertius nihil eſt hora ejus.*

3 *Fraudis periculo urgente, ac bonorum dilapidatione, agi poteſt, ut declaretur, ad quem fideicommiſſum ſpectabit; adhuc vivente gravato, & num. 4.*

5 *Majoratus poſſeſſor, ſi diſſipet, poteſt ante obitum conveniri pro idonea cautione, ut in praxi obſervatur, & num. 6.*

7 *Creditor in diem, vel ſub conditione, an, & quando poſſit agere ante diem, vel conditionis eventum?*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum, aut Majoratum, ante hæredis gravati obitum, quòd poſſit fideicommiſſarius, præſertim ubi de bonorum diſſipatione timetur, illicò inſtare, ut declaretur, ad ſe ex nunc pro tunc ſpectare, ſecuta illius morte, brevi annotatur methodo, atque pluries ità per S. C. deciſum fertur.

1 FRequens in praxi, aſſiduaque in Foro eſt illa agitata theſis, nō ſolùm per Noſtrates, ſed apud exteros I. C. quos præ cæteris plenè recenſent *Conſ. de Anna conſ.* 11. & 126. & *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 114 *num.* 12. ac *deciſ.* 151. *lib.* 2. num ſcilicet fideicommiſſum, vel majoratum, ad ſe pertinere prætendens, poſſit, vivente adhuc illius poſſeſſore, ſicque ante tempus præfixum, vel cōditione itē pendente agere, ut cū effectu declaretur, illud ad ipsū ſpe-
2 ctare, eique purificata nempe conditione deberi, poſt ipſius gravati obitum? Adeòut undiq; magna videatur Scribentiū altercatio ex certo mortis eventu, & ob incertam illius horam: *Statutum eſt* enim *hominibus ſemel mori Apoſt.* 9. *ad Hebr.* nec eſt qui *nō videbit mortem, Dau pſ.* 88. Sed *neſcit homo finem ſuum, Eccl.* 9. nec *diem, neque horam Mat.* 25. quia *hora, qua non putatis veniet, Luc.* 12. cum nil
3 certiùs morte, atque nihil incertiùs ſit hora ejus ex *Divo Bernar.* Attamē quia nonnulla pro hujus diſputationis veritate indaganda, habentur præſertim congeſta. tàm penes *alleg. Annę conſilia*, quàm in *deciſ.* 114. & 151. *Reg. Capyc. Latr.* Idcircò illorum dictis, ſummæq; authoritati pariter innixus, pro affirmativa ſententia, ubi tamen urget fraudis periculum, aut bonorū fideicommiſſo ſuppoſitorum diſſipatio, apertè timeatur, me conſulentibus ſemper conſulerem, ut propriis Iuribus tali caſu prudentèr cuncti conſulerent.

Hinc ut aliorū petitioni ſatisfaciā, & pro
4 his, quæ *præced. Controverſia* deſunt, & pro utili rerum ſimiliter cohærentia, hìc laconicè ſolùm Scribentium ſeriem, ex recentioribus præcipuè annotare, mihi præſertim viſum fuit, nè aliena reſcribere, videatur de hujuſmodi articulo, qui Iudicis prudentiæ omninò remittitur. Et primò præ cæteris ſe offert, de hac quæſtione accuratè pertractans inter Noſtrates *Conſil. de Medic. conſ.* 148 ubi eandem ſuſtinet pro ſubſtituto, ac immediatè vocato opinionem cum *Cenſal. ad Peregrin. in tract. de fideicom. art.* 40. *fol.* 497. *verſ addo*, ubi ex *Peregr. ibid. num.* 10. & aliis tradit, fideicommiſſarium, cōditione adhuc pendente, & non purificata, poſſe agere, ut declaretur, adeſſe fideicō-
5 miſſum; quemadmodum eidem permittitur, quoties hæres diſſipat, poſſe illum cogere, ad ſibi idoneè cavendum, ſivè ſatisfaciendum de legatis, & fideicommiſſis pręſtandis, juxta *tex.*

*in*

Digitized by Google

*in l. ſtipulatio ff. ut leg. nom. cavea.* & ex aliis ſimilibus Iuribus, quibus ità deciſum multoties teſtantur *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 15. Ludovi. deciſ. 63. par. 2.* & apud Hiſpanos *Molin. in ejus tract. de primog. Hiſp. cap. 15. num. 35.* poſt *Præſ. de Franch. deciſ 627. num. 5.* Quidquid autem determinatum referat pro negativa *Reg. Rovit. conſil. 95. lib. 2.* & cum eo *Thor. in compen. deciſ. par. 3. verb. fideicommiſſarius*: Noviſſimè
6 verò idem *Thor. in ejus ſupplemen. deciſ. par. 1. verb. fideicommiſſum, ſivè majoratum*, contrarium in S. R. C. ✝ deciſum ultimò refert in cauſa illorũ de Valignano, & proindè declaratum fuiſſe, domum in actis deductam, in qua aderat fideicommiſſum ſpectare ad Franciſcum Valignano, ſervata forma fideicommiſſi, eveniente caſu mortis poſſeſſoris ipſius domus; prout
7 à ſimili pro creditore ante diei, & conditionis eventum, deciſũ pariter refert *R. Capyc. Latr. in dict. deciſ. 151. lib. 2.* ibiq; *Gizzius* in *obſerv. ad alleg. dec.* qui nonnulla de more perbellè congerit ad propoſitum notabilia, ejuſque dictis me prorſus nunc refero, dum ad majora vocatus de patrio Iure certamina calami greſſus novo curſu dirigam.

## CONTROVERSIA XXXXXI.

Mater, quæ ex receptiſſima ſententia, ob ſubſtitutionem pupillarem, à patre filio ordinatam, legitima privatur, an noſtris Conſuetudinibus attentis, non ſolùm ab illa, ſed ab antiquorum medietate bonorum per proximiores pariter excludatur?

### *SVMMARIVM.*

1 *Labyrinthi Cretenſis fabula ad propoſitum exponitur.*
2 *Subſtitutus pupillariter, an ſicuti excludit matrem à legitima, ità proximiores à Conſuetudinaria bonorum medietate, eis patrii Iuris vi debita? & num. 3.*
4 *Bonorum antiquorum medietas, de Iure municipali habetur uti agnatorum legitima.*
5 *Auxilio novo egẽt noviter emergẽtia.*
6 *Mater omni iure excluditur ſubſtitutione pupillari à filii legitima.*
7 *Subſtitutio pupillaris non excludit proximiores agnatos, cognatoſque à conſuetudinaria bonorum medietate, quæ eis de Iure municipali omninò debetur.*
8 *Proximiores ex noſtris Conſuetudinibus admittuntur cum diſtinctione bonorum, unde ſcilicet illa obvenerunt.*
9 *Pupillus non dicitur inteſtatus decedere, quoties pater pro eo diſpoſuit.*
10 *Pater, diſponẽs pro filio, nõ tenetur ejus matri legitimã relinquere.*
11 *Proximiores Conſuetudinis vigore veniunt ad rerum antiquarũ medietatem.*
12 *Pupillus, pro quo pater diſpoſuit, factus poſteà major, non poteſt agnatos, cognatoſque excludere à bonis antiquis.*
13 *Proximioribus alio jure debetur bonorum medietas, quàm matri legitima.*
14 *Subſtitutionis pupillaris tempore, bona non ſunt filii, ſed prorſus patris teſtantis.*
16 *Conſuetudines Civitatis Meſſanæ ſunt ſimiles Parthenopeis ſtatutis.*
17 *Proximiores, nec pupillari, nec fideicõmiſſaria itẽ ſubſtitutione, poſſunt excludi à Conſuetudinaria bonorum medietate.*
18 *Filii ſi repudiaverint cõſuetudinariã ſemiſſẽ à patre relictã, illa nõ extraneo heredi accreſceret, ſed ad proximiores de jure patrio ſpectaret.*
19 *Diſtinctione ſolvitur difficultas.*

AR-

Digitized by Google

## ARGUMENTUM.

Labyrinthea iterum diſcutitur theſis: an ſcilicet mater, quæ de Iure communi ex ſubſtitutione pupillari, à patre filio ordinata, juxtà omnium ferè Scribentium placitum, à legitima excluditur, in bonis defuncti pupilli, ità, & idem Iure patrio ſit dicendum, in ejus excluſionem à debito bonorũ ſubſidio, ubi teſtamentum per proximiores, quòad medietatem antiquarum rerum, infringatur? At ſermonem alibi, licet fuſiùs de præfato articulo fecimus; attamen quia adhuc ex una vetere nonnullæ recentes inſurgunt difficultates, quæ de novo emergentes, novo indigent auxilio; ea propter in unũ adnectere hìc omnia propoſuimus dubia, ut illis reſolutis, ex abditis ad clara evadamus.

DE Athenienſi Dædalo fabuloſa fama currit, tale à natura præſtitũ
1 ſibi fuiſſe ingeniũ, ut quodammodo avibus per æthereos campos evolando, ac piſcibus etiam arte mirabili perſimilis evaſit, taliter per Orbem vagando, quòd obſtupeſcẽtibus cũctis hominibus, admirãdus ubiquè fuit, atque diis etiam adverſantibus, ipſe ità variis formis viventes tutebatur. Hinc uxoris Cretenſis Regis Minois, Paſiphes nempè ſcelus, à perverſis numinibus permiſſum, nè in ipſius Dictæi injuriam pateret, & ex tauri concubitu genitũ pro filio mõſtrum terrarum Orbem pervolaret, ab eodẽ Dędalo, qui ãtea bovẽ ligneã pro crimine patrãdo conſtruxerat, cõſtructũ pariter, occultũ in locũ Minotaurum monſtrum immittitur, & labyrinthus, multis viarum ambagibus inflexus, idem vocatur locus; Opus fatale quidem, in quo labitur undiq; cum iter regreſſum nõ admittat, ibiq; ab immani mõſtro, nec ulla ſpes vitæ ingreſſis detur. Sed, admirabile dictu, Ariadnes fila tãdẽ Theſeo tutũ præbuere iter in eo, ac Iuveni dãnato amãti prębuere indè vitã, prębuere regreſſũ. Ità in cõſimili profectò labyrintho ineſplicabilis illius Quæſtionis, cõſtructo Dædalia ferè, non unius, ſed quamplurium ex noſtratibus Iuris Conſultorum arte, de pupillaris ſcilicet ſubſtitutionis materia tractantium, in terminis noſtrarum municipalium Sãctionum, quòad matris excluſionem
2 à legitima, & agnatorum à Conſuetudinaria medietate, excitatis undique difficultatibus pro hærede extraneo, & contra eundem poſtea à proximioribus agnatis oppoſitis, matriq; faventibus, cum ei videantur greſſus aperiri per illos, qui prorſus à ſucceſſione ipſam excludere putant, cum hujuſmodi conſuetudinaria portio dicatur agnatorum, cognatorumq; non verò matris legitima. Ipſe quippè, ut liber mihi detur aditus, ſolius indagãdę veritatis amanti, ejuſq; tantùm vi tutus, ſuiſque rectus filis, libenti animo iterũ in hujusmodi labyrintheæ quęſtionis latebras ingrediar, ut victor denique ex illis egrediar.

Et licet principiò viæ ex omni partę videantur, ſed quà ſit eundum ignoratur, ut aditum tamen mihi aperiam, nonnulla equidem, quę de eadem altercatione ſparſim alibi collegi, pro majori illius claritate, in hac tàm involuta ãbagibus ſubſtitutionis pupillaris materia, juxta noſtrarum Conſuetudinum diſpoſitionem pro matris excluſione à legitima, in unum adnectere, operę pretium arbitror.

Excitata etenim prius hæc fuit theſis
3 ab anteſignano noſtri patrii Iuris interprete *Napodano* nimirum, in *Conſuet.* exordiente, *ſi aliquis moriens, in gloſſ. medietatem, num.* 22. & poſtea ab aliis ex noſtratibus, per nos ſigillatim congeſtis *in Controverſ.* 4. *vol.* 1. & in *appendice* ad illam, quæ non ità faciliter apud cunctos, ante actos noſtros

ſtros

ſtros invenitur Codices, in facti ſpecie, videlicet quando Pater filios, & ſuos deſcedentes inſtituens eiſq; pupillariter extraneos ſubſtituat: an ſicuti mater, vulgata nimis Iuris communis diſpoſitione attenta, à legitima excluditur portione, ità & etiam proximiores agnati, cognatiq; per ſubſtitutos excludi debeāt à cōſuetudinaria antiquorū bonorū medietate, quæ eorū
4 legitima à neotericis pariter nuncupatur, juxtà tradita in eadem noſtra *Controverſia* 4. Et ſemper in forenſi palęſtra quamplures quotidie recentiores inſurgunt difficultates, æquè ac de hujuſmodi quęſtione non mediocris ponderis iterum oriuntur diſſer-
5 tationes, quę *loc. cit.* tum ad evitandas confuſionis tenebras, deficere videntur, tum pariter deſunt, quia tanquam de novo emergentia, novo itaque indigent auxilio. Idcircò igitur haud illa modò omittere, ſed ad noſtræ ibidem prolatę ſententiæ confirmationem, denuò brevi methodo hìc ea unire, nè umbra prorſus ulla difficultatis in hujuſcemodi controverſia deinceps remaneat, nec velut lerneum monſtrum etiam inter noſtrates capita amplius extollere queat, rationū lumine, & authoritatū pondere, utrumque evitare, ità agēdo, decrevimus.

Novę, inquam, difficultates ſi itaq; urgēt
6 in theſi propoſita, quòad ea, quę fundavimus *d. Controverſ.* 4. *prim. vol.* benè quidem circa matris excluſionē à legitima per enunciatam ſubſtitutionem pupillarem, filiis à patre ordinatam, etiam noſtris Cōſuetudinibus attentis; ſed non quòad cęteros agnatos, & cognatos reſpectu pręfatæ conſuetudinarię medietatis bonorū; Eas propterea, ultra alias *loc. cit.* addu-
7 ctas de recenti in acie mentis excitatas, pro firmiori, ut diximus, noſtrę concluſionis ſtabilitate, hìc primò illas exponamus oportet, ut omninò pariter expungamus.

Vrget inter cęteras difficultas in hac fa-
8 migerata quæſtione, potiſſimum ex eo, quia in tantùm proximiores admittuntur ad ſucceſſiones, cum diſtinctione videlicet undè bona obvenerunt, vel à paterna, vel à materna linea, juxtà quæ multoties, alibi exaravimus, & expreſsè ſancitur in decantata *Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua in rubr. de ſucceſſ. ab inteſt.* in quantum tractatur de pręfata ſucceſſione ab inteſtato, prout ad literā ſonat *textus ibidem.* At cum ad pręſens aga-
9 tur de ſucceſſione ex teſtamento, ex qua habetur, quod quoties pupillus inteſtatus decedit, propriè non dicitur, inteſtatus decedere, ſed cum patris tęſtamento, ex quo habetur, ac ſi ipſe pupillus ſubſtitutos ejus hęredes inſtituiſſet, ut colligitur ex diſpoſitione, *§. igitur, inſtit. de vulg. & pupil. ſubſt. l. patris, ff. eod. tit.* Idcircò videtur dicendum, proximiores agnatos, ex parte patris, à bonis paternis, proximioreſque cognatos ex linea materna, à bonis maternis, per hanc ſubſtitutionem omninò excludendos eſſe, juxtà tradita etiam per *Reg. de Marin. in cap.* 29. *reſol. jur. lib.* 2. cui plenè ſatisfecimus *d. Contr.* 4. *à num.* 43. *uſque ad fin.*

Vrget rurſus difficultas ex eo, quia dum
10 mater, per dictam ſubſtitutionem pupillarem, expreſſam, legitima, in bonis pupilli debita privatur, ut in *l. Papinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inoff. teſtam. l. Lucius, ff de vulg. l. præcibus, C. de impub. & alii.* cum DD. per nos congeſtis *Contr.* 3. *à n.* 17. nam hujuſmodi ſubſtitutio patris teſtamentum reputatur, qui nullo jure tenetur legitimam matri ipſius pupilli relinquere, prout ſonat *tex. in cap. ſi pater de teſtam. in* 6. eò magis igitur, vigore præfatę ſubſtitutionis, excluduntur eadē ratione proximiores à ſubſtituto, qui tanta hujus paternę diſpoſitionis vi utitur.

Verùm his minimè refragantibus, op-
11 poſitum decrevit noſter *Napodanus loc.* nuper *cit. d. num.* 22. proximiores

res prenominatos nequaquam excludi à medietate,eis debita de bonis antiquis, in diſtrictu exiſtentibus, vigore noſtrarum Conſuetudinum, per hanc pupillarem ſubſtitutionem,quẽadmodum mater jure legitima privatur;eo principali motivo,quia veniunt ex cõdictioneCõſuetudinis ad hujuſmodi ſucceſſionem, qua privari nequeunt per teſtamentariam defuncti diſpoſitionẽ, prout orbari poteſt mater legitima pupilli ex dicta paterna pupillari ſubſtitutione,eò fortiùs,quia (ut ratiocinatur *idem Napodan.loc.cit.*
12 *verſic ſed certè* )nec etiam poſſet pupillus, factus major teſtando, dictos proximiores ab hac medietate excludere, quemadmodum per nos fuſiùs repetitum invenies *d. Contr.* 4. *per tot.* & *Contr.* 39. *num.* 11. 2. *vol.*

Alio enim jure, quem latet, proximiori-
13 bus hanc deberi medietatem conſuetudinariam, quàm matri legitima defertur vigore legis cõmunis;cũ hęc matri interdici poſſit à patre teſtante per pupillarem ſubſtitutionem,attẽta antiquorum Iurium diſpoſitione, illa verò nullo modo in agnatorũ præjudicium impediri poſſit, ut ex ſupradictis teſtatur *Napodan.in Conſuetud. Et ſi teſtator,in gloſſ. diſponere num.* 6.cujus eſt aſſecla *Afflict.in deciſ.*310. *circa fin.* qui etiam fatetur,ità reſpõdiſſe Dominis de Sacro Conſilio, ut annuimus *d. Contr.* 4. *num.*34. cum pluribus *ſeqq. ibid.*

Quinimmò infertur ex eodem *Napo-*
14 *dano in Cõſuet.filiusfam. in gloſſ.poſſunt,num.*11. matris excluſionem per expreſſam pupillarem à debito jure naturę, oriri ex eo potiſſimum, quia pater ſubſtituit ejus filio impuberi pupillariter extraneum in bonis ſuis, non dum filio quęſitis; Vnde matri nondum dici poterat in illis quæſitũ hoc jure naturę debitum,neque etiã quòad ſpem,quia hęc bona non erant ipſius pupilli, tempore ſubſtitutionis, ei ordinatæ per patrem; Ideòq; tota, & libera proviſio de bonis ipſis paternis, utpotè ſuis, principaliter ad ipsũ patrem ſpectabat, ut habetur in *d. cap. ſi pater de teſtam.in* 6.

At quia ad Matris differentiam, proxi-
15 mioribus iam erat jus quęſitum in tali medietate,vigore Conſuetudinis eis debita, cum idem pater, etſi filiũ non habuiſſet, aut ſi ipſe filius major factus fuiſſet, medietatem hanc neceſſariò illis relinquere,tenebatur.Sequitur ergò ex his,verum eſſe,diverſo Jure deberi medietatem conſuetudinariam agnatis, quàm matri debetur legitima,& proximiores propterea, nec etiam per expreſſam pupillarem excludi. Hinc meritò hac ſuffulcti potiſſima ratione idem tenuerunt, pręter *Napod.*& *Afflict.* ubi ſupra *Capyc. in deciſ.* 208. & *in addit.* ad *præcit.Conſuet.filius familias ſub num.*7. *Præſ de Franch. deciſ.* 295. ubi ita
✝ deciſum refert in cauſa Petri Pauli,& Io: Franciſci Raparo cum Iulia Monica, ibiq; *Addentes*, & præcipuè *de Luca, Horat. Montan.contr.*68.*Conſil. Paſcal. in tract. de vir patr. po-*
✝ *teſt p.*1.*c.* 9.*n.*8.& ità pariter judicatũ refert per S.C.jũctis Aulis,referenteD. Conſil. Salernitano,in cauſa Ill. Marchionis Sancti Erami cum Ill. Duce Martinæ, *P. Molfeſius par.*2.*ſui comment.ad Conſuetud. Neapol.tit.de bonis,quæſt.* 23. *num.* 4. & hanc eandẽ ſententiam,ex alienigenis,pariter fuiſſe amplexam, fatentur *Cavalcan. in deciſ.Fiviz.*2.*nu.*17.*par.*4. & *Giurb. in deciſ.*11.*num.*13.ex eo, quia Con-
16 ſuetudines Civitatis Meſſanæ ſimiles inſpiciũtur noſtris Iuribus municipalibus, ut teſtatur etiam *Paſcal .loc.cit.*

Idquè amplia, nè dum in ſubſtitutione
17 pupillari, vigore cujus nequeunt excludi proximiores à medietate, vigore Conſuetudinis eis addicta, verùm etiam in ſubſtitutione fideicommiſſaria. In præjudicium etenim agnatorum, nec pupillariter, nec per fideicommiſſum pater poteſt ſubſtituere, ut aſſeverant cũctiDD.allegati,& pręſertim *P. Molfeſ. d. par.* 2.*quæſt.* 23. *num.*

Digitized by Google

*n.*4.& ità in caſu ſimili per S.C. deciſum refert *Capyc. in alia Conſuetud. ſi aliquis moriens, in addit: incip. hic loquitur ſub num.* 24.*in fin.*

Rurſus hoc etiam amplia, ac procedere
18 idem dicas, quoties pater, ſervata forma d.*Cõſuetudinis incip. ſi aliquis* ut ſupra, relicta filiis antiquorum medietate bonorum pro legitima, de reliqua medietate libera ad libitum in beneficium dictorum extraneorum hæredum diſponeret; Hoc enim caſu, ſi filii pariter eandem repudiarent medietatem, minimè accreſceret cohæredibus extraneis, ſed illa ad proximiores ſpectaret agnatos, cognatoſque, ut rectè de more, ac maturo conſilio advertit *P. Molſeſ. d. par.* 2. *quæſt.* 19.*nu.*20.*ex Menoch. in tract. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 86. *circa fin.* aliiſq; ibidem.

Et quamvis, his præhabitis, jam ſopita
19 præſens videatur implicata quæſtio, nuper diſcuſſa, alibique exagitata de ſubſtitutione pupillari, Iure noſtro municipali attento. Attamen, quia nova adhuc inſurgit difficultas, quæ nõ fuit enixè perpenſa, nec benè examinata inter quamplures præfati labyrinthi ambages, illaq; eſt, quam movet *Capyc. in d. Conſuetud. filius familias, in addit. incipien. quid autẽ*
20 ſi factus ſcilicet iã ſit caſus dictę ſubſtitutionis pupillaris, & veniat proximior avocando hanc bonorum antiquorum medietatem, debitam vigore noſtrarũ Conſuetudinum, ut diximus à manibus ſubſtituti; an defuncti pupilli mater, quæ aliter erat excluſa per enunciatam ſubſtitutionem, quatenus ſibi aperitur aditus per hunc proximiorem avocantem, ut ſupra, poſſit tali caſu, eandem medietatem poſtmodum mater à proximiore revocare, & in ea ipſum proximiorem excludere? Eapropter, cum quæſtio iſthæc priori difficilior appareat, ſeparatim eã diſpungemus, & ex *Cõtr. ſeq.* faciliùs his recẽtibus latebris omninò evadere ad clariora ſperamus.

## CONTROVERSIA LII.

Si defũcti infringatur diſpoſitio, quòad bonorũ medietatẽ Iuris municipalis vigore, à proximioribus agnatis, cognatiſque, an ità aperiatur aditus matri, quæ erat excluſa à filii legitima, paterna pupillari ſubſtitutione, ut non ſolùm debitũ bonorum ſubſidium illa conſequatur, ſed & præfatos proximiores etiam ab hac ſemiſſe excludat?

### SVMMARIVM.

1 *SVbſtituti pupillariter, matris à legitima excluſę, & proximiorũ quòad conſuetudinariam medietatem, diſcrimina exarantur, & 13.*

2 *Iuris filo indiget, qui quęſtionum ſanè labyrinthum evadere cupit.*

3 *Matris, excluſæ à legitima per ſubſtitutionem pupillarem, jus nõ amplius reviviſcit, exceptis duobus caſibus, & num.* 16.

4 *Proximior utitur jure ſuo, ad antiquorũ bonorũ medietatẽ cõſequẽdã*

5 *Matre à ſubſtituto pupillariter licet excluſa, veniũt tamẽ proximiores pro medietate conſuetudinaria.*

6 *Canis Olitoris videtur qui vult impedire, quod conſequi, nequit. Et contra lunam latrat, ſi prætendit, quod obtinere non poteſt, & idem num.* 7.

8 *Conſuetudinis diſpoſitione ceſſante ſubintrat Ius commune.*

9 *Quis fruſtrà capit per alium, cum per ſe capere non poſſit.*

10 *Portio avocata de Iure Conſuetudinum, non poteſt amplius illa de Iure communi revocari.*

11 *Ius municipale, quia correctorium, eſt validius Iure cõmuni in eo caſu*

12 *Abſurda ſunt quidem evitanda.*



Digitized by Google

14 *Subſtitutio pupillaris à patre ordinata, dicitur filii pupilli diſpoſitio.*

15 *Teſtamentum patris diſponentis pro filio pupillo, unum eſſe dicitur, licet pupillus etiam teſtatus decedat,* 16.

17 *Pupilli mater per ſubſtitutionem à patre ordinatam, non excluditur à legitima bonorum, quæ ipſi pupillo aliundè, quàm à patre jam defũcto, fuerunt quæſita, & n.*18.

19 *Subſtitutione reciproca, à patre ordinata inter filios pupillos, puberes, aut majores, non excluditur mater à legitima.*

20 *Mater ideò excluditur à legitima per ſubſtitutionẽ reciprocam, à patre filiis pupillis ordinatam, quia in illa pupillaris etiam continetur.*

21 *Sed contrarium eſt dicendum, quãdo ſubſtitutio reciproca eſt, inter impares, nempè pupillos, puberes, & majores filios.*

22 *Subſtitutio reciproca inter impares vulgarem tantùm in ſe continet.*

23 Sub*ſtitutio vulgaris expirat, hæreditate jàm adita.*

24 *Clauſula* vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituo, *cenſetur de ſtylo appoſita, non verò ut inducat ſemper ſubſtitutionem verè pupillarem.*

## ARGVMENTVM.

Aperta via per agnatos, cognatoſq; proximiores, qui adverſus pupillariter ſubſtitutum veniunt pro conſecutione medietatis antiquarum rerum; eiſdem ſpectantis, juxtà noſtrarum Cõſuetudinum dogmata, num mater, quæ erat excluſa à defuncti ejus filii pupilli legitima per hujuſmodi pupillarem patris ſubſtitutionem, debitum tunc bonorum ſubſidium, non tantùm conſequatur, ſed quòad hanc medietatem proximiores ipſos excludat? denuò agitatur Quæſtio variis complexa ambagibus, ac diſſentionũ tenebris preſſa; at pro utraque parte quamplures afferuntur Concluſiones, ac limitationes, ut earum lumine, æquè ac clara rerum diſtinctione, à difficultatum latebris articulus præſens abſolutus omninò remaneat, itàut de eo amplius dubitari, jure nequeat.

1 PRiori difficiliorẽ quidẽ aggredimur theſim; & quamvis ab illa originem trahat, attamen pluſquam labyrinthea re vera dici debet, ex eo potiſſimum, quia facto jam caſu pupillaris ſubſtitutionis, per pupilli obitum, quo proximior ex agnatis veniret cõtra ſubſtitutum ad bonorum antiquorum medietatem avocandam, vigore noſtrarum Conſuetudinum, poſſet nimirum obiicere ſubſtitutus, & adverſus præfatum proximiorem agnatum, dicere: Domine proximior, ego vinco matrem pupilli, vincentem te in ſucceſſionibus, quia remanet excluſa etiam à legitima, ergò eò fortius vinco te, quemadmodum poſtea, ſe opponeret exadverſo mater ipſi ſubſtituto, pariter dicens: Domine ſubſtitute, ego vinco proximiorem, vincentem te, ergò eò magis te vinco: Et denique proximior è converſo replicaret eidem matri, quatenus ipſa medietatem à ſubſtituto, per proximiorem avocatam, revocare vellet, aperta ab illo via, ut ſupra annuimus: Domina mater, ego vinco ſubſtitutum, vincentem te, ergò à fortiori vincere te debeo. Quid Iuris igitur?

Juris profectò filo indiget, qui modò la-
2 byrinthũ hunc, non ſolùm circumdatum anfractibus, ſed potiùs dicam Meandrum flexuoſis ambagibus implexum, evadere cupit.

At ſi veritati quidem ſtare velimus, ſubtilitatem quamlibet excludendo, ponderemus quæſo nonnullas rationes, prout antecedenter promiſimus, ex qui-

Digitized by Google

quibus apertè colligitur, matrem in hoc caſu, nequaquam audiri poſſe, ex eo quia fallax eſt labyrinthus difficultatis propoſitæ,propter evidentem fallaciam, quæ in ipſo latet.

Vndè principiò, præter tradita per nos
3 *lib.1.Controverſ.4.*pōderandum convenit, matrem procul dubio eſſe excluſam per hanc pupillarem ſubſtitutionem, nec jus ſuum amplius reviviſcere poſſe, tàm,ſi proximior agnatus impugnet teſtamentum,medietatem cōſuetudinariā avocando,quā,ſi ſuccedere nolit;cum enim proximior utatur ſolus propria habilitate ad ſuc-
4 cedendum vigore Conſuetudinis,pro ſe ipſo tantùm ſcilicet, non verò pro pupilli matre, quæ jam eſt excluſa,& cenſetur,ac ſi non eſſet; ideòque nullum præjudicium matri affert, nam, tali caſu reputatur ex omni capite, tanquam non exiſtens.

Secundò ponderandum ſuccedit, ma-
5 trem conqueri nunquam poſſe, quoties proximior avocat hujuſmodi medietatem à ſubſtituto, cum nullam adverſus ipſam matrem exerceat rationem:Immò in tantùm contra præfatum ſubſtitutum ſuos dirigit greſſus, in quantùm ipſa mater à ſubſtituto excluditur; & ità ſi poſteà conquæratur; fruſtra quidem conquæritur, cum jus ſuum ſuccedendi,quod erat de Iure communi, jam ſibi fuit interdictum eodem Iure, propter pu-
6 pillarem patris ſubſtitutionem, ac pupilli obitum, ut ſupra annuimus.

Quamobrem canis olitoris potius videretur ipſa mater impediēs,quod cōſe-
7 qui nequit,& contra lunam latraret,ſi aliquid in contrariū prætenderet,cum nihil obtinere tali via poſſit.

Tertiò item ponderandum eſt, tunc
8 matrem proximioribus prǫferri poſſe, quoties omnes ad defuncti ſucceſſionem concurrerent, ex quo tali caſu,ceſſante Conſuetudine ſubintraret Jus commune, matrem tantùm ad ſucceſſionem admittens. At quando ipſa mater nec eſt, neque eſſe queit, in concurſu, ex dictis de ſubſtitutione pupillari hìc, & fuſiùs *Controveſ. 3.d. noſtri vol.*1.quoniam eidem obſtat etiam Ius Commune, fruſtra idcircò impedit Iuris Conſuetudinarii diſpoſitionem, inaniq; jure proximiorum curſum perturbare, conatur.

Nec rurſus dicendū eſt, àperiri ipſi ma-
9 tri viam ad ſuccedendum per eundē proximiorem, avocantem dictam cōſuetudinariam medietatem; cum nimis vulgatū ſit illud juris principiū, quòd fruſtrà quis capit per alium,qui per ſe capere, nequit, ex *l. neq; per ſe* 10.*C. de hær. inſtit. cap. quod alicui, de reg. jur. in* 6. ſtante inæquali concurſu, ut demonſtravimus.

Ponderandum denique remanet (quod
10 eſt profectò notabile) nullibi cōpertum reperiri, portionem avocatam de Iure Conſuetudinis,illā eādem de Iure Communi revocari poſſe, cum non ſolùm id minimè dici poſſit, ex eo quia, validiùs eſt Ius Conſuetudinarium tali caſu, in quo ejus robur viget; verùm etiam,quia correctoriū
11 dicitur legis communis; Quadere, ſi dices iſto caſu, poſſe proximiorem, Conſuetudinis attenta diſpoſitione, defuncti teſtamentum,quòad medietatem impugnare, nullo jure aſſeverare poteris; ergò poſtquam Lex municipalis ſuum locum obtinuit, illum eundem locum poſtea Ius commune oppugnabit. Et ità à pari, poſtquam proximior avocavit medietatem hāc bonorum antiquorum, vigore noſtrǫ municipalis Sanctionis, ſi veniat eo-
12 dem actu mater excluſa, ut contra eundem proximiorem Iuris communis vim exercere poſſit; Quod maximum eſſet abſurdum, & propterea evitandum, conſideranti clarè patet, cum manifeſtè hoc ſuſtineri, minimè poſſe ceſeatur.

Hǫc ſanè ex ponderatis videtur eſſe ve-
13 ritas, hæcquè Conſuetudinum vigore conſentanea cernitur ſentētia; Cǫterùm reliqua, quæ in contrarium adduci poſſunt,potius pro majori cō-



Digitized by Google

ſuſione, ac tam controverſi articuli
obſcuritate(niſi velimus dicere)potius
d excutiendum ingenium, quàm ad
aſtius veritatis indagationem judican-
ida porrò cenſentur.

Verũtamen contra matrẽ quamvis,tàm
14 in hac labyrinthea quæſtione, quàm
in *cit. Controverſ.* 3. & 4. *lib.* 1. no-
ſtram prorſus pronunciavimus ſentẽ-
tiam, quoties pater, tàm de ſuis pro-
priis bonis, noviter quæſitis, quàm à
majoribus ei obventis,diſpoſuerit, cũ
ſubſtitutione pupillari filio ordinata,
quæ licet ejuſdem pupilli diſpoſitio
vocetur, cum pater pro ipſo filio te-
ſtari dicatur; tamen ſubſtitutus,eve-
niente caſu obitus pupilli, ex provi-
ſione tantùm patris accipit hæredita-
tem,non verò ex diſpoſitione pupilli,
etſi ipſe habeatur tanquam teſtatus
fuiſſet, ut patet ex *tex. in l. Papinia-
nus,*§ *ſed nec impuberis, ff. de inoff.
teſtam.*& fuſiùs ratiocinatur *Napodã.
in d.Conſuetud.filius familias,in gloſſ.
poſſunt verſic. ſed certè ſub num.* 8.
15 Nam licet duo impropriè per fictio-
nem dicantur teſtamenta, propriè ta-
men unum eſſe videtur, quia unicus
eſt teſtator,nempè pater;& quãquam
ex Juris diſpoſitione item filius tali
caſu dicatur decedere teſtatus, nihil-
ominus illa diſpoſitio propriè, & for-
maliter non eſt filii,ſed patris,ac facta
dicitur eo tempore ſubſtitutionis pera-
ctæ,quo bonorum dominium erat pe-
nes patrem, nec adhuc erat filio pu-
pillo quæſitum,& per conſequens nec
eius matri quòad ſpem legitimæ, in
caſu mortis ipſius filii.

At quia nec hoc argumentum, nec præ-
16 fatæ rationes militare poſsũt in duo-
bus tantùm caſibus proponendis,qui-
bus matris favore, præmiſſis non ob-
ſtantibus, omninò decidendum eſt,
ideò illorum exponamus,alterũ eſſe,
nempè de bonis, quoties loquimur,
aliundè pupillo quæſitis, quam à pa-
tre, qui hanc ſubſtitutionem pupilla-
rem ordinavit, ſcilicet obventis ab
aliqua ſucceſſione teſtata agnatorum,
cognatorumque tempore, quo pater
diſpoſuit: Alterum verò eſſe,quoties
teſtator habẽs uxorem, & filium ma-
jorem cum aliis pupillis, diſponat in-
ter liberos cum hac tamen lege, ut
unus, alteri ſuccedat, & ità inducat
ſubſtitutionem reciprocam inter eos.

Primò enim ex propoſitis caſibus omni-
17 nò dicendum eſt, pupilli matri benè
competere legitimam, quia minimè
privanda eſt portione,de jure naturæ
ei debita ſuper illis bonis, quæ pupil-
lus ſubſtitutionis paternæ tempore iã
in ſuo dominio habebat, tanquam ei
obventis ex teſtamento agnatorum,
cognatorumvè, prout annuimus, idẽ
aſſerendum eſſe quòad bona, quæ
pupillo aliundè obvenerunt poſt pa-
tris mortem, vel poſt ordinatam ab
ipſo ſubſtitutionem;quia in illis matri
quidem competit jus in ſpecie ad le-
gitimam, niſi ipſe filius,vivens de il-
lis bonis per contractus inter vivos
factus major poſtea diſponat, quem-
admodum intelligit hanc concluſio-
nem,deſumptam ex *tex. in cap. ſi pa-
ter in fin. de teſtam. in* 6.*Napodan. in
cit. Conſuetud. Filiusfamil. d. gloſſ.
non poſſunt num.* 11. *verſ. item non
obſtat, ubi ſup. quod expreſſa pupil-*
18 *laris cum ſeqq.*ſimilibus verbis,nimi-
rum, ut expreſſa videlicet pupillaris
ſubſtitutio matrem à legitima exclu-
dat, ſed in bonis patris ſubſtituentis,
non verò in aliis pupilli bonis aliun-
dè, quàm à patre obventis,prout eã-
dem ſequitur ſententiam poſt *Rolãd.
à Valle conſil.* 69. *num.* 23. *lib.* 1. &
*Dec. in l. precibus, C. de impuber.
Horat. Montanus contr.* 68. *num.*7.
*verſ.& quia n.ſeq.*ſed magis expreſsè
idẽ videtur ſuſtinere ipſe *Napod.* ita
*in Conſuetud.incip.ſi aliquis moriens
in gloſ. diſponere*, ubi aſſerit, hoc ca-
ſu nihil fuiſſe per noſtras Conſuetu-
tudines immutatum, quòad bonorũ
ſubſidium parentibus debitum.

Secundò pariter in matris beneficium
judicabimus in altero caſu, qui etiam
19 proponitur ex *Napodano in d. Con-*
*ſue-*

*ſuetud.* proximè allegata, & incipiente ſcilicet, *Si aliquis moriens ſeq. num. 23. verſ. pone:* videlicet quando teſtator, habens uxorem, filium majorē, & duos, vel tres alios pupillos, omnes ſibi hæredes inſtituens, cum hac nimirum lege diſponat, ut alter illorum alteri decedenti ſuccedat, & ità inter ſuos liberos, nempè majorem, & pupillos reciprocam inducat ſubſtitutio-
20 nem: nū mortuo uno ex pupillis, mater tūc excludatur à ſucceſſione ipſius pupilli per alios ejus filios, ex eo potiſſimùm, quia in reciproca iſta ſubſtitutione, pupillaris etiam contineri ſanè videatur?

Judicandum equidem eſſe matris favo-
21 re, ut nuper aſſeveravimus, tandem ex eadem *Napodani* authoritate concludimus, in caſu prædicto, ſuppoſito non obſtante de ſubſtitutione pupillari, quoties reciproca inter impares reperitur, apertis verbis facta, ut diximus, ſubſtitutio, ideſt inter pupillos, & puberes, aut majorem; tunc
22 enim cauſa ſervandæ ęqualitatis propter imparitatem, in ea minimè pupillarem contineri, ſed tantùm vul-
23 garem, quę expirat hæreditate adita, ut unico decernunt ore Legislatores omnes *in l. nam hoc jure, ff. de vulg. & pupill. l. Lucius, cod. tit. l. 3. C. de teſtam. mil. & l. poſt aditam, C. de impub. & ali. ſubſtit.* quibus Iuribus nititur in terminis noſtrarū Conſuetudinum *Napodan. loc.* ſæpè *cit.* & *in d. Conſuet. ſi aliquis moriens verſic. Reſpondeo*, cujus eſt aſſecla *Vrſill. ad Afflict. in deciſ.* 310. *num.* 1. Quod ampliandum eſt, etiam ſi fuerit per patrem diſponentem expreſſum, *vul-*
24 *gariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituo*; quia clauſula prędicta cenſetur, potiùs appoſita de ſtylo Notariorum, quàm ad pupillarem ſubſtitutionem ſēper inducendā, præcipuè in præfato caſu, ſecundùm ea, quæ ad propoſitum refert *Card. Mātica lib. 3. de conject. ult. vol. tit.* 14. *num.* 6. cum aliis congeſtis per *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 684. *num.* 18. *cum ſeq. tom.* 4. Et hactenus, confirmatis validiùs noſtrę *Controverſiæ* 4. concluſionibus, ac ſuperatis undique difficultatibus, felici greſſu à labyrinthi nuper deſcripti latebris egredimur

## CONTROVERSIA LIII.

Liberorum teſtamentaria, aliavè cauſa mortis diſpoſitio, etſi favore piæ cauſæ, parentibus præteritis, nec eis debito bonorum ſubſidio relicto, an ſuſtineatur?

### SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies, de teſtamento exponitur, patre præterito, & 2.*
3 *Sequeſtrum ordinari debet ſuper hæreditate nulliter adita.*
4 *Et à fortiori ubi adſunt attentata.*
5 *Attentata omnia ſemper ad priſtinum revocantur, etſi notorium appellantis defectum in cauſa principali appareat.*
6 *Clauſulæ,* præſtita cautione laicali, *vis, ejuſq; effectus recenſentur.*
7 *Decretum præambuli fit favore hæredis in teſtamento omni vitio carēte.*
8 *Niſi adſit legitimus contradictor.*
9 *Filii teſtamentum, patre præterito, neq; ei legitima relicta, nō tenet, & 15.*
10 *Decretum præambuli favore hæredis ſcripti, extranea poſita contradictione, an ordinari poſſit? diſtinguitur, ut num. 11.*
12 *Et impediri poteſt à cō tradictore, qui ſūmariè ſua fūdat jura, nec aliter.*
13 *Teſtamenti vitium, niſi ex corpore appareat, immiſſionem hæredi ità impedire nequit.*
14 *Legitimam patri filius tenetur relinquere, ſi aliorum favore diſponat: de* Jure *communi, & noſtro municipali, & num. 15.*
16 Conſuetud. Neap. incip. Filiusfamilias

lias *diſcutitur, ejuſq; robur plenè oſtenditur.*

17 Conſuetud. Neap. *dat filiis famil. facultatē diſponendi, relicta parentibus legitima de bonis maternis, non verò de cæteris, in quibus Jus commune quidem ſervatur.*

18 *Filiifamilias de Iure communi, nequeunt teſtari de adventitiis; ſed ex* Conſuetud. Neap. *poſſunt.*

19 *Onus probandi teſtamenti extrema, ejuſq; robur, ſpectat ad hæredem.*

20 *Bona filiifamilias in dubio profectitia, & non adventitia cenſentur.*

21 *Jurium correctio eſt evitanda.*

22 *Teſtamentum filiifamilias, etſi militis, de feudo teſtantis, eſt nullum ſine legali patris conſenſu.*

23 *Clauſula Codicillaris teſtamento ſuccurrit, nullo ratione ſolemnitatis; ſecus verò ex alia cauſa.*

24 *Filiusfamilias ſine patris conſenſu poteſt ſibi eligere ſepulturam, ſed non teſtari; niſi de peculio caſtrenſi, & quaſi agatur.*

## ARGUMENTUM.

Filii in poteſtate exiſtentis teſtamētum, filiæq; innuptæ, aut viduæ ultima diſpoſitio, etiam favore piæ cauſæ, vel cauſa mortis donatio, an ſuſtineri poſſit, ſtante patris prę̨teritione, tàm de Iure communi, quàm noſtro municipali: Anvè hæredi ſcripto impediri poſſit immiſſio vigore hujus teſtamenti, omni alio vitio carentis, quoties parentibus ſaltem in bonis, de quibus in hac Civitate filii diſponere poſſunt, legitima portio non fuerit relicta, diſtinctè altercatur.

1 RElicta mortali corporis ſarcina, cùm è vivis diſceſſiſſet, & à frali, caducaq; ad meliorē migraſſet vitam, annis retroelapſis, Anna Maria Spina, inſtituto ſuo univerſali hærede Venerabili Monaſterio Sanctæ Mariæ Stellarū. Egit idem Monaſterium in M. C. V. pro expeditione decreti præambuli ejus beneficio, ex teſtamento in ſcriptis prædictæ quondā Annæ. Et cum ex adverſo Fracīſcus Spina, pater præfatæ teſtatricis inſtetiſſet, pro invaliditate hujus teſtamenti, ex quo fuiſſet in illo præteritus; Per eandem M. C. fuit decretum, ut infra quatuor dies audiantur partes, & interim bona ſequeſtrentur. Imò facto de prædictis verbo in S.R.C. fuit cauſa remiſſa eidē M. C. quæ, viſis ſcripturis de novo præſentatis pro parte dicti Monaſterii, de Iuſtitia provideat. Verùm, diſcuſſis per ipsā M. C. enarratis ſcripturis, fuit confirmatū idem decretum, primo loco latum; ac de illo iterum facto verbo, fuit per S.C. ordinatum interponi præambuli decretum favore præfati Monaſterii, præſtita cautione laicali per viam expromiſſionis, reſpectu prætenſorū pro parte prædicti Franciſci Spina, cujus ſupplicatione de dicto decreto fuit denuò obtenta Regia decretatio, de verbo faciendo in eodem S.C. loco reclamationis.

His ſic ſtantibus obiit dictus Franciſcus
2 Spina, relicta Catharina Spina legitima, & naturali filia ejuſdem in capillis, atq; pupilla; Quapropter minùs juſtè prædictum Monaſterium adiens M. C. in aliena Banca, ac coram alio Commiſſario, nulla penitus facta mētione de omnibus his geſtis, tàm in ipſa M. C. quàm in dicto Sacro Reg. Conſ. obtinuit præambuli decretum ad ſui favorem, penès ſe retinens antecedenter acta, quæ diu non apparuerunt; undè fuit ſemper clauſus aditus ipſi Catharinę ad proſequendum ejus Iurium iter, uti filiæ, & hæredi dicti quond. Franciſci Spina, uſquequò (Deo optimo) in notitiam præfatæ Catharinæ pervenit, acta prædicta detineri à Procuratore dicti Monaſterii, qui ordine ipſius

Digitized by Google

ipſius M. C. illa iterum poſt nonnulla præſentare, fuit tandem coactus.

Modò pro parte dictæ Catharinæ Spinæ hæredis dicti quondam Franciſci
3 ejus patris, tàm ordine, quàm Iuſtitia favente, non ſolùm ſequeſtrum ordinari, debere ſuper bonis præfatæ hæreditatis dictæ quondã Annæ Mariæ Spina, pro juſta ſaltem quantitate, in quam perperam ſe intruſit dictum Monaſterium, ſed etiam nullũ, & invalidum declarari teſtamentum ipſius Annę Mariæ, & proinde favore dictæ Catharinæ, per intermediã perſonam Franciſci ejus patris, fore interponendum præambuli decretũ ab inteſtato in hæreditate ipſius qu. Annæ, non inconſultò ſperatur.

Ex ordine ſequeſtrum ſperari, primò innoteſcit; nam Monaſterium, pendẽ-
4 te verbo faciendo loco reclamationis in S. R. C. non poterat M.C. adire, præcisè nulla facta mẽtione dicti verbi faciendi; & per cõſequens quicquid reperitur geſtũ per M. C. ſicq; præambuli decretum ad priſtinum ſtatum eſſe reducendum, non incongruè ſperatur, ex *tex. in cap. non ſolum, de appellat. in 6.* prout deciſum
5 refert in eodem S.C. *Afflict. dec.* 354. in cauſa inter illos de Spinola vẽrtẽte. Cum enim altera pars clã adiiſſet Iudicem in Civitate Ienuæ, omnia ibidem geſta fuere, ad priſtinum in S. C. reducta. Idq; etiam affirmat *Rota deciſ.* 181. poſt *Filin. in cap. dilect. in* 3. *col. de appellat.* & *Covarr. pract. quæſt. cap.* 23. qui tali ait innovatione, etiam Iudici injuriam irrogari, & ideò proprium ejus eſſe, ut omnia attentata ad priſtinum revocentur, etſi notorium appellantis defectum in cauſa principali cognoſcatur, ut per *tex. in cap. ſi conſtiterit, de accuſat.* clarè patet.

Secundò, quia per S.C. licet tunc temporis fuiſſet ordinatum, expediri decretum pręambuli in beneficium di-
6 cti Monaſterii, de illo decreto adhuc erat faciendum verbum loco reclamationis: imò, in eodem decreto reperitur inſita clauſula (præſtita nempè cautione laicali, per viam expromiſſionis) quod nunquam fuit adimpletum, ideòq; nulliter in illam hæreditatem ſe intruſit.

Ex Iuſtitia verò, ſequeſtrum adhuc adhibendum eſſe, pariter patet, nàm dictum Monaſterium præambuli decretum obtinuit à M. C. V. vigore teſtamenti jam nulli, ut mox in ſecundo articulo patefaciemus; & propterea hujuſmodi decretum ejus favore obtinuiſſe, quaſi innixum non enti, apertè nimis videtur.

Nec obſtabit *tex.* in vulgata *l. fin. C. de edict. Div. Adriani toll.* ex qua diſponitur, præambuli decretum in beneficium hæredis ſcripti, quoties teſtamentum non erit abolitum, delatum, nec alio vitio viſibili prẽſſum, minimè impediri. In eadem enim *l.*
7 & propriè *in* §. *ſeq.* ſancitur, quod ſi adſit legitimus contradictor, impediri poſſit hæredis beneficio ordinati
8 præambuli exequutio, ibi: (*Sin autem alius contradictor extiterit, tũc in judicio competenti, cauſæ in poſſeſſionem miſſionis, & ſubſecutæ contradictionis ventilentur, & ei poſſeſſio acquiratur, qui potiora ex legitimis modis* Iura *oſtenderit.*) Ità pariter in caſu noſtro legitimus con-
9 tradictor fuit Franciſcus Spina, qui ex actis apparet pater ipſius Annæ teſtatricis, & in teſtamento præteritus, quandoquidem in legitima erat ſaltem inſtituendus, ut in ſecundo articulo dicetur.

Hanc itaquè diſcutientes theſim DD. diſtinctione utuntur, nempè ſi poſſit
10 pręambuli decretum ordinari in beneficium hæredis ſcripti, extranea poſita contradictione: vel enim, in-
11 quiunt, extraneus ſummariè ſuam fundabit intentionem, vel altiorem illa exigeret indaginem, & ſic terminum ordinarium: ſecundo caſu habere locum prædictam legem finalem, primo autem caſu, præambulũ impe-

impediri, teſtantur *Gloſ.ibid.* ſe refe-
12 rentes cum *Salycet.* & aliis ad *l.3.§. ibidem, ff.ad exibendum,l.ille,à quo, §.ſi de teſtamento,ff.ad* Trebell. & *l. 3.§.cauſæ, ff.de Carbon. edicto.* Vndè habetur ex *d. l. fin.* non alia quidem
13 de cauſa in beneficium hæredis ſcripti, præambulum impediri, quando teſtamentum delatum, abolitum, vel ex aliqua parte vitiatum reperitur, niſi quia cancellatio ex corpore ejuſdem apparet. Quam rationem, neminẽ latet, ineſſe in caſu, de quo agitur, cum ex ipſo teſtamento appareat, dictum Franciſcum Spina patrem pręfatæ teſtatricis, quæ illũ pluries ejus patrem nominavit, & tamen non inſtituit, ubi de Iure erat ſaltem in
14 legitima inſtituendus. Propterea, ſi ex corpore teſtamenti nótorius conſtat defectus, contra hæredem ſcriptum, quo pacto ejuſdem favore locum vindicabit *d. lex finalis*, ut ſupra diximus.

Sed ad ſecundum deveniendo articulum, de teſtamenti nullitate, quòad inſtitutionem, quia fuit conditum à dicta Anna Maria Spina adhuc filiafamilias, & ſub patris poteſtate exiſtente, parum etiam defatigabo; Nam poſito, quod teſtamenti factionem habuiſſet ipſa teſtatrix (quod prorſus negatur, ut mox dicemus) debebat patri ſuo legitimam, eidem Iure
15 naturę debitam, ut annuimus, relinquere, *tex.* eſt *in Auth. Presbyteros, C. de Epiſc. & Cleric. Afflict. deciſ. 37. Conſil. Minad. deciſ. 26. num. 3. & Reg. de Marin. cap. 325 num. 5. lib.1.* Hoc idem comprobatur ex *tex. in auth. ex teſtamento*, ibi: *Ex teſtamento quoq; non licet liberis parentes excludere, niſi juſta cauſa exhæredationis inſeratur, quæ ſeptenario numero nova conſtitutione deſcribitur, alioquin reſcinditur teſtamentum circa inſtitutiones, C. ad S. C.* Tertullian. & hoc etiam ex *tex.in §. ſancimus: itaque non licere parentes ſuos præterire, aut quolibet modo à rebus propriis, in quibus habent teſtamenti licentiam eos omninò alienare, niſi cauſas, quas enumeravimus, in ſuis teſtamentis ſpecialiter nominaverint, Auth. ut cum de appellat. cognoſcitur.*

Idemq; ſuadetur etiam, attenta præſer-
16 tim *Conſuetudine* hujus Civitatis, exordiẽte *filiusfamilias*, ubi expreſsè cavetur filiis, atq; filiabus, eos debere parentibus legitimam relinquere; Et *Napodan.in d. Conſuetud.verſ. quid ſi filiusfamil.* ait, quod ſi filiusfamilias legitimum bonorum ſubſidium, patri non reliquerit, irritum eſſe teſtamentum ratione præteritionis, ex *Auth. ex cauſa*, C. *de liber. præter.* Imò præfata *Conſuetudo, fi-*
17 *liusfamilias*, tunc ſaltem legitimam patri deberi ex teſtamentis filiorum, filiarumvè familias jubet, quando ipſi diſpoſuiſſent de bonis adventitiis, eiſdem à matre præmortua, vel aliis ex linea materna obvenientibus tantùm; quando autem de cæteris bonis conderent teſtamẽtum, illud erit prorſus nullum, etſi adventitia eſsẽt, ultra enarrata, & quia hujuſmodi in rebus commune ſervatur Ius, quo fi-
18 liisfamilias teſtamẽti factionem denegari, ex *tex.* habetur in *l.fin.C. qui teſtam. fac. poſſ. l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. Inſtitut. quibus nõ eſt permiſſ. fac. teſtam. Præſ. de Franch. deciſ.4.* Sed in caſu noſtro bona, de quibus teſtata fuit Anna Spina, non fuere adventitia, ſibi à matre quæſita, vel ab aliis ex linea materna; meritò igitur teſtamentum prædictum irritum prorſus erit.

Gratis autem minimè aſſeritur, bona
19 illa non fuiſſe adventitia, perventa, ſcil. ipſi Annæ à matre, vel ab aliis ex dicta linea materna; Onus enim hoc ſpectat ad prædictum Monaſterium, hæredẽ ut ſup. ad extrema teſtamenti validanda, ut eſt *tex. in l. filiæ*, C. *de collation. & Gloſſ. in l. cum oportet*, C. *de bonis, quæ lib.* imò *Napod. in d. conſuetud. filiusfam. verſ. ad-*



Digitized by Google

*ventitiis*, aſſerit, bona in dubio profe-
20 ctitia præſumi, non autem adventitia.

Neque hujuſmodi teſtamentum item ſuſtineri poterit, quatenus ſit pia cauſa inſtituta; Iurium namquè correctio eſt evitanda, *l. 2. C. de vet. Iur.*
21 *enuclean.* cumq; ſit plenè probatum, filiofamilias hanc poteſtatē fuiſſe ſimpliciter denegatam in Iure, contrariū, locū non vindicabit, niſi *tex.* ſpecialis adducatur, per quem ad pias cauſas poſſet teſtari, quod minimè quidem reperitur.

In caſu enim magis arduo deciſum re-
22 fert *Præſ. de Franch. d. deciſ. 4. nu. 4.* nullum fuiſſe declaratum teſtamentum filiifamilias militis, teſtantis de feudo, in quo nullum Ius pater prætendebat, quia teſtamenti factio erat eidem, tanquam filiofamilias interdi-
23 cta, ſine legali patris conſenſu. Idq; nō obſtante clauſula codicillari; Illa enim firmat teſtamentum, etſi nullum ratione ſolemnitatum, non autem aliàs nullum ex cauſa, & præſertim poteſtatis, quæ non reperitur in teſtatore, utiq; omne teſtamentum ſuſtineretur, & quilibet ſic valeret teſtari; cū ſit in S.C. receptum, teſte *D. Reg. de Marin. loc. cit.* clauſulam ſcil. codicillarem ineſſe cenſeri in teſtamento; undè Ius commune ſemper abiret, ſi ità corrigeretur; quod prorſus dici nequit, cū in terminis legitimæ, ha-
24 beatur in *cap. licet, §. fin. de ſepult. in 6. ut quamvis filiusfamilias abſq; patris conſenſu, ſibi poſſit liberè eligere ſepulturam pro anima ſua, præter illius aſſenſum, niſi peculium caſtrenſe, aut quaſi caſtrenſe habeat, aliquid judicare non poteſt.* In caſu autem noſtro, bona, de quibus controvertitur, ac diſpoſuit dicta Anna non fuerunt caſtrenſia, nec quaſi caſtrenſia, non interfuit patris conſenſus, cum ſtatim poſt mortem dictæ ejus filiæ, dixerit de teſtamenti invaliditate, igitur non benè ipſa teſtatrix diſpoſuit, ut clariùs ex aliis motivis, apertiſque item rationibus infrà videbimus.

## CONTROVERSIA LIV.

### Patris conſenſus an requiratur etiam in filiifamilias donatione cauſa mortis?

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtamentum an ſuſtineatur in vim donationis cauſa mortis, vigore codicillaris clauſulæ?*

2 *Filius patris conſenſu donare poteſt.*

3 *Patris conſenſus, & præſentia exigitur ad cōvalidādā filii perſonā.*

4 *Teſtamentum favore piæ cauſæ valet, ſaltē vi donationis cauſa mortis*

5 *Mulier Neapolitana per nuptias fit ſui juris; Non ſic de Iure cōmuni.*

6 *Quid verò, ſi efficiatur vidua, an reincidat in patriam poteſtatem, etiā noſtro Iure patrio attento, & 19.*

7 *Nepos, qui fuerat à patre emancipatus, ut poteſtati avi materni ſubiret per adoptionem, reincidit in poteſtatē patris emancipantis, poſt mortem ipſius avi, & num. 22.*

8 *Ceſſante cauſa, ceſſat pariter effectus.*

9 *Filius ex patris deportatione ſui juris effectus, reincidit in poteſtatē, ceſſante deportatione, & n. 23.*

10 *Locus ſacer, qui per hoſtium occupationem profanus evaſit, impedimento remoto, in priſtinum quidem redit ſtatum.*

11 *Minoris inſania ceſsāte, ceſſat cura.*

12 *Filia à vinculis paternis liberata per monacatum, ſi ad ſeculum, Pontificis authoritate redeat, iterum patriæ ſubiicitur poteſtati.*

13 *Mater vidua recuperat tutelam; quam amiſerat, per tranſitum ad ſecundas nuptias.*

14 *Mulier minor redit in poteſtatem balii, & tutoris, poſt viri obitum.*

17 *Verba Statuti, vel Conſuetudinis intelliguntur, ut ſonant.*



Digitized by Google

18 *Filia nupta reincidit in patriam poteſtatem, etiam de jure municipali, poſt ſui viri obitum.*

19 Tex. in l. qui liberatus 12. ff. de adoption. *germanus ſenſus exponitur.*

20 *Filius per emancipationem liberatur à patria poteſtate; Sed quid ſi ſimplici conſenſu, & ſine cauſa emancipetur? vide num. 23.*

21 *Iura ſunt Iuribus concordanda.*

22 *Filius, quando emancipatur ex aliqua cauſa, reincidit in poteſtatem, illa demum ceſſante.*

23 *Filius ſi emancipetur à patre, ut ponatur in poteſtatem avi materni, non efficitur ſui juris.*

24 *Res ſemel extincta ſimpliciter, & ſine cauſa nunquam reviviſcit.*

25 *Ius patriæ poteſtatis Neapoli deſinit in filiabus nuptis, non in viduis.*

## ARGVMENTVM.

Ex vi patriæ poteſtatis, ſicuti in filii familias teſtamento, ità in donatione cauſa mortis, pro validitate, conſenſum genitoris requiri, brevi oſtenditur methodo; ac nonnulla de patria poteſtate exarantur, ad ornatum pręcipuè Noſtrarum Conſuetudinum, quòad liberorum diſpoſitiones, aliaq; de filiabus nuptis, ac viduis, etiam de eodem Iure patrio diſcutiuntur.

CÆptum *præcedentis Controverſiæ* iter, i-
1 terum proſequẽtes, pro teſtamenti nullitate enunciatæ ibidem quondã Annæ Mariæ Spina, in patria poteſtate, tanquam viduæ denuò exiſtentis, apertè demonſtrabimus, neque illud ſuſtineri poſſe in vim donationis cauſa mortis, ac vigore clauſulæ codicillaris in illo appoſitæ, juxtà ea, quæ colliguntur ex mente *Capyc. in deciſ.* 190. Nã, quòd nequeat ullo modo firmari, ſed irritũ, & nullũ sẽper haberi, deciſum refert *Præſ. de Franch. deciſ.* 4. & cum eo cuncti *Addentes ibid.* teſtantur, *Capyc. in alleg. deciſ.* loquutum fuiſſe, quoties filius familias diſpoſuiſſet de bonis, in quibus nullum Jus patri erat quæſitum, quod non verificatur in caſu, de quo agitur, ut antea probatum eſt; imò idem *Capyc. loc. cit.* ſupponit ineſſe patris conſenſum, qui hìc defuit, meritò igitur *deciſio prædicta* non facit ad rem, cum in alia prorſus facti ſpecie loqui, videatur.

At quòd requiratur patris conſenſus in
2 donatione cauſa mortis facienda à filio familias, habetur in *l. tàm ſi is, §. 1. ff. de donat. cauſ. mor. l. filius fam. §. patri, ff. de donat.* Idq; eſt adeò verum, quod ſibi locũ vindicat, etſi filiusfamilias donaret bona propria, ut teſtantur *Præſ. de Franch. d. deciſ.* 4. *num.* 19. *Bald. in l. eam quam* 3. *col. verſic. item, C. de fideicom.* & *ibid. Fulg. & Iaſ.* ea præcipua ratione, quia cum donatio cauſa mortis imbibat naturam contractus inter vivos in fieri, *l. inter mortis, ff. de donat. cauſ. mort. Bart. in d. l. talis, §. 1. ibiq; Paul. & Imol.*
3 *Dec. conſ.* 196. *Socc. in l.* 2. *num.* 27. *ff. de leg.* 1. patris igitur præſentia, ad validandam filii perſonam, exigitur. Vndè haud dici poteſt, rationem nõ eſſe habendam de dictis ex *Pręſ. de Franch. deciſ.* 4. quia loquitur in cau-
4 ſa profana, cum hìc agatur de pia; abhorret namque pia cauſa à fraudibus, quæ in dies orirentur, ſi teſtamentũ in vim donationis cauſa mortis ſaltem valeret; cum Legum ſancita deperderentur, vel corrigerentur, & ab inteſtato venientium Iura colluderentur, minimè diſcedendo à pręfato *cap. licet, §. fin. de ſepult.* quo ſine patris cõſenſu filio prohibetur omnis diſpoſitio cauſa mortis, ſicque generaliter loquẽs, donationem etiam cauſa mortis amplecti, cenſetur.

Tandem non obſtabit, pręfatam Annam fuiſ-

fuiſſe uxoratã,& neapolitanam,ideòq; ſui juris effectam, vigore *Conſuetud.*
5 *Neap. incip. ſed & mulier*, ac proinde benè potuiſſe de cunctis diſponere bonis; nàm evidenter conſtabit, dictam *Conſuetudinem* hìc non vigere, dum eadẽ teſtatrix tempore teſtamenti conditi, imò nimis antea repe-
5 riebatur vidua, ſicq; ad patriam poteſtatem reverſa, ut annuimus *Contr. 6. vol. 1. num.95.* neq;poterat de minimo obulo diſponere, ità ex *Napodani* doctrina *ibid.in gloſ.nubit n. 10.*

In patriam etenim poteſtatem regredi
7 mulierem,mortuo viro, primò probatur *ex tex. in l. penult. §. ſi verò pater, C. de adopt.* ubi nepos, qui fuerat à patre emancipatus, ut poteſtatẽ avi materni ſubiret per adoptionem, regreditur in poteſtatem patris emãcipantis, poſt mortem ipſius avi: vel ſi ab avo iterum ille emanciparetur, ex eo quia emancipatio patris fuit ob cauſam momentaneam; undè ipſa ceſſante cauſa, ceſſat effectus, & ſic per *d.tex.* jus ſuum recuperare patrẽ diſponitur, ut ex *cap.ceſſante de reg. Iur. in 6.* idem etiam habetur.

Secundò *ex tex. in l. fin. C. de ſenten-*
9 *tiam paſſis*, ubi filius, qui per patris deportationem fuit ſui juris effectus, in paternam poteſtatem reincidit, deportatione inde ceſſante.

Tertiò deducitur ex *l. cum loco, ff. de*
10 *religioſ.* ubi locus Sacer, qui per hoſtium occupationem evaſerat profanus,impedimento indè remoto,priſtinum ſanè ſtatum recuperat.

Quartò colligitur *ex tex. in l. cum*
11 *aliis, C. de cur. fur.* ubi ceſſat cura per rectam minoris mentem, inſania autem redeunte,ipſa reviviſcit.

Et quintò denique confirmatur ex *Spe-*
12 *culat. in tit. de ſtatu Monac. verſ. 13. quæritur col. 4.*ubi aſſerit,filiam à paternis vinculis liberatam per ejus monacatum, & profeſſionem, ſi authoritate Pontificis ad Sęculum reſtituatur, inter eadem vincula patriæ poteſtatis iterum detrudi. Et idem *Specul. in tit. de Curator.* §.*nunc dicendum, verſic quod ſi mater* ubi ait
13 tutelam,quam per tranſitũ ad ſecunda vota mater amiſerat, recuperare poſt obitum viri. Et *Andreas de Iſer. in conſtit. minorum in fin.* decidit, in poteſtatem Balii poſt mortem mariti
14 minorem quindecim annis redire, iterum mulierem.

Simili igitur modo in caſu noſtro, dum dicta Anna, quia uti Neapolitana ſui juris evaſit ob nuptias vigore *Conſuet.*
15 *ſed & mulier*, ſi præfata cauſa evanuerit, ad priſtinam reincidit patris poteſtatem. Hancq; ſententiam præter DD. ſupra relatos, firmiter ſuſtinet *Napodan. ibid.* & eò fortius hæc
16 patris poteſtas inſurgit,quia cum *Cõſuetudo* ſit contra Ius commune, ex quo ſancitur, filiã nõ liberari à patria poteſtate nubendo, ut eſt *tex. in l. ſi uxorem, C. de condition. inſert.* eſt propterea ſumenda in ſtricta ſignificatione, & ubi ſonant tantùm verba,
17 quæ autem,dum non loquuntur extrà nuptias; ad Ius ergò cõmune eſt recurrendum; undè teſtatrix effecta fuit alieni Iuris poſt viri obitum, uti deciſũ reperitur in S.C.penès *Grãm. deciſ. 54.* cujus meminit *Scipio Buccin. ad Napodan. ſub num. 10. in addit. incip. Is caſus.*

Et quamvis contrarium conſuluiſſe,ap-
18 pareat *Afflict. & Ant. de Vivaya*, ut tradit *Gram. d. deciſ. 54* ſemper verò *Napodani* opinio fuit in S.C. recepta, teſte *Molfeſ. ad Conſuet. par. 1. cap. 3. num. 7. cum Reg. de Pont. conſ. 61. nu 27.* & *Grati. diſcept. for. cap. 382. num. 24.* cum aliis, quos retuli *Cotrov. 6.* ex quibus fundatur, filiam denuò reincidi in patriam poteſtatẽ poſt viri obitum, nec poſſe teſtari ſinè patris conſenſu,& beneplacito.

Ità ſententia *Afflicti in conſtitut. proſequentes nu. 12.* quia eſt innixa diſpo-
19 ſitioni *tex. in l. qui liberatus 12. ff. de adopt.* ideò non eſt attendenda; dum *tex.* ille loquitur in caſu, quo filius expreſſo patris conſenſu emanci-

 pa-

Digitized by Google

patur. At in præſentiarum dicta Anna teſtatrix, fuit liberata à patris poteſtate, non emancipatione, vel expreſſo patris beneplacito, ſed à lege, ſecundùm quid, nec ſimpliciter. Unde ſi tex. ratio eſt diverſa, non itaque obſtabit; eò fortius, quia Iura cum ſemper ſint juribus concordanda, ut *in l. 1. C. de inoſ. dot.* Dum alter *tex. in l. cum in adoptivis, §. ſi verò pater, C. de adoptione*, contrarium diſpoſuit, niſi concordarentur hi *textus*, ad invicem repugnarent. Meritò igitur, *textum in l. qui liberatus* loqui, liquidò conſtat, quoties ſine cauſa, & ſimplici conſenſu filius emancipatur, *tex.* autē *in l. cum in adoptivis* intelligitur, ubi cum cauſa, & publicè fuit filia emancipata, uti per enunciatas nuptias.

20

21

22

Nec relevat item dicere, filium in caſu *d. l. cum in adoptivis*, regredi in patriam poteſtatem, non quatenus cum cauſa fuiſſet ille emācipatus, ſed quia nunquam deſiit eſſe in aliena poteſtate; cum id non conſideretur in caſu noſtro; nàm dicta Anna ſemel deſiit eſſe alieni juris. Præcipuè enim *dicti tex.* ratio videtur, quia filius cum fuerit ob cauſam emancipatus, ut in avi ſcilicet poteſtatē caderet, ea ceſſante reviviſcit ita jus patris in filio, non verò, ut ait *Afflict. loc. cit.* quia nunquam filius fuit hic ſui juris. Quòd apertè confirmatur ex *l. fin. C. de ſent. paſſis*, ubi filius ſemel ſui juris effectus per patris deportationem, iterum patri ad priſtinum ſtatum redeūti ſubiicitur. Hinc etiam ſolvitur illud principium, de re ſemel extincta, quæ non amplius reviviſcit; nam locum habet, ubi res eſt ſine cauſa extincta, & ſimpliciter, non autem cum cauſa, qua ceſſante, reſultat alia Iuris regula, ut ceſſet pariter effectus.

23

24

Quamobrē eſt ſanè concludendum, ceſſante ſtatu matrimoniali, ceſſare pariter cauſam, ob quam pater municipali noſtro jure attento, jus patriæ poteſtatis in filiabus nuptis amittit; & cauſæ effectus, indè ceſſabit ex matrimonii diſſolutione; eò magis, quia cōtrarium prorſus Communi legi adverſaretur, læderet jus tertii, ſcilicet patris, ac enunciatæ Catharinæ filiæ, quæ aliàs eſſet ſucceſſura per intermediam ſui genitoris perſonam, ut diximus in hac cauſa, quæ poſt varios congreſſus, fuit amicabili tandē, ac valdè utili tranſactione ſopita.

25

## CONTROVERSIA LV.

**Fructus in vita uſufructuarii maturati, & minimè exacti, utrum ad ejus hæredes, an potiùs ad proprietarium prorſus ſpectent hæredem.**

### *SUMMARIUM.*

1 *ARticuli ſpecies exponitur.*

2 *Fructus, annuiq; introitus, maturati in vita hæredis gravati, ipſo defuncto, non ſpectant ad ipſius hæredes, ſed debētur fideicōmiſſario.*

3 *Et hæc ex* deciſ. 13. Præſ. de Franch. *aliiſq; ex* Rot. Rom. *præcipuè, uti firma concluſio traditur, n. 4. & 5.*

6 *Obventiones non exactæ, non pertinent ad hæredes hæredis gravati.*

7 *Idem dices, quoad hæredes uſufructuarii, quibus non datur actio ad fructus non exactos.*

8 *Obventiones non exactæ ad fideicommiſſarium ſanè pertinent.*

9 *Uſufructuario nihil aliud competit, quàm actio pro fructuū perceptione.*

10 *Uſufructuario defuncto, extinguitur actio percipiendi fructus; undè non ejus hæredibus, ſed proprietario illa quidem competit.*

11 *Uſusfructus ſervitus dicitur, quæ à tertio opponi non poteſt.*

12 *Hæreditas, ſicuti mortuo gravato, fideicommiſſario reſtituitur, ità poſt mortem uſufructuarii, ipſo jure uſusfructus cum proprietate conſolidatur.*

13 *Ob-*

13 *Obventiones non exactæ, ſicut reperiuntur in hæreditate, poſt mortem gravati, ità poſt uſufructuarii obitū in ipſo adſunt uſufructu.*
14 *Fideicōmiſſarius debet accipere hæreditatē de manu hæredis gravati.*
15 *Proprietarius, mortuo uſufructuario, evadit dominus proprietatis ſimul, & uſusfructus.*
16 *Vſusfructus cū proprietate conſolidatur ipſo jure, defūcto uſufructuario.*
17 *Hæres gravatus fortiùs habet jus, quàm hæres uſufructuarius n.21.*
18 *Hæres gravatus eſt verè dominus, etiam proprietatis rerum hæreditariarum, etſi alienare nequeat.*
19 *Filius hæres gravatus non tenetur imputare in legitimam fructus ex reliqua hæreditate perceptos.*
20 *Fructus ab uſufructuario filio perceptos in legitimam imputantur.*

## ARGVMENTVM.

Inveterata nimis, ad nouum exponitur examen Foreſis Contentio, quæ ſæpè accidit inter proprietarium, & uſufructuarii hæredes, quòad fructus, & redditus maturatos, & non exactos in vita ipſius uſufructuarii, ad quos illi nimirum ſpectent? & ex pluribus motivis, enixè deguſtato articulo, proprietarii hæredis favore concluditur, prout in hac, & duobus ſequentibus *Controverſiis* plenè videbitur.

1 LEgales poſt nonnullas, quæ fuerunt diſſertationes inter RR. Scolarum Piarū PP. hujus Civitatis hęredes proprietarios qu. Franciſci, & Ioſephi Magliolo, patris, & filii reſpectivè, cum Hæredibus ex hærede uſufructuario eorundem, fuit iterum, annis præteritis, altercatū de famigerato illo juris articulo ſuper fructibus non exactis, quamvis maturatis in vita uſufructuarii: an illi ſpectarent ad præfatos hæredes proprietarios, etſi variis rationibus hæredes uſufructuarii, ad ſe illos fructus pertinere, contenderent. At nos, qui dictorū Patrū jura eſſe potiora exiſtimavimus, pro eis profectò acquievimus, ut infra dicemus, & jurgia ità ſedare, conati ſumus: Primò, exēplo fideicōmiſſarii, & hæredis gravati: Secundò immediatè, & directè, idem oſtendere uti veriùs ex propria uſusfructus nimirum natura, operæ pretium duximus.

Ad evidentiam enim primæ ex propoſi-
2 tis Concluſionibus, meritò nobis ſupponere licet, eſſe receptiſſimam in S. C. ſententiam, annuos introitus maturatos, ſed non exactos in vita hæredis gravati, ipſo defuncto, haud ſpectare ad ipſius hæredes, ſed deberi fideicommiſſario, juxtà celeberrimam *Præſ. de Franch. deciſ.* 13. in
3 qua habita fuit de hac re maxima diſcuſſio. Vndè eā ſecuti ſunt noſtrates, & exteri, uti teſtātur *Addent.* priſci, & moderni *ad d. deciſ.* qui alias ſimiles deciſiones ibidem, ac DD. congerunt, quibus addūtur *Coſcia reſ. jur. lib.* 2. *q.* 22. *in append. n.* 2. *Thor. par.* 1. *comp. verb. fructus, Conſ. Staib. reſol.* 26. *num.* 14. ſic pariter deciſum refert *Larat. conſ.* 71. *Mandell. conſ.* 79. & *conſ.* 275. *Surd. conſ.* 84. *nu.* 4. *Berou. conſ.* 133. *num.* 7. & ità pluriès deciſum habetur in *Rot. Rom. Canonum cor. Vbaldo* 4. *Decembris* 1623. ut ait *Cenc. de cenſib. tom.* 2. *deciſ.* 135. & *Duard. cod. tract. tom.* 2. *deciſ.* 10.
4 Quę deciſiones fundātur nepè à *l. poſtulante* 44. *§. ſed & in hujuſmodi*, & à *l. itē, deducta* 58. *§. qui poſt tēpus*, ubi *Bart.* his verbis. *obvētiones poſt mortē*
5 *ex judicio teſtatoris proveniētes, ſi per hæredes exactæ non fuerint, veniunt in fideicommiſſo, aliàs ſecùs*, *ff. ad Trebell.* Et ratio utriuſque *textus* eſt
6 quia ſupponuntur obventiones non exactæ per hæredes, & debitæ ex judicio

dicio defuncti, nec verbum eſt in juribus allegatis, ſignificans, ideò non pertinere ad hæredes hæredis, quia ageretur de hærede gravato, non autem de hærede uſufructuario.

Hinc ergo evidenter deducitur, idem juris eſſe, ubi controverſia eſt inter
7 hæredes uſufructuarii, & hæredem proprietarium, dummodò (ut in noſtra ſpecie) obventiones, ſivè cenſus, aut annui introitus, vel penſiones ex locatione, debeantur ex contractu defuncti, & per hæredem uſufructuarium exactio realis, atq; actualis facta non fuerit, juxtà *d. deciſ.* 13. *de Frāch. num.* 8. *& deciſ. Cenc. num.* 11.

Nec quidquam obſtat dicere, quod hu-
8 juſmodi obventiones non exactę, ideò ad fideicōmiſſarium pertineant, quia ſunt in hæreditate; *& fideicommiſſarius*, ut ait *Marcellus in d. §. ſed & in hujuſmodi, qualis nunc eſt hæreditas, deſiderat, ſibi reſtitui*. Nàm cum *Conſ. Hodier. contr.* 4. *num* 47.
9 reſpondetur, uſufructuario nihil aliud competere, quàm exercitium actionis pro fructuum perceptione, quòd ſervitus perſonalis appellatur, *l. uti frui ff. ſi uſusfr. pet.* Imò *Surd. conſ.* 227. *nu.* 19. & *Valaſq. de partit. cap.* 33. *num.* 17. ex juribus ſuperius alle-
10 gatis, poſt mortem uſufructuarii dādam eſſe actionem, non ejus hæredi, ſed proprietario, ajunt; nec poſſe idcircò debitorem, conventum à proprietario pro fructibus debitis in vita uſufructuarii, opponere de jure ter-
11 tii, etiam ipſo uſufructuario vivente, affirmant; quia uſusfructus dicitur ſervitus, quę à tertio quidem opponi nequit.

Quibus adiicitur alia reſponſio, fortaſſę clarior, & ſolida, qua retorquetur argumentum, noſtraq; fortius robora-
12 tur ſententia. Sicut enim poſt gravati obitum reſtitui debet fideicommiſſario hæreditas, ità poſt mortem uſufructuarii ipſo jure uſusfructus conſolidatur cum proprietate; & ille, qui erat proprietarius tātùm hæres, eva-
13 dit omninò dominus proprietatis, ſimul, & uſusfructus. Similiter, ſicuti obventiones non exactę reperiuntur in hæreditate poſt mortem gravati, ità, & poſt uſufructuarii obitum in ipſo inveniuntur uſufructus; ergò fideicommiſſario ſi debentur, quia in hæreditate reperiuntur, ità etiam proprietario, quia adsūt in uſufructu, qui ad proprietarium jam pertinet, poſt uſufructuarii mortem.

Quinimò triplici ex capite potiora eſſe
14 debent jura proprietarii, quàm fideicommiſſarii in hoc articulo. Primò, quia fideicommiſſarius hæreditatem de manu gravati accipere debet, nec fit ipſo jure illius dominus, poſt mor-
15 tē dicti hæredis gravati. At proprietarius, ſtatim ac mortuus eſt uſufructuarius, fit hæres ſimpliciter, & cum proprietate ipſo jure uſusfructus conſolidatur, nec ulla eſt opus reſtitutione, per hæredem uſufructuarii facienda; undè eò fortius uſumfructū pro-
16 prietarius acquiret, unà cum juribus ad obventiones non exactas, quia in ipſo inveniuntur uſufructu. Secun-
17 dò, quia validius habet jus hæres gravatus, quàm uſufructuarius; nam hic omnium ſententia, nullum habet hæreditatis dominium, at gravatus hæres eſt verè dominus, etiā proprietatis rerum hæreditariarum, licet tā-
18 tùm illarū alienatio ei interdicatur, ut teſtatur *Molin. de juſtit. & jur. diſp.* 3. & *Cardin. de Luca par.* 5. *deciſ. Rot. Roman.* 200. *num.* 13. & *in tract. de feud. diſcur.* 89. & *de fideicom. diſc.* 57. *num.* 17. ubi hanc veriorem ſententiam appellat, *& diſc.* 59. *num.* 6. item ait, eandem ſemper teneri à Rota Romana. Tertiò denique, quia filius gravatus hæres nō
19 tenetur in legitimā imputare fructus ex reliqua hereditate perceptos, ex *tex. in l. ſcimus, §. repletionis, C. de inoff. teſtam.* affirmat *Duran. deciſ.* 76. *num.* 3. *Peregr. de fideicom. art.* 49. *num.* 39. *Poſt. de Franch. deciſ.* 522. ubi communi omnium voto ità deciſum

ciſum tradit, prout etiam teſtatur *Reg. Rovit. tom.* 1. *conſ.* 61. *in fin.* & 
20 utrobiq; *Addentes*, qui innumeros congerunt DD. concordantes. Attamen, verior, & receptior eſt ſententia, fructus ab uſufructuario filio perceptos in legitimam, ei de jure debitam, eſſe imputandos, *Seraph. deciſ.* 1365. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 38. *Rot. Rom.* per ipſum *Merli. deciſ.* 31. *num.* 5. *Mareſcot var. reſol. lib.* 1. *cap.* 86. *num.* 8. & ità noſtræ
21 ſententiæ vim cognoſcit *Hieron. Leo deciſ.* 128. *num.* 9. & 11. dum cupiens, tueri hæredem hæredis gravati adverſus fideicommiſſarium, utitur illorum opinione, qui volunt, redditus inexactos ſpectare ad uſufructuarii hæredes, excluſo proprietario; ex qua infertur, multò magis admittendos hæredes hæredis gravati, quia hic fortiùs habet jus, quàm uſufructuarius, de cujus minori robore fuſiùs infrà ſermonem faciemus.

## CONTROVERSIA LVI.

### Propria uſusfructus natura attenta, introitus, ac fructus maturati, & non exacti, num ad uſufructuarii hæredes, anvè ad propietarium pertineant?

*SVMMARIVM.*

1 *Quæſtionis antea propoſitæ ſecũda pars diſcutitur.*

2 *Introitus, ac fructus in vita uſufructuarii maturati, & non exacti, cujus ſint, & ad quos ſpectent? enixè oſtenditur.*

3 *Et ad propietarium pertinere hos fructus non exactos fundatur, nec ad hæredes, ceſſionarioſq; uſufructuarii, & num.* 5.

4 *Mutare ſententiã* Bald. *nõ erubuit.*

6 *Nemo plus juris in alterum, quàm ipſi competit tribuere poteſt.*

7 *Annui introitus non exacti, licet maturati, non habentur pro exactis, quia aliter fideicommiſſario non deberentur.*

8 *Fructus maturi ſpectant ad proprietarium, non verò ad hæredem uſufructuarii.*

9 *Fructus non dum à ſolo ſeparati, aut ab arbore, tempore mortis uſufructuarii ad proprietariũ pertinẽt*

10 *Annui redditus, qui civiles fructus appellantur, maturati, & non exacti, habentur tanquam fructus naturales pendentes.*

11 *Cenſus, ac redditus non exacti dicuntur pendentes, quouſque attualiter non fuerint exacti, & verè itẽ percepti, ut num.* 14. *cum ſeq.*

12 *Penſiones, aliæque ſimiles obventiones, nunquam dicuntur perceptæ, ſed potiùs pendentes, antequam fuerint verè exactæ.*

13 *Fructus, & obventiones, conſiſtentes in laudemiis, non poſſunt dici percepti, antequam laudemia, aut quindennia fuerint exacta.*

15 *Fructus naturales maturi non habentur, ut percepti, dum in arboribus, ac ſolo pendent, niſi ſint ab ipſis ſeparati; ità fructus civiles, dum ſunt apud debitorem, non dicuntur item, niſi pendentes.*

16 *Jus accipiendi fructus naturales eſt faciliùs jure exigendi fructus merè civiles.*

17 *Fructus civiles, & naturales ob eorũ ſimilitudinẽ fructus appellãtur*

18 *Fructus dicuntur civiles, & legales, quia à legibus ſtatuitur, ut illi ex cauſa debeantur.*

19 *In fructibus, tàm naturalibus, quã civilibus datur medium, ineſſe futuros, & eſſe exactos, ſcilicet quãdo ſunt maturandi, & quandò dicuntur percepti.*

20 *Fructus civiles hoc ipſo, quod ſunt maturati, dieſq; venit ſolutionis, nequit dici, quod habeantur pro exactis; nàm idem dicendum eſſet de naturalibus.*

21

21 *Non adhuc exactum, quòd pro exacto habeatur, eſt fictio impropria, & ſanè paradoxum.*

22 *Propè accingendus habetur verè tanquam accinctus.*

23 *Quod parum diſtat, nihil indè diſtare videtur.*

24 *Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſā rem habere cenſetur.*

25 *Fructus verè non dicuntur exacti, qui potuerunt exigi, & non fuerunt penitus exacti.*

26 *Pecunia an ſit exacta ſi exigi potuit?*

27 *Poſſeſſor malæfidei non ſolū tenetur pro perceptis, ſed ad quę exigere potuit, nō ſic in poſſeſſore bonęfidei.* 28

29 *Pecunia non poteſt dici exacta, & non exacta eodem tempore.*

30 *Fructus civiles exigi debent, ut illi tranſmitti pariter poſſint.*

31 *Fructus eſſe maturatos, non ſufficit, ad effectū tranſmiſſionis ad hęredes uſufructuarii, niſi ex aliis cauſis.*

32 *Introitus maturati nō habētur exacti*

33 *Fructus maturati, & jam exacti ab hærede gravato, ſpectant ad ejus hæredem, non verò ad fideicommiſſarium.*

34 *Ius univerſale, pręvalet particulari*

35 *Redditus nō debentur de perſe principaliter, ſed acceſſoriè ad capitale.*

37 *Soluto capitali nō debētur fructus.*

38 *Redditus debētur, quia debitori à creditore traditū eſt capitale, ut apud eū ſit demortuū, ob ipſos redditus.*

39 *Cujus eſt capitale ei debētur redditus.*

40 *Penſiones ex locatione domus, ruris, & ſimilium, debentur hæredi uſufructuarii pro rata fructuum perceptorum.*

41 *Annui introitus debētur habita ratione ſummæ capitalis, penes debitorem demortui.*

42 *Pecuniæ uſus in conſūptione cōſiſtit.*

## ARGVMENTVM.

Sequitur quòad ſecundam partem diſcutienda theſis propoſita, de introitibus in vita uſufructuarii maturatis, & non exactis; & illos minimè ad ceſſionarios, aut hæredes ipſius defuncti uſufructuarii ſpectare, ſed ad proprietarium, ex propria quidem natura uſusfructus, nonnullis rationibus, Juris Conſultorum ſententiis, ac rerum judicatarum exemplis, clarè oſtenditur; undè contrariis tandem rejectis, Concluſio omninò firma remanet.

GRreſſus modò dirigētes ad ſecundum *præced. Controverſiæ* aſſertum, de naturali nempè uſusfructus proprietate; & ità ſecunda ex propoſitis ibidem cōcluſionibus Sole lucidior, ut oſtendatur, ac diſputationis veritàs pro proprietariis, adverſus uſufructuarii hæredes, magis eniteſcat, infraſcripta breviter rurſus ad examen exponere, non inconſultò decrevimus.

1

Directè namq; & ex propria uſusfructus
2 natura, ac prorſus independenter à quovis alio, præſertim fideicommiſſarii exemplo, prout ſupra ex receptiori DD. ſententia annuimus, introitus, vivente uſufructuario non exactos, ad proprietarios ſpectare, dicendum eſt, ſecùs verò ad ipſius defuncti uſufructuarii hæredes; ut concinnè probat ex nonnullorum ſerie *Reg. de Ponte conſ.* 100. *à num.* 4. *uſq; ad n.* 16. præcipuè in terminis *deciſ.* 168. *Præſ. de Franch.* in qua cauſa ipſe fuit advocatus, & agebatur inter uſufructuarii hæredes, ut in præſenti, & proprietarium, ſuper introitibus non exactis.
3 Idemq; latiſſimè fundat, & difficultates reſolvit *Conſ. Hodier. contr.* 4. *à num.* 13. omnibus hinc indè ex profeſſo diſcuſſis, licet antea in contrarium ſcripſiſſet, pro veritate tamen ſententiam mutavit, ut ipſemet proteſtatur his nimirum verbis: *ideò mutando ſententiam, pro articuli veritate*

tate

4 tate nonnulla ſcribere volui, nàm & Bald. etiam illum mutare non erubuit, ubi aliam melius ſentire vidit, ut inquit *conſ.* 447. *vol.* 4. ſequitur eundem *Rodoer. ad Reg. de Marin. tom.* 1. *obſer.* 152. *num.* 7. & *rurſus in conſ.* 37. *num.* 18. ubi in puncto lo-
5 quitur contra uſufructuarii ceſſionarium, ibi: *non pertinent ad ejus hæredes, aut ceſſionarios, ſed ad proprietarium*. Neque ullus legitur, qui majus in hoc ſanè jus tribuat ceſſionario
6 uſufructuarii, quàm hæredi ipſius, cōtra receptum axioma: nemo plus juris in alterum, quàm ipſi competat, tribuere poteſt, vulgata *l. nemo* 54. *ff. de reg. jur.* Et meritò pro hac ſententia allegari poſsūt cuncti ex congeſtis *præced. Contr.* in terminis fideicōmiſ-
7 ſarii; qui docent unanimiter, quod annui introitus non exacti, licet maturati, non habeantur pro exactis, quia ſecùs ad fideicōmiſſarium ſpectarēt, ſed hæredi gravati; cū certū ſit, redditus jam maturatos in vita hæredis gravati, & ab eodem exactos, adipſum pertinere, ſine ullo reſtitutionis onere; hoc ipſo autem, quod hujuſmodi redditus non habentur pro exactis, ſunt ſolùm fructus maturi, qui omniū
8 ſententià pertinent ad proprietarium non verò ad hæredem uſufructuarii, *ex l. in ſingulos annos* 8. *ff de ann. leg.* ibi: *Quod in uſufructu non ità eſt, cum fructuarius, etiamſi maturis fructibus, non dum tamen perceptis, deceſſerit, hæredi ſuo fructus nō relinquat*, & *l. ſi uſufructuarius* 13. *ff. quib.*
9 *mod. uſuſf.* ubi remanet pro indubitato, fructus nondum à ſolo ſeparatos, aut ab arbore, tempore mortis uſufructuarii, ad proprietarium pertinere; ſed ſolùm dubitari poteſt, an ſatis ſit, ut cedant hæredi uſufructuarii, eſſe ſeparatos, etiam ſine opera ipſius, an verò requiratur, ut ſint reconditi, aut ſaltem fructuarii opera ſeparati; itàut non ſufficiat, ſi ab arbore de ſe, ſine alterius ope fructus deciderint, ex tex. *in l. defuncta* 63. *ff. de uſufr.* Itē, quòd hi annui introitus,
10 qui civiles fructus dicuntur, maturati, nec exacti, haud habeantur pro recollectis, ſed ſint, & exiſtimentur uti pendentes, latè tuetur *Socc. Sen.*
11 *conſ.* 100. *num.* 2. *verſ. exiſtimo, quod pecunia non exacta, dicuntur fructus pendentes*. quem ſequuntur *Cravet. conſ.* 212. *num.* 8. *Pariſ. conſ.* 40. *n.* 8. *Ang. Berou. conſ.* 133. *num.* 9. *vol.*
12 2. ibi: *penſiones, aliæq; ſimiles obventiones, quæ non debentur habito reſpectu ad fructus naturales, ſed propter aliud, nunquam dicuntur perceptæ, ſed potiùs illæ pendentes, antequam fuerint exactæ*, & *Surd. conſ.* 84. *num.* 4. ibi: *clarum eſt, quod fru-*
13 *ctus hi, & obventiones, conſiſtentes in laudemiis, non poſſunt dici percepti, antequam laudemia fuerint exacta, ſed pendere dicuntur, quicquid ſit in fructibus naturalibus, vel penſione, quæ ſolvitur propter fructus. Cardin. Tuſc. lit. F. concl.* 497. *n.* 10. *Cenc. de cenſ. deciſ.* 135. *Rot. Rom. nu.*
14 8. ubi deciditur, haberi uti fructus pendentes, quamvis fuerint maturati, & non actualiter exacti; & ità *Duard. eod tract. tom.* 2. *deciſ.* 10. poſt *Salyc. in l. Iulianus*, §. *ſi fructibus, ff. de act. emp.*

Ex authoritatibus ad rationes autem
15 tranſitum facientes, primam inter cæteras, pro aſſumpti comprobatione exponimus, quia fructus naturales maturati non habentur pro perceptis, dum in arboribus, ſeu ſolo pendent, niſi ſaltē ſint ab ipſis ſeparati; ergò de fructibus civilibus idem eſt dicendū, ut non habeantur pro perceptis, dum ſunt adhuc apud debitorem, nec ab ipſo ſoluti; nulla enim poteſt afferri diſparitas: imò argumentum eſt à fortiori, quia arbores, & ſolum nequeunt reſiſtere habenti jus accipiendi
16 fructus naturales, ſicut debitor poteſt repugnare, & de facto nō ſolvere creditori, habenti jus exigendi, atq; ita multò difficiliùs hi poſſunt haberi pro perceptis, quàm illi, qui ob ni-



Digitized by Google

miam facilitatem percipiendi, poſſũt faciliùs haberi pro perceptis,quod in iſtis ob poſſibilem reſiſtentiam, non eſt dicendum. Et licet in civilibus non
17 cadat,quòd fructus pendeant phyſicè, & materialiter,cadit tamẽ, quòd pendeant equivalenter,& formaliter;nam etſi non ſint fructus naturales,ſunt re vera fructus civiles, quia emolumẽtũ afferũt illos habenti, ſicut dant naturales, quorum paritate fructus idcircò appellantur; & ob eandem ſimilitudinem datur in eis,quòd pendeant, non quidẽ phyſicè,dum non ſunt naturales, ſed civiliter, quia uti tales,à legibus præſcriptum eſt, ut debean-
18 tur. Porrò, ſicuti fructus naturales pendent ex arboribus, vel adhærent ſolo, ità & civiles pendent apud debitorem civiliter, & legali modo, quia ipſe eos ſolvere debet; undè dici ſanè poſſunt,pendere in ipſa actione,ad illos percipiendos, quæ hujuſmodi fructus parit, & ità deberi proprietario, ad quem devolvitur actio.

Altera eſt ratio,quia in his fructibus da-
19 tur medium inter eſſe futuros,& eſſe exactos, & idem in eſſe jam maturos, & non purè maturãdos,nec jam exactos, quod datur pariter in fructibus naturalibus, qui priuſquam ſint maturi,dicuntur futuri;& maturati,fiunt percepti, quando ab ipſo ſolo, vel arboribus ſeparantur, & ſunt in medio ſtatu, donec ſeparentur, nempè ſunt maturi, ſed non percepti. Hinc fru-
20 ctus civiles, hoc ipſo, quod maturati ſũt,& ceſſit ſcilicet eorum ſolutionis dies debẽtur,ſed nõ habentur pro exactis;& eodem modo naturales,qui hoc ipſo, quod ſunt maturi, non pro recollectis habentur. At in ſententia cõtraria, annui introitus nunquam eſſent pendentes,ſeu maturati tantùm, & non exacti, aut maturandi, aut jàm exacti, quod nemo negaverit, eſſe hoc prorſus abſurdum.

Tertia itẽ ſe offert ratio,quia rei veritate
21 annui introitus,niſi ſint exacti,pẽdẽtes ſũt;igitur ut habeatur pro exactis,expreſſũ jus requiritur,& magna ratio, quæ militet in tali articulo, ubi hæc fictio prætenditur, ac paradoxum,ut non exactum habeatur pro exacto. Vndè hujuſmodi introitus, pro exactis ut habeantur, ad effectum tranſmiſſionis ad hæredes uſufructuarii, jus, & ratio conveniens,ad hunc ſpecialem effectum requiritur.

Neque ex adverſo valet dicere, quod
22 proximè accingendus habeatur pro accincto;& quod parum diſtans,nihil diſtare videatur; quia in hac materia
23 tranſmiſſionis hęc regula quidẽ fallit; alioquin uſufructuarius tranſmitteret fructus naturales maturos, quia ſunt perceptioni proximi, ſi haberẽtur pro perceptis, & ad hæredes uſufructuarii pertinerent, quod dici nequit.

Ità pariter illa juris regula in *l. qui actio-*
24 *nem, ff. de de reg. jur.* ibi: *qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsã rem habere videtur*, nec favere poteſt adverſariis, quia etiam uſufructuarius habet jus percipiendi fructus naturales maturos,ad quos percipiendos jus habet,& eos tamen non tranſ-
25 mittit. Tantum abeſt, ut hæc regula ſit pro hærede uſufructuarii,ut contra illum militet, quod inter cætera ponderat *Soc. cit. conſ.* 100. *num.* 3, ibi: *in veritate non dicuntur exacti, qui potuerunt exigi, ex tex. in l. qui actionem habet, ff. de reg. jur. l. non videtur, ff. de acq. poſſ.*

Rurſus neque obſtat *tex. in l. poſſeſſor, §.*
26 *1. ff. de pet. hæred.* licet in eodem dicatur, quod pecunia ſit redacta, non ſolùm illa, quæ eſt exacta, ſed & illa etiam, quæ exigi potuit; etenim ad
27 hunc *textum* optimè reſpondet *Socc. ibid.* his nimirum verbis: *Nec obſtat l. ſi poſſeſſor, quia quantum ad terminos illius textus dicuntur redacti ad, hoc, ut malæ fidei poſſeſſor ad talem pecuniam, & uſuras teneatur, qui non ſolùm tenetur de perceptis, ſed de percipiendis.*

Immò per *d. tex.* evidenter colligitur
28 oppoſitũ, ut ſcilicet non habeatur pro exa-

exa-

Digitized by Google

exacto quod exigi non potuit; quia quando pecunia non eſt exacta, quæ exigi potuit, liberatur poſſeſſor hæreditatis, cedens actionem contra debitorem, ut *Gloſ. ibi, verbo exacta eſt*, dum ſubdit, *ut tunc actio cedatur*, & citat *tex. in d. l. § ait Senatus, verbo bonæ fidei*, qui hoc expreſſè decidit ibi: *ſed ubi habet actionem, ſufficit, eum actionem præſtare*. At ſi quod exigi potuit, pro exacto haberetur, non ſatis eſſet, actionem præſtare, ſed
29 pretium præſtandum eſſet, ſi exactũ, ut explicat *Gloſ. in d. l. ſi poſſeſſor* ibi: *pone, quòd tu bonæ fidei poſſeſſor vẽdidiſti res hæreditarias, diſtingue, aut habes pretium, & teneris præſtare pretium*. Itaq; nomine redactæ pecuniæ in illo *textu*, non ſignificari pecuniam exactam, conſtat; quia diſtinguitur ibi, inter pecuniam redactam, & exactam, dum ait: *redactam ſic accipimus, non ſolùm jam exactam, verùm etſi exigi potuit, nec eſt exacta*: quod niſi diſtingueret, ſenſus ſa-
30 nè impleretur. Ex his clarè apparet, magna cũ ratione ſubſtinuiſſe *Conſ. Hodier. d. contr. 4. num. 41.* ad finẽ tranſmiſſionis, in fructibus civilibus requiri exactionem. Nũquam enim S.
31 Conſilium apud *Præſ. de Franch. deciſ. 168.* declaravit, pro tranſmiſſione ad hæredes uſufructuarii, ſufficere fructus eſſe maturatos in ejus vita, nec requiri exactionem, & in hoc differre civiles à naturalibus. Veriùs ta-
32 men dici poteſt, per idem S. C. fuiſſe declaratum, annuos introitus maturatos non haberi pro exactis, dum *deciſ. 13. ejuſdem Præſ. de Franch.*
33 judicavit, ſpectaviſſe ad fideicommiſſarium, qui utiq; ad hæredem gravati ſpectaviſſent, ſi ejus vita maturati, uti exacti haberentur; ſicuti verè exa-
34 cti ab ipſo hærede gravato, non ad fideicommiſſarium, ſed jure ad hæredes ſpectare, liquidò conſtat.

Quod autem dicitur *in deciſ. 254. Præſ.*
35 *de Franch. num. 11.* nempè, quod annui redditus debeantur de per ſe principaliter, & non acceſſoriè ad capitale, quia illud nullo modo debetur, itàut exigi poſſit, ſed pro illo ſolùm dicti redditus debentur; neque officere poteſt, quia etiam fructus naturales debentur fructuario principaliter, nec acceſſoriè ad arbores, aut ad ſolum, & tamen fructus naturales, nondum percepti ab ipſo fructuario,
36 ad propietarium pertinent.

Nec videtur aſſerendum, annuos reddi-
36 tus non deberi acceſſoriè aliquo modo ad capitale, ut ipſemet *de Franch.* fatetur, quia pro capitali redditus annui debentur, utiquè ad illud dicũtur acceſſorii, cum ob illud debeantur; igitur uti capitale, eidem debentur, &
37 fructus. Neque ex eo, quia nequit peti capitale, ideò annui redditus non debentur ipſius cauſa; nàm ſoluto capitali, ipſi redditus deberentur, quod eſt utiquè falſum; ergò tota ratio, cur debeantur redditus, eſt, quia non eſt
38 ſolutum capitale, vel quia eſt demortuum apud debitorem, ità ei à creditore traditum, ut annuos prò illo ſolveret redditus. Vndè clarè patet, ipſos redditus eſſe aliquo modo acceſſorios ad capitale, & conſequenter defuncto fructuario, deberi ipſi proprie-
39 tario, cujus eſt capitale; Et ſicuti hoc eſt veriſſimum, ità veriſimile item videtur, quod tandem aſſeritur, annuos redditus eſſe ſimiles penſionibus
40 debitis ex locatione domus, ruris, molendini, & ſimilium, quæ penſiones debentur hæredi uſufructuarii pro rata fructuum perceptorum, juxtà *tex. in d. l. defuncta 63. ff. de uſufr.* ete-
41 nim hujuſmodi introitus non debentur, habita ratione ſummæ capitalis acceptæ, quæ ex ſe fructus non parit; ſed hoc ipſo, quod traditur venditori annuorum introituum tranſit in ejus
42 dominiũ, & ab eo cõſumitur, ac nihil remanet, quo fruatur emptor, pecuniã prorſus à ſe abdicans, dũ uſus pecũniæ in conſumptione conſiſtit. Cętera verò ad tollẽdas cunctas diſſentiones, infra ſummatim ponderabimus.

# CONTROVERSIA LVII.

**Fructus, ſivè difficilis, ſivè facilis exactionis, in vita uſufructuarii maturati, & non exacti, proprietario an acquirantur, defuncto deniquè uſufructuario?**

## *SUMMARIUM.*

1 *PRoponitur hoc dilemma, pro totali præced. quæſtionis deciſione.*

2 *Annui redditus in vita uſufructuarii decurſi, vel fuerint facilis, vel difficilis exactionis, utroque modo prorſus ad proprietariū ſpectant.*

3 *Defuncti quidem negligentia in exigendo, nocet ſuis hæredibus.*

4 *Annui redditus, decurſi vivente uſufructuario, quia difficilis exactionis, dici nequeūt maturi, nec exacti.*

5 *Obventiones, quæ exigi non potuerunt, habentur pro fructibus porrò immaturis.*

6 *Redditus, debiti à particularibus, paſſim dicitur difficilis exactionis,*

7 *Præcipuè ex aliquo pacto conditionali exiſtente.*

8 *Hæres uſufructuarius ab initio habetur, uti gravatus poſt mortem hæreditatē reſtituere proprietario, ut num. 10. & 11.*

12 *Inſtitutus in uſufructu, vita durante, uti proprietarius habetur.*

13 *Trebellianicæ prohibitio, facta hæredi uſufructuario, nè ſit inutilis, cenſetur ille inſtitutus in proprietate, vita durante.*

14 *Nihil differt gravare poſt mortem, & aliquid relinquere in vita tātū.*

## ARGUMENTUM.

Annui redditus, decurſi in vita uſufructuarii, & ab ipſo non exacti, vel fuerint facilis exactionis, vel difficilis, ſivè de Iure, ſivè de facto, hoc dilemmate (quod utrinquè adverſarios capit) clarè oſtenditur, illos utroque modo deberi proprietariis, ſecùs verò defuncti uſufructuarii hæredibus; aliiſque argumentis plenè idem confirmatur aſſumptum.

1 REcollecti ubi reperiantur fructus, licet adhuc vivente uſufructuario ſint maturati, quòd omninò ad proprietarios ſpectent, ſecus verò ad ipſius uſufructuarii hæredes, nonnulla *Superiorib. Contr.* exaravimus, modò ut & clariora illa remaneant, cæteras, ac peculiares quidem adnectere iterum rationes, ac firmiores item ponderationes, exponere, operæ pretium exiſtimamus; atque ex adverſo tandem oppoſitis, claro dilemmate præſertim, ſatisfaciamus ſupereſt; videlicet (annui introitus in vita uſufructuarii, vel fuerunt facilis, vel difficilis exactionis,
2 ſivè de jure, ſivè de facto) hoc enim argumento, quod ex *Cicer.* complexio vocatur, quia utrinque adverſarios capit: Si fuerint illi facilis exactionis, applicatur traditio recepta, limitās in hoc caſu cōclusionē, per alios firmatam pro uſufructuarii hærede, cui nocere debet defuncti negligentia in exigendo ipſos redditus, qui facilè
3 exigi poterant, ut inquit *Paul. de Caſtr.* alioqui nobis contrarius, *conſ.* 214. *vol.* 2. *num.* 3. ibi: *ſed ſi hæres fuiſſet negligens, tunc poſſent procedere jura in contrarium allegata*, & pro indubitato tradit *Andreol. contr.* 423. *n.* 31. cui adiicitur *Berou. cōſ.* 133.
4 *num.* 22. *lib.* 2. Si verò difficilis fuerint exactionis, ut ſæpè ſæpiùs accidit, & ſuperior concluſio ſuccedit, favens ex alio capite proprietario; nempè, quòd hujuſmodi redditus, etſi decurſi vivente uſufructuario, revera non erant ità maturi, ut dici poſſint exacti, ſicuti ait *Angel. in l. ſi poſſeſſor, §. reducta, ff. de pet. hær.* quem
5 ſequitur *Soc. conſ.* [illegible] *num.* 3. & *Berou. ubi ſupra num.* 4. ubi fundat, obventiones, quæ aliqua cauſa exigi

gi non potuerunt, haberi pro fructibus immaturis, quos, conſtat, ad hæredes fuctuarii non poſſe tranſmitti.

Roboratur idem alia ponderatione circa
6 introitus, debitos à perſonis particularibus; quia tanquam difficilis, ferè ſemper exactionis, non poſſunt unquam dici maturi, cum de facili exigi nequeant: aut quando in hujuſ-
7 modi debitorum nominibus adeſſet præcipuè aliquod pactum conditionale, quod ex natura contractus redderet illos incertæ, vel tardę exactionis, ut optimè fundat *Berous d.conſ.*133. *nu.* 15. At pręcisè conſideratur etiam in noſtra facti ſpecie, quod præfati PP. fuerunt instituti hæredes proprietarii poſt mortem omnium uſufructuario-
8 rum; quo caſu ex receptiſſima DD. ſententia, ab initio uſufructuarius, uti proprietarius habetur, cum onere tamen fideicommiſſi ad beneficium inſtituti poſt mortē in proprietate; Vndè ſumus prorſus in ſpecie *d.dec.Præſ. de Franch.* 13. & locum habet propo-
9 ſitio, quod inſtitutus in uſufructu vita durante, ſit hæres ab initio, gravatus verò in beneficium inſtituti, poſt mortem in proprietate, ut diximus, & poſt varios DD. latè fundant *Andreol.contr.*22.*num.*9.& *Fuſar.conſ.*
10 195. *num.*7. & eſt adeo vera hæc opinio, ut non indigeat conjecturata teſtatoris mente, *Cravet. conſ.* 821. *Caſtill. contr. p.* 3. *cap.* 17. *num.*108. & noviſſimè *Conſil. de Roſa conſul.* 34.
11 *à num.* 39. ubi fuſiùs edocet, inſtitutum in uſufructu, ſeu in re certa evadere proprietarium, nullo inſtituto in vita quoad proprietatem, licet teſtator expreſsè prohibuerit, nè aliquid
12 inſtituto in uſufructu, vel in re certa, accreſceret; idque fundat quamplurium authoritate, & diſpoſitione Juris, & teſtatoris voluntate.

Sed ubi conjectura aliqua indigeremus,
13 habemus in noſtra ſpecie potiſſimā, ſcilicet prohibitionis trebellianicę detractionis, qua ita pręſumitur uſufructuarius inſtitutus, etiam in proprietate, ut teſtatur *Cephal. conſ.* 472.*n.* 60. & 63. cum *Bellon.de iur. accreſ. cap.* 7. *quæſt.* 16. *num* 446. qui aiunt,
14 non differre, gravare poſt mortem, & relinquere in vita tantùm, ut probat item *Soccin l.cum avus num.*26. *verſ.in contrarium col.*10.*ff.de condit. & demonſtr.*

Ex his igitur à primo ad ultimum conjunctis, atq; hìc, & *præced. Controver.* exaratis, nullum videtur adeſſe dubiū, quin omnes introitus nō exacti ab uſufructuario, omninò pertineant ad proprietarios hæredes. Cætera verò ſuppleāt de more Juſdicētium doctrina, cui libenter ſcripta ſubiicimus.

## CONTROVERSIA LVIII.

**Hæreditas non adita an Jure Suitatis tantùm, & Sanguinis tranſmittatur?**

### *SVMMARIVM.*

1 *Parentes, ac cæteri defuncti ab inteſtato aſcendentes ulterioris gradus, an indiſtinctè admittantur: vel cum bonorum, graduſq; diſparitate? & num.* 4.

2 *Hæreditas non adita, haud tranſmittitur, niſi jure Suitatis, & Sanguinis.*

3 *Hæreditate non adita, an detur hæredi minoris reſtitutio ad adeūdū?*

5 *Hæreditas, univerſumj us defuncti, ejuſq; perſonam repreſentat.*

6 *Hæreditas eſt adeunda, ut patrimonium adeuntis efficiatur.*

7 *Hæreditas non adita nō trasfertur.*

8 *Hæres omni jure caret, non delata hæreditate.*

9 *Nemo trāſmittit jus, quod nō habet*

10 *Subſtitutus non tranſmittit hæreditatem, niſi à ſe prius agnitam* 11.

12 *Jus hæreditatis delatę eſt perſonale.*

13 *Pater defuncti filii hæreditatem nō adi-*

*aditā ad cęteros filios nō trāſmittit.*

15 *Filii hęreditates patris non aditas, & aſcēdētiū, ex quavis linea eis delatas, ad deſcendentes trāſmittunt.*

16 *Sed quoad collater. id non procedit.*

17 *Niſi ex capite juris deliberādi, & 23.*

18 *Hæreditas delata quot modis tranſmitti poſſit; Et quę requirātur?* 19

20 *Hęreditas quoties defertur pupillo, vel minori, nō requiritur ſcientia.*

22 *Ità & in tranſmiſſione tēpore peſtis.*

24 *Hæreditas ſemper tranſmittitur, ut acquirenda, non autem ut adita.*

25 *Jus, quod tranſmittitur, & acceptari, & repudiari poteſt, nu.* 26.

27 *Jus tranſmiſſum, & acceptatum cēſetur eſſe de trāſmittētis hęreditate; & in ejus invētario ponitur,* 31.

28 *Jus excludēdi fęminas per maſculos à ſtatuto, tranſmittitur ad hæredes.*

29 *Idēq; noſtro municipali jure attento.*

30 *Jus fęminas excludēdi eſt in maſculis*

## ARGVMENTVM.

Ex tribus, quæ diſcutienda exponuntur, primùm, de ſucceſſione aſcendentiū ulterioris gradus, poſt parentes, laconicè dilucidatur, juxtà tradita *Controver. VII. & VIII. vol.* 1. ſecundum, an hæreditas non adita tranſmittatur jure Suitatis, & ſanguinis? & tertium, an detur reſtitutio in integrum hæredi minoris, vel infantis, ad adeundam hęreditatem eis delatā? enixè examinantur; Atque inter DD. jurgia, pluravè de hac hæreditate nō adita *Controver. ſeq.* diffusè exarātur.

TRia potiſſimùm, ni fallimur, fuere perpenſa per eruditiſſimum, ac ſemper recolendæ memoriæ *Conſil. Fabium de Anna* in illo celebri, quod habuit Juris certamine, ut in ejus *conſil.* 1. cum eximio, ac feliciſſimæ etiam recordationis Viro *Rog. de Ponte, conſ.* 19. tempore, quo noſtra in forenſi Palæſtra uterq; Primarii cauſarum Patroni munere fungēs ad pugnam capeſſandam ſtrenuè ſe contulit: alter nempè Ill. Marchioniſſæ Sancti Lucidi, D. Joanna Caraſa jura tuendo: alter verò pro D. Maria Avolos, uti adverſæ partis propugnator, calami acie, ſuæ principalis meliorem cauſam oſtendens; et ſi jurgia poſt multa in S.C. optatam *Conſ. de Anna* victoriam tandem fuerit jūctis duobus Aulis conſequutus.

Primum namque eſſe inſpicitur: utrum
1 parentes, cæterique defuncti ab inteſtato aſcendentes ulterioris gradus, in ſucceſſione admittantur, bonorum diſtinctione adhibita, itàut linea attendatur, undè illa obvenerint, quāvis adſit inter eos gradus diſparitas, juxtà germanum ſenſum *textus in l. quod ſcitis, C. de bon. quæ lib.* an verò æqualitèr, & abſque ulla bonorū ſeparatione in bonis filii, undecumq; obventis, ſuccedere debeant, attenta *textus* diſpoſitione *in Auth. defuncto, C. ad Senat. Conſult. Tertull.*

Secundum vertitur, circa hæreditatem
2 non aditam, an minimè tranſmitti queat illa, niſi ex potentia Suitatis, vel jure Sanguinis, diſpoſitione *tex.* in decantatis *l. ſi infanti, & l. cum antiquioribus, C. de jur. delib.*

Tertiumq; eſt denique: an detur hære-
3 di minoris, vel infantis reſtitutio in integrum, ad adeundā hæreditatem, ipſi minori, vel infanti delatam, & non aditam, vigore *tex. in l. Pānonius, ff. de acq. hær.* & de his iterum differere in ſimili cauſa, nobis modò contingit.

At quia reſpectu primi ex congeſtis *in*
4 *præcit. conſ.* 1. *de Anna*, quamplura exaravimus *Contr.* 7. & 8. *lib.* 1. ubi pro ęquali aſcendentium ſucceſſione in bonis dęſcendentium, exploſis priùs adverſariorum oppoſitionibus, concluditur, varięq; deguſtantur rerum judicatarum, ac Doctorū authoritates, de quibus ratiocinati ſunt item *Fontanel. de pact. nup. clauſ.* 4. *gloſ.* 2. *Barboſ. in l. poſt dotem nu.* 66.

Ro-

Robles de repræſ. lib. 2. cap. 19. nu. 24.
& ſeqq. Mart. par. 2. quæſt. 1. art. 1.
num. 7. Conſil. Marcian. conſ. 17. &
Iul. Capon. controv. 56. ſub num. 48.
qui varios ex utraq; parte recenſet, ut
nos tradidimus loc. ubi ſup. eandem
fuſius ſuſtinentes ſententiam, etiam
de Iure noſtro municipali. Fas eſt igi-
tur, ut quòad reliqua tantùm calami
dirigatur curſus; Et de hæreditatis
tráſmiſſione, dùm ſupereſt agendum,
notabilia idcircò nõnulla, quę ſparſim
alibi apud alios ſcripta collegimus, & de
quibus frequentiùs controverti ſolet,
hìc in unum complecti, ſicque ad truti-
nam poſtmodum tranſmittere, ope-
ræ pretium arbitrabimur.

Quamobrem, haud eſt principio omit-
5 tendum, brevitèr annotare, quòd hę-
reditas, tàm ab inteſtato, quàm ex
teſtamento, cum univerſum defun-
cti jus, ejuſq; perſonam repreſentet,
l. hæreditas, ff. de verb ſignif. l. hæ-
res, ff. de uſucap. l. non minus in fin.
ff. de hæred. inſtit. & l. hæreditas, ff.
de acquir. rer dom. uſquequò per hę-
redẽ non fuit adita, l. 1 ff. de rer. diviſ.
6 & l. hæres, ff. de acquir. hæred. Illa
itaq; omnimodo adiri debet, ad hoc,
ut adeuntis efficiatur patrimonium,
l. 1. §. veteres ff. de acquir. poſſ. l. ſed ſi
plures, § filio impub. ff. de vulg. Quia
non adita, regularitèr ad hæredes
7 hæredis non tranſmittitur: imò pro
eo habetur ità, ac ſi nunquam delata
fuiſſet, l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis, &
legit. l. 3. §. acquirere, verſ. denique,
ff. de bon. poſſ. l. unica, § in noviſſimo,
C. de caduc. toll. l. quoniam ſororem,
C. de jur. delib. l. ventre ff. de acquir.
8 hæred. cùm hęres antè aditam hære-
ditatem nullum jus habeat in ea l. ſi
ſervus hæreditarius, ff. de ſtipul. ſeru.
ideoq; non poteſt tranſmittere quod
non habet l. nemo plus, ff. de reg. jur.
cum aliis rationibus ex Reg. Capyc.
Latr. deciſ. 84. Nàm teſtator vide-
9 tur hæreditatem relinquere ſub hac
ſcilicet conditione, ſi hæredes eam in
vita adierint, argum. l. 3. ff de leg. 1.
ſicq; illis non adeuntibus, prorſus de-
ficit conditio, & in totum jus hære-
ditarium reſoluitur, ſed venienti bus
ab inteſtato defertur, vel ſi ſint co-
hæredes, ipſis accreſcit, ut paſſim tra-
ditur per DD. etiam in hęreditate de-
10 lata ex ſubſtitutione, quia hanc ſub-
ſtitutus non tranſmittit, niſi à ſe prius
agnitam, l. qui liberis 8. §. hæc ver-
ba, l. ſed ſi plures, l. Lucius, § fin.
l. qui habebat, ff. de vulg & l. toties,
ff. de acquir. hæred. Ità Alciat. lib. 4.
Paradox. cap. 50. & in d. l. ventre, ff.
de acqu. hær. Cuiac. ad Africanum, in
l. ſi filius hæres, ff. de lib. & poſt. Dua-
ren. ad tit. ff. de vulg. cap. 10. & ad
tit. de acq. hæred. cap. 5. & lib. 2. de
jur. accreſc. cap. 17. Faber, lib. 14. de
conject. cap. 1. Gomeſ. lib. 1. var. cap.
9. Farinac. deciſ. 653. num. 7. par. 1.
Præſ. de Franch. deciſ. 101. num. 24.
Guttier. in l. unic. num. 3. C. quand.
non petent. par. Grat. tom. 1. diſcept.
for. cap. 78. num. 14. Craſſ. in §. tranſ-
miſſio, quæſt. 17. Pichard. ad tit. de
acq. hær. cap. 8. & 31. Noal. de tranſ.
miſſ. caſ. 8. Argell. de acq. poſſ. quęſt.
13. num. 35. Vaſq. lib. 2. contr. cap.
14. & lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 21. à
num. 266. Valenz. conſ. 17. lib. 1. qui
varias ad hoc aſſignant cauſas, qua-
11 rum potior eſſe cenſetur, quia hæ-
reditas, non dum adita, cum nequeat
tranſmitti, nec ut acquiſita primo he-
redi, quia regulariter illa, non niſi vo-
lenti, & animum ſuum quomodo-
cumque declaranti, acquiri poteſt, l.
pro hęrede, l. gerit, ff. de acquir. hę-
red l. avia, C. de jur. delib. §. fin.
inſt. de hęred. qual. & differ. Neque
12 ut acquirenda, ſivè quòad jus ade-
undi, quia tale jus pendet ex delatio-
ne, juxtà regulam tex. in l. delata, ff.
de verb. ſignif. Pichard. ubi ſup. cap.
1. num. 3. Argell. in d. eius tract. de
acq. poſſ. q. 10. num. 145. dum hæ-
reditatem illis ſolùm Lex defert qui
defuncto hæredes ſunt ſcripti, vel ab
inteſtato ad ejus ſucceſſionem vocā-
tur, ut diximus ex d. l. 3. §. acquir.
ff. de bon. poſſ. l. 1. & 2. ff. de ſuis,
& leg. Sequitur ergò, quòd cum hæ-
redum

Digitized by Google

redũ hęredibus nõ ſit illa delata, ne-
quit per eos ullo modo acquiri,& adi-
13 ri, ut optimè obſervat *Fab.d.lib.*14.
*de conject. cap.* 1. eò magis, quia jus
hæreditatis delatæ eſt perſonale, &
proindè non tranſit ad alium, ſed ex-
tinguitur cum perſona, cuius benefi-
cio fuit delatum, ex *l. maritum,cum
l.ſeq.ff. ſol. matr. l. non ſolùm* 8. *§.ta-
le, ff. de lib. legat. l.in omnibus cau-
ſis, ff. de reg.jur.* ut perbellè ponde-
rant *Caſtill. lib.* 5. *contr. tom.* 6. *cap.*
158. *Cancer.var.reſol.par.*3.*cap.*21.
*num.* 3. *Ricc.collet.deciſ.*1995.& præ
cæteris *Capon.contr.*56. ubi concinnè
hanc pertractans materiã plures coa-
cervat ſelectiorũ Iurium cõcluſiones.
Idquè eſt adeo verum, quòd etiam pro-
14 cul dubio procedit reſpectu parentũ,
qui in bonis liberorum, ab inteſtato
decedentium, legitimi ſunt ſucceſſo-
res; Nàm pater, ſi filii defuncti hæ-
reditatem non adierit, & demum de-
ceſſerit, minimè illam ad reliquos fi-
lios ſuperſtites tranſmittit, ut edocet
*Bart. in d. l. infanti, num.* 5. *Paul.
conſ.* 304. *lib.* 1. *Cravet.conſ.* 36. *n.*4.
*Cacher.cõſ.*13.*n.*19.*Cuman.conſ.*111.
*Bertand.conſ.*220.*vol.* 8. *Surd. conſ.*
341. *num.*15. *lib.* 3. *Merlin.de legit.
lib.* 5. *tit.* 3. *q.*10. *num.* 12. *Rot.Rom.
deciſ.* 668. *num.* 3. *verſ. licet*, quam
refert *Conſil. Hodier. ad Surd. deciſ.*
138. *n.* 10. cum aliis relatis *per Conſ.
Paſchal. in eius tract. de vir.patr.po-
teſt.par.*4. *cap.* 1. *num.*42.
Et quamvis contrarium ſervetur in fi-
15 liis, qui parentum, & aſcendentium
hæreditates, tàm ex linea paterna,
quàm materna ipſis delatas,& non adi-
tas, ſemper ad eorum deſcendentes
tranſmittunt, ſivè ille, qui deceſſe-
rit fuerit in patria poteſtate,ſivè emã-
cipatus; nec intereſt cujus gradus ſint
deſcẽdentes;neq;an ille,cui ſit hęc trãſ-
miſſio ſit cõceptus ante,vel poſt mor-
tem illius, de cujus agatur hæredita-
te, ex ſpeciali beneficio *l. unicæ,C.de
his, qui ante apert. tab.* Nihilominus
hujuſmodi tranſmiſſio locum ſibi non
vindicat, niſi eo caſu, quo tranſmit-
tens eſt unus ex liberis, & tantùm fa-
vore liberorum ipſius tranſmittentis
16 procedit, nec ad alios,nempè ad col-
laterales, vel aſcendentes extenditur;
excepto,ſi ex capite juris deliberandi
intra annum à morte ejus, de cujus
tractatur hæreditate, iſtis fiat hære-
17 ditatis tranſmiſſio, data tamen certa
tranſmittentis ſcientia, quod illa hæ-
reditas iam erat ſibi delata,juxtà *tex.
in d.l.cum in antiquioribus,C. de jur.
delib.* aliter ſecùs,ut admonent DD.
omnes, & præſertim *Cujac. in rubr.
d. tit C. qui ante aper.tab. Alex.conſ.*
89. *lib.* 2. *Gomeſ. var. reſol. cap.* 9. *n.*
41. *&* 42. *Peregrin. deciſ. Patavin.*
87. *Manent. conſ.* 126. *Trentacinq.
par.* 1. *de ſubſt. cap.* 6. *num.* 21. *&
Vaſqu. de ſucceſſion. progreſſu, tit. de
tranſmiſſ. lib.* 1. *§.* 7. *num.* 3. *cum
ſeqq. &* §. 8. *num.* 10.
Multiplici verò ex capite hæreditas de-
18 lata trãſmitti poſſe, videtur ad prin-
cipalis regulæ limitationem: nempè
jure San guinis, ut *in d. l. unica*, ex
potentia ſuitatis, quod procedit in fi-
liis, in poteſtate exiſtentibus, *l. apud
hoſtes, C. de ſuis & leg.* ex capite ju-
ris deliberandi, *per d. l. cum in anti-
quioribus,eod.tit,*& demum ex tranſ-
miſſione irregulari, cujus prima ſanè
ſpecies habetur *in dict. l. ſi infanti,
C. de jur. delib.* ſecunda in *d. l.ſi ven-
tre, ff. de acquir. hered, & l.* 4. *cum
ſeq. ff. de bon. poſſ. con. tab.* & tertia
*in l.*3.*§.eleganter, ff. ad S.C. Syllan.*
Requiritur itàq;ut tranſmiſsio iure San-
19 guinis locum habeat, quòd hęredi-
tas ſit principaliter alicuius aſcenden-
tis:ſecũdò,quòd tranſmittens,ut dixi-
mus, ſit de deſcendentibus; & tertiò,
quòd ille,in quẽ hæreditas ipſa tranſ-
mittitur,ſit pariter ejuſdem tranſmit-
mittentis deſcẽdens, vel loco filii ha-
beatur, prout eſt Monaſterium,cuius
beneficio hęreditas,filio monacho de-
lata trãſmittitur, quia uti filius agno-
ſcitur, ex traditis per allegatos DD.
& ſignanter *à Gaill. lib.*2.*c.* 131.*Cu-
iac.*

Digitized by Google

*jac. in rubr. ad S.C. Orphic.&Barri. d. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 9. qui etiam pōderant,aliam tranſmiſſionem,quæ fit ex capite Suitatis, licet conveniat cum iſta, de qua *in d. l. unica, C. de his, qui an. aper. tab.* cum in utraq; tranſmittens debeat eſſe de liberis, ut *Gloſ.*& omnes *in d.l. un. in verbo liberos* : quos recenſent, poſt *Gomeſ. d. cap. 9. n.* 48.*Cancer.aliiq;ubi ſupr.* differre tamen ab eadē,quia in tranſmiſſione ex capite ſuitatis ſolùm trāſmittit hæres ſuus, ſed in hac tranſmittunt omnes.

Requiruntur item in hæreditatis tranſ-
20 miſſione ex capite juris deliberandi, tria præcipuè; quorum primum eſt, ut tranſmittens ſciat, ſibi delatam eſſe hæreditatē:ſecundū,ut intrà annū decedat,& tertium,ut illa adita ſit intra reſiduum anni,ex congeſtis in *d.l. cum antiquioribus, ubi Alex.num.5. ff. de jur.delib. Gomeſ. d.cap.9. lib.* 1. *var.num.* 50. & 51. *verſic. aliquando,* cū cæteris relatis per *Rot.R.*penes *Farin.dec.*52.*n.*5.*dec.*53.& 64.*n.* 41.

Verùm hoc limitatur, quoties hæreditas deferatur pupillo, vel minori, in
21 quibus non requiritur ſcientia; cum ex imbecillitate intellectus illam habere nequeat minor, & tamen tranſmittit hæreditatem non aditam, prout aſſerit *Gomeſ. d. cap. 9. num.* 56. ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, ex diſpoſitione *tex. in l. non ſolùm,ff. de reſtit.in integr.*cum aliis *Concord.*per eundem *Gomeſ.*adductis *loc. ut ſup.* & per *Conſil. Hodier. ad Surd. d. deciſ.* 138.*num.*9.

Ità pariter non requiritur hęc tranſmit-
22 tentis ſcientia tempore peſtis, quia etiam in majore, ſi adſit aliqua legitima cauſa, ob quam non habeatur ſcientia hæreditatis delatæ,benè trāſmittitur hæreditas delata, ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, ex clauſula ſcil. generali, *ſi qua mihi juſta cauſa,*de qua fuſiùs agemus infrà, juxtà terminos *tex. in d. l. Panthonius, ff. de acq. hęr.* ut tradit *Gomeſ. loc.cit.*& faciunt cumulata per *Altograd. conſ.*94.*lib.* 1.cum major cauſa legitima dari non poſſit, quàm peſtis; Quemadmodum novitèr anno 1675.
† die 9.menſis Auguſti deciſum fuit per S. C. in cauſa Antonii de Fuſco,cum Ioſepho de Pierro,ſuper pretenſa ſucceſſione hęreditatis quond.Dorotheę de Fuſco, delatæ quond. Ignatio de Fuſco eius fratri,à quo licet non fuiſſet adita,adhuc tamen poterat tranſmitti ad Antonium de Fuſco eius cō-
23 ſanguineum,ex capite juris deliberādi, dum Dorothea obiit menſe Iunii 1656. & Ignatius mēſe Auguſti eodē tempore peſtis; & ſic Ignatius adhuc habebat annum ad deliberandum.Et quamvis adverſus dicta fuiſſet replicatum,quòd in traſmiſſione juris deliberandi ſemper requiratur ſcientia hæreditatis delatæ ad hoc, ut illa liberè tranſmitti poſſit, fuit tamen reſponſum, id procedere, vel quando moriens eſſet major,vel quando mortuus fuiſſet alio tempore, quàm peſtis; Vndè his perpenſis,S. C. decrevit, Antonium de Fuſco immitti debere in poſſeſſionem medietatis bonorum maternorum quond. Ignatii, & Dorotheæ de Fuſco, cujus recentis deciſionis tenor legitur etiam in mei uterini Fratris,*Groſſi annot.*13.*ad Cōſuet. Neap. incip. ſi quis, vel ſi qua à num.*17.*uſq; ad num.* 25.

Controvertitur ſolùm ex traditis per
24 DD. an prefatis caſibus tranſmittatur hęreditas, ut adita,an ut adeūda. Et licet ex potētiaSuitatis,quòd trāſmittatur illa, ut quęſita, & acquirenda, hinc indè adſint variæ opiniones: & jure Sanguinis trāſmisſionem fieri, ut quærendam, & adeundam, alii dicant, quos referunt *Robles de repræſ. lib.2.cap.20. cir. fin. Vela diſſert.*11. *à nu* 36.& *Gomeſ.d. cap.* 9. *num.*55.

Nihilominus, quia in qualibet tranſ-
25 miſſione, jus, quod tranſmittitur, videtur tranſmitti, ut agnoſcendum, ideſt,ut posſit acceptari, & repudiari, prout poſſet à tranſmittente, ſi viveret, *argum. l.* 1. *C. ſi cert. pet.* Idcir-
26 cò verior eſt ſententia,quòd tàm ju-

Kk re

re Sanguinis,quàm ex potentia Suita-
tis,imò quocumq; ex capite,excepto
tantùm caſu ſpeciali,*tex in d. l. ſi in-*
26 *fanti* 18.C.*de jur. delib.* ſemper hæ-
reditas tranſmittatur,ut acquirenda,
& adeunda, non autem ut adita, pro-
ut hæreditas infanti delata,quæ jure
patrio ad patrem,vel ad avum tranſ-
mittitur ex beneficio *d. l. ſi infanti*,
*ubi Paul. num.* 4. *Alex. num.* 3. *Iaſ.*
*num.* 4. & notant *Dec. conſ.*87. *num.*
22,*Ruin.conſ.*12.*num.*15 *vol.*3. *Cora-*
*ſiv. lib.* 7. *Miſcell. cap.* 1. *Cujac.in l.*
*ſi filius hæres*, *ff. de lib. & poſth. Fa-*
*ber. lib.* 14. *de conject.cap.* 1, *Surd. d.*
*deciſ.* 138. *num.* 18. *Cancer. d. cap.*
21.*à num.*154 *&* 164.*Cevallos quęſt.*
203. *& Salgad. in ſuo celebri tract.*
*de labyrint. credit. par.* 2. *cap.*25. *n.*
69.*cum ſeqq.*Qui unico tamen ore af-
27 firmant, quòd poſtquam jus tranſ-
miſſum eſt acceptatum,cenſetur eſſe
de hæreditate tranſmittentis; Vndè
infertur, quòd habeant creditores,&
ipſius tranſmittentis legatarii,jus etiã
contra bona hæreditatis tranſmiſſæ,
tanquam, ſi ut quæſita, & adita illa
tranſmitteretur; ut latè *Cancer. &*
*Salgad. ubi ſup.cum cæteris.*

Hìnc diſputandum,demum accidit in-
28 ter antiquos,ac recentiores Scriben-
tes,ſi jus excludendi ſeminam ex ſta-
tuto ob maſculi exiſtentiam, illo de-
cedente,hęreditate non adita,ad ſuos
hęredes tranſmittatur? Et quamvis
pro negativa opinione magna fuiſſet
antiquitus contentio inter *Salyc.* prę-
ſertim, & *Cyn.* tamen affirmativa cõ-
muniter nunc ſervatur ſententia, ſci-
licet, hoc jus excludendi fęminas ob
maſculos, tranſmitti ad hęredes,pro-
ut voluit *Cyn.* contra *Salyc. in l.* 1.
C. *de adulter.*ità poſt *Tiraquell. in*
*tract. ceſſante cauſa, limit.* 12. *Alex.*
*in d.l.cum in antiquiorib.& conſ.*20.
*lib.*1.*Soc.Sen.conſ.*153. *&* 296. *Mo-*
*rot. conſ.* 51. *Peregrin. deciſ.* 87.cum
29 aliis teſtatur *Surd.d. deciſ* 138. *per*
*tot.*Sed in terminis Cõſtitutionis Re-
gni, & Conſuetudinum Neapolis,idẽ
ſentiunt omnes ferè Pragmatici,nem-
pè ut hęreditas parentum, delata fi-
lio, & per ipſum non adita,tranſmit-
tatur non ſolùm ad nepotem, ſed ad
neptem, cum jure excludendi amitã,
& ad fratrem, cum jure excludendi
ſororem, prout fatentur pro veriori
opinione,poſt *Brun.de ſtat.excluſ. fę-*
*min. art.* 13. *quęſt.* 1. *Camill.de Me-*
*dic. conſ.* 20. *num.* 4. *Prę ſ. de Franch.*
*deciſ.* 32. *ubi Addent. Mart. de ſuc-*
*ceſ.leg. par.* 1. *q.* 24. *art.* 2. *&* 4. *nu.*
26. *Molfeſ. ad Conſuet. par.* 4. *ſui*
*comment.quæſt.*32.*Conſil. Paſchal. de*
*vir. patr. poteſt. d. par.* 4. *cap.*1.*num.*
47.*Reg.de Ponte de poteſt. Proreg.tit.*
9 *de ſucceſſ.mulier.num.*36.quos cum
aliis innumeris recenſet *Conſil. Ho-*
*dier.ad Surd.d.deciſ.*138.*num.*2.quæ-
ſtionem plenè examinans, ſignantèr
*à num.* 20. *uſq; ad fin.* pro hac *Cyni*
opinione,quam etiam inter noſtrates
ſectatur *Conſil. Provenzal. ad Con-*
*ſuetud. ſi moriatur*, *obſer.* 5. *num.*6.
ea pręcipua ratione, relictis aliis con-
30 geſtis per *Conſil. Hodier.loc. cit.*nàm
jus prędictum, fęminas excludendi,
fuit radicatum in maſculo,decedente
poſt delatam hęreditatem,quę tranſ-
mittitur ad deſcendentes jure San-
31 guinis,vel ad alios proximiores ex ca-
pite juris deliberandi; Atqui adit,ju-
re tranſmiſſo, ut diximus, repreſen-
tat tranſmittentis perſonam,itàut hę-
reditas tranſmiſſa ſit ponenda in in-
ventario bonorum ipſius tranſmittẽ-
tis, ut fuſiùs hæc omnia comproban-
tur *in alleg.*118.*inſerta inter diverſ.*
*alleg. Dom. Reg. de Marin.& in de-*
*ciſ.* 84. *Dom Reg. Capyc. Latr.à nu.*
15. *cum ſeqq.*eorum itaq;dictis adhæ-
rere,nobis ſummopere placet.

## CONTROVERSIA LIX.

Hæreditatis tranſmiſsio, *ex l. ſi infanti*, C.*de jur. delib.* an ſicuti ad patrem, ità fiat ad avum paternum, excluſis penitus matre, & collateralibus?

*SVM-*

Digitized by Google

## *SVMMARIVM.*

1 *INfanti delata hæreditas, an uti ad patrem, ità ad avum paternum, excluſa matre, tranſmittatur.*
2 *Relatis ſētētiis, pro avo cōcluditur.*
3 *Pater, & Mater cum fratribus defuncti, vigore* Auth: defuncto, C. ad Tertul. *æquiparantur in potentia ſuccedendi, nō verò quoàd qualitates ſucceſſionum. & num.* 4.
5 *Quod uni cōceditur aliis nō prodeſt.*
6 *Privilegium* l. ſi infanti *conceditur ſolùm parentibus maſculini ſexus.*
7 *Lex intelligi debet juxtà terminos poſterioris legis interpretantis.*
8 Tex. in l. ſi infanti *corrigi per* Novellam 118. *erroneum eſſe, oſtenditur.*
9 Theodoſii Conſtitutio *refertur* à Iuſtiniano, in Novella 158.
10 S.C. Tert. *matris favore an diſponat?*
12 *Parentes liberis ſuccedūt ęqualitèr.*
13 Tex. in l. infāti, *eſt moderatus, nō correctus* per. tex. in quoniā de jur. del.
14 *Et de patre, avoq; paterno loquitur.*
16 *Ius deliberandi ex infante ad matrē an tranſmittatur, & quando?*
17 *Hæreditas infantis patri defertur.*
18 *Matri nō datur reſtitutio in integrū ad hęreditatē infātis, & cur? n.* 19.
20 *Reſtitutio cōceditur ex capite ignorantię hęredi minoris adverſus hęreditatem non aditam. & num.* 21.
22 *Hæreditas non adita ab infante, deficiente patre, ad avū transfertur.*
23 *Ad matrem verò, ſi ſit paterna.*

## ARGVMENTVM.

Hæreditas, infanti delata, quod tranſmittatur vigore *l. ſi infanti, C. de jur. delib.* ad patrē tātū, vel ad avū paternū, excluſis penitus matre, & collateralibus, nonnullis examinatis oppoſitum ſuſtinentium æquivocis, apertè oſtenditur. Aliaq; de in integrum reſtitutione, quando illa nimirum detur hæredi minoris, vel infantis, ad adeundā hæreditatē, eidē minori, vel infāti delatam, concinno ordine recēſentur.

1 CAlamum verò dirigētes, à ſuperiori ad alteram ibi diſcuti promiſſam, memorabilem nō minus, quàm ancipitē diſputationem: an ſcilicet hæreditas, infanti delata, vigore diſpoſitionis *l. ſi infanti*, C. *de jur. delib.* quemadmodum ad patrem tātùm, ità ad avum paternum, excluſa penitus matre, tranſmittatur? Summo ſtudio, nec parva diligentia, ut in præfata tam involuta, necnon æquivocis plena, ac nonnullorum placitis irrita theſi, affirmativam prorſus aggrediamur ſententiam, perpendere modò decet, ubi æquivocarunt DD. oppoſitum ſentientes, & ità liquidò apparebit noſtra Concluſio, tranſmiſſionem nempè de qua loquimur, omninò tribuendam eſſe aſcendentibus maſculini ſexus, nec ad matrē, aliosq; ex linea materna, aut ad collaterales concedi poſſe, ut ſcripſit *Conſ. de Anna conſ.* 1. cui libentèr innitimur.

2 Dixerunt itàq; quamplures, *textum in d. l. ſi infanti*, fuiſſe correctū per *tex. in Auth. defuncto*, C. *ad Tertull.* & propterea hæreditatem, infanti delatam, & non aditam, tranſmitti, debere ad matrem, & fratres ſimul cum patre; ſed hoc eſt contra *Iuſtiniani Novellam* 158. ubi plenè *Cujac.* Aliqui verò arbitrati ſunt, non jure *Codic.* ſed *Auth.* matrem filiis ſuccedere, quod abſurdum omninò videtur, cum *toti tit. Cod. ad S. C. Tertull.* repugnet. Aliiq; tandē dixere, ſaltem matri cōpetere reſtitutionem in integrum adverſus hæreditatem, non aditam per infantem, quod apud omnes modò improbatum reperitur, contraria unanimitèr opinione recepta, ut hæreditas infanti delata; & per ipſum non adita, vigore *d. l. ſi infanti*, cum qua
3 concordat prima *gloſ.* C. *de jur. del.* ſolùm ad patrem, & avum tranſmittatur, ſecùs verò ad matrem, & fratres ſimul, vigore *d. auth. defunct.* C. *ad Tertull.* ubi licet æquiparentur pa-



Digitized by Google

pater, mater, & fratres, quò ad potentiam ſuccedendi, tamen non æquiparantur quòad qualitates ſucceſsio-
4 nũ, ut in caſu ſimili probat *Corneus in l. fin. C. de repud. hær.* nam hoc ſpeciale privilegium *d. l. ſi infanti, C. de jur. delib.* conceditur tantùm parẽtibus maſculini ſexus, non ut hæredibus, ſed ut parentibus; & ſic procedit regula, ut quod uno tantùm conceditur, aliis prodeſſe nequeat, *ex l. fin. in princ. C. de bon. quæ lib.*
5 quæ videtur eſſe ad interpretationẽ *d. l. ſi infanti*, ut ità ſit intelligenda pro ſolo parente maſculini ſexus, dum illius favore ſolùm loquitur, & minimè quòad matrẽ, & collaterales ejus diſpoſitio extendatur; quia lex intelligi debet juxtà terminos legis inter-
6 pretantis, §. *fin. auth. de fil. nat. ante dot. inſtrum.* & ſemper ex poſteriori lege clariorem prior declarationem recipit *l. nam, & poſterior, ff. de leg. l. 1. §. lex falcidia, ff. ad leg. falcid.* Ità ſcripſerunt *Salyc. in dict. l ſi infan-*
7 *ti à num. 7. & ibid. Alex. Paul. & Angel.* quorum optimam concluſionem poſt *Vaſq. lib. 1. de ſucceſs. progr. §. 8. Oltrad. conſ. 130. Graſs. in §. tranſmiſſio, quæſt. 21. & 27 Noal. de tranſmiſſ. caſu 8. num.* 1. alioſque latè defendunt, *Vela tom 1. diſsert. 11. num. 106. Altograd. contr. 13. Burſat. conſ. 60. vol. 1.* & poſt *Conſ. de Anna*, inter recentiores *Dom Reg. Rovit. conſ. 98. lib. 2. Reg. de Marin. lib. 2. reſol. cap. 267. & alleg. 133. Mart. de ſucceſs leg. par. 1. quæſt. 24. art. 4. Conſil. Prat. tom. 2. diſcept. 6. num. 18.* & *Capon. d. contr. 56. num. 21.* apud quos innumeri recenſentur. Quinimò clarè cõſtat, *tex. in d. l. ſi infã-*
8 *ti*, diſpoſitionẽ eſſe in viridi obſervãtia, nec correctã reperiri, ut multi perperam iudicant, per *Auth. de hæred. ab inteſt venient. novell. 118. collect. 9.* per quam deſumpta eſt *Auth. defũcto C. ad Tertull.* cujus vigore licet ad defuncti filii ſucceſſionem admittantur pater, & mater cum cæteris filiis ſuperſtitibus, non tamen ex hoc *novella* prædicta ſubſtulit præfatæ *l.*
9 *ſi infanti* conſtitutionem, ut benè obſervãt *ſupracit. DD.* Nàm *Valentinianus, & Theodoſius Imperatores in d. l. ſi infanti* loquuti fuere de hæreditate, per infantem, haud agnita: Sed Iuſtiniani diſpoſitio in *d. novell. 118.* agit de hæreditate iam adita, & idem *Iuſtinianus*, poſtmodum in *ſequent. novell. 158. cap. 1.* hanc Theodoſiani legem locum obtinere, & ſervendam eſſe in ſuo caſu, decernit. Vndè erronea videtur eſſe illorum ſententia, qui tanquam *Bartoli* ſequaces *in l. venter. ff. de acquir. hær.* autumant, correctum eſſe *tex. d. l. ſi infanti, per d. Auth. defuncto*, ubi ſolùm agitur de ſucceſſione, deferenda parẽntibus cujuſcumque lineæ, & fratribus, & ſororibus utrinq; conjunctis, ſi filii moriantur ab inteſtato, & abſque liberis; ſed non tractatur, de tranſmittenda hæreditate, infanti delata, nec agni-
10 ta, quæ ex ſpeciali privilegio tantùm ad patrem, & avum paternum, jure patrio ſpectat attenta diſpoſitione *d. l. ſi infanti*, quæ cum per aliam legem non ſit correcta, in ejus robore permanere debet, ex regula *tex. in l. ſancimus, verſ. quid enim, C. de teſtam. & l. præcipimus, §. ult. de appell.* ut plenè advertit, prẽter alios poſt *Schiforde g. ad Fabr. lib. 2. tract. 10 quæſt. 2. Vela d. diſsert. 11. num. 107.* quos ſæpè allegat *d. contr. 56. Capon ubi à n. 42. uſq; ad num. 47.* optimè illis reſpondet, in alia item fallaci reſidentibus opinione, jure nimirum *Codicis* matrẽ filiis prius non ſucceſsiſſe, & jure *Authent.* nunc ſuccedere, & præſertim loquitur contra *Mart. qui vot. 12. par. 4. quæſt. 24. art. 4. num. 8.*
11 pro abſoluto inquit, quòd jure *Codicis* ſolus pater ſuccedebat, & ideò in eum ſolùm fiebat tranſmisſio vigore *d. l. ſi infanti*, ſed per jus *Authentic.* nunc etiam mater eſt filii hæres, unà ſimul cum patre, ac cæteris filiis ſuccedit, vigore *d. auth. defuncto*, ex qua ra-

Digitized by Google

rationabilitèr ſequi videtur, correctã eſſe diſpoſitionẽ *d.l.ſi infanti*,& proindè ut ambo parẽtes ad infantis ſucce-
12 dant hæreditatem,concludendũ eſſe ſubdit, non advertens,ait *Capon.* opinionis fallaciam, dum admittit, jure *Codicis*, matrem filio non ſucceſſiſſe, & in hoc fundat aſſumptum correctionis *d. l.ſi infanti*, quando eodem jure *Codicis* habemus, quòd defuncto ſine deſcendentibus,ſuccedere debent parentes in gradu proximiores, prout eſt pater, & mater, *ex d.auth. defunct.C.ad Tertull.§ſi.igitur,auth. de hær. ab inteſt. ven.* ſi ſoli fuerint, *auth. cum ſolis*, *C. eod tit.* Nàm ratione miſerationis admittuntur, deficientibus prædefuncti filii deſcendentibus, *l.ſcripto hærede,ff. und.lib l. nàm etſi parentibus,ff.de inoff.teſtam.* & idem procedit in avo, & avia, ipſis parentibus non exiſtentibus, *ex d. §. ſi igitur*, *cit. auth. defuncto*, *C. ad Sen. Conſ. Tertull.*

Nec aſſerere hinc valet,diſpoſitionem *d.*
13 *l.ſi infanti* 18.*à Theodoſiano,& Valentiniano Imperatoribus* conſtitutã, ſaltem correctam fuiſſe per ſequentẽ *Iuſtiniani legem* exordientem *Cum in antiquioribus* 19.*C.de iur.delib.*dum per hãc poſteriorẽ *legẽ cum in antiq.* fuit potiùs interpretatione tẽperata *d.l.ſi infanti*, quemadmodum idem *Imperator*, inter ſuam, & *Theodoſii* Conſtitutionem, nullam intercedere pugnam, fatetur *in d. novell.* 158.*c.* 1. ubi decernit *d. l. ſi infanti* diſpoſitionem, nè pugnet illa *cum ſeq.l.cum in antiquioribus* eſſe intelligendam, & locum tantùm habere in filio infãte, decedente poſt annum, quo caſu jus deliberandi non tranſmittitur in hæredem infantis, ut optimè *Cujac. in d.novell.Theſ.deciſ.* 88.*num.* 4. & advertit *Capon. ubi ſup. num.* 49.

Infertur item ex prædictis, non amplius
14 eſſe ancipitem,& obſcuram quæſtionem,de qua agitur,utrum infanti delata hæreditas,ab aliquo ex linea materna, vel à quocumque extraneo, ſi moriatur ille in infantili ætate,ad nullum alium fieri debeat tranſmiſſio,niſi ad ſolum patrem, & avum paternum; cum ipſius *l. ſi infanti* verba expreſsè in patrem,& avum ſint concepta, ut fatentur allegati Authores, *ex Vela d. diſſert.* 11. *num.* 106. *concluſ.*2.*verſ.cæterum*, *& Card. Tuſch. concl.*370. *nu.* 34.ubi ait, quòd patri, vel avo paterno, habenti filium, aut nepotem, in infantili ætate defunctũ,
15 non adita hæreditate ſibi delata, hoc *legis ſi infanti*, privilegiũ confertur, & ad eos tantùm extenditur, quoàd tranſmiſsionẽ hæreditatis, ipſi infanti delatæ,etſi in medio extet mater,quę præcedit avum in ſucceſsione; quia avus habebit jure patrio hæreditatẽ, tempore ſtatuto non aditam, & mater erit hæres in cæteris bonis filii,elapſo tamen,ut annuimus, anno ad deliberandum,vigore *l.cum in antiquioribus*,alitèr ſecùs eſt dicendum.

Nàm quoties hæreditas ſit infanti dela-
16 ta, & infans infra tempus unius anni ad deliberandum deceſſerit, tunc ſolùm ad matrem tãquam proximiorem ex capite juris deliberandi tranſmittitur; at ſi poſt annum moriatur infans,tunc hæreditatem non aditam per matrẽ,avus jure patrio capiet,excluſa penitus illa:& hęc eſt diſtinctio, qua benè utitur *Cujac. in d novella* 158. *verſ. damus*, *cum cæteris.*

Verùm eſt hìc advertendum,quòd licet
17 infans tranſmittat patri, vel avo hæreditatem maternam,vel alterius extranei, tamen ſi pater moriatur, vel avus, antequam adiverit hæreditatẽ, ſibi tranſmiſſam, ad alios ejus hæredes non tranſmittit, niſi filius infans alia bona non habuiſſet, quàm ea, quæ ejus pater, vel avus adhuc poſſidebat, prout eſt caſus, de quo agitur in *d. Conſil.* *de Anna*, quia tunc præſumitur,hæreditatem adiviſſe, ut etiam advertit *Cardin. Tuſch,lit. T. d. concluſ.*370. *num.* 58. *cum ſeqq.*

Quod autem attinet ad reſtitutionem
18 in integrum, quæ quamvis aliqui dicant,quod matri competat,ad adeundam hæreditatem infanti delatam,ex

per-

perſona ipſius infantis per diſpoſitionẽ *tex.in d.l. Pannonius,ff.de.acq.hæred.* cõmuniter tamẽ omnes *ſupracit.DD.* contrariũ ſuſtinent, & ſtrenuè defendit *Conſil. de Anna d. conſ.* 1. *ad fin.* cujus opinioni, tanquã perpetuus Aſſecla *Jul.Capon.* ſe adſcribit *d.ejus Cõtrov.*56. nam hoc beneficium reſtitu-
19 tionis in integrum, vel tranſmitteretur ex capite ignorantiæ, vel ex clauſula generali, *ſi qua mihi juſta cauſa*, de quo remedio latè itẽ ratiocinatur *Sforza Odd. quæſt.*50 *art.*8. ſed neutrum ad præſens dici poteſt, quia ut ait optimè *Anto. Faber. lib.*4.*de conject.cap.*1.*& de error.prag. decad.* 24. *err.*8.& poſt eum *Schiphordeger. ubi ſup.col.*2.licet infans hujuſmodi fruatur privilegio, ut delatam ſibi hæreditatem poſſit pater eius nomine adire; adeòut ſi prius infans defunctus ſit, & ante quam pater hæreditatem adjerit, habeatur illa pro adita, & ipſi patri jure poteſtatis quæſita; ſi tamen
20 tutor non ſit pater, aut tutor pro infante adire neglexerit, tunc ex *d. l. ſi infanti* decernitur, quod hæreditas quælibet, ad infantem devoluta, & non agnita, ad alias perſonas ſubſequentes, ſivè ad primi defuncti hæredes pervenire debeat, ac ſi nunquam infanti fuiſſet delata; & proindè videtur exclusus infans hæres, non ſolùm ab hæreditate non adita, ſed etiam ab omni reſtitutionis in integrum beneficio, ut poſt *Bald.* & alios *in d. l. ſi infanti*, teſtantur *Alex. conſ.* 168. *num.* 10. *lib.* 7. *Burſat.conſ.* 61 *Odd. quæſt.* 80. *art.* 8. *num.* 81. *Cravett. conſ.* 277. *Surd. conſ.* 349. *num.* 62. *Gizzarell. deciſ.* 9. *num.* 18. *Tuſc. d. concluſ.* 369. *à num.* 47. *concl.* 370. *à num.*49. *& concluſ.*379. *Gomeſ. lib.* 1. *var. cap.* 9. *num.* 52. *Caldas, in l. ſi curatorem, in ver. minoribus,n.* 52. C. *de integr. reſt. Coſta in cap. ſi pater, verbo habens, & in* §. *& quid ſi tantum, par.*5. *num.* 109. *Barboſ. in l. quia tale, ff. ſol. matr. num.* 56. *Suarez, in com. opin. verb. hæred. non adita, Ceval. quæſt.*738. *Villalob. in comm, opin. verb. hæreditas, num* 33. *Pichard. de ſubſtit: cap.* 10. *num.* 7. *Cardoſ. de iur. accre. illat.* 34. *num.* 9. *Surd. d. deciſ.* 138. *num.* 10. *Vela d. differt.* 11. *num.* 112. *& Cancer. par.* 1. *variar. reſol. cap.* 10. *num.* 15. *& par.* 3. *d. cap.* 21. *num.* 19. cum cæteris, quos, ut brevitati conſulam, libentèr hìc prætereo.

Et quamvis præallegati DD. ex capite
21 ignorantię uno ore affirment, concedendam eſſe hæredi minoris reſtitutionem in integrum adverſus hęreditatem non aditam, quæ majori etiam conceditur, & peti debet, intra quatriennium à die ſcientiæ, juxtà diſpoſitionem *tex in d. l. ſi Pantonius.* Tamen ab eiſdem concluditur, quòd in hæreditate, infanti delata, & non adita (quæ, mortuo dicto infante abſque aſcendentibus maſculini ſexus, prout eſſet pater, vel avus paternus, quibus illa tranſmitteretur, ſi eorum aliquis adeſſet, ex beneficio *d.l.ſi infanti*, & ad hæredes primi defuncti pertineret, ut diximus, ac ſi illa nunquam delata fuiſſet infanti, vigore eiuſdem *l. ſi infanti*) excluditur prorſus remedium reſtitutionis in integrum, ut poſt *Caldas in d. l. ſi curatorem, num,* 37. *& d. verb. minorib. num:* 53. cum aliis edocent *Tuſc. d. concluſ.* 370. *num.*3. *Cancer. loc. cit. num.*71. *Sforza Odd. ubi ſup. art.*8.*n.*74.& præſertim *Conſ. de Anna in d. conſ.* 1. *num.* 10. dubio procul ſuſtinens, attentis veris terminis Iuriſprudentię, hęreditatem hãc non aditam per filium infantem, non tranſmitti ad matrem, ſed potiùs ad avum paternum, deficiente patre,
22 ſpectare; excepta tamen hæreditate paterna, quæ matri tranſmittitur ex potentia Suitatis, ità etiam deciſum tradens in S. C. duobus junctis Aulis in favorem Marchioniſſæ S. Lucidi, pro qua ſcripſit, & conſuluit contra D. Mariam de Avolos, pro qua (ut diximus) ſcripſerat *Dom. Reg. de Ponte in ejus conſil.*19. *vol.*1, referente Dõ.

Con-

Digitized by Google

Conſiliario D. Ferdinando de Haro: cujus deciſionis meminit *Reg. Rovit. conſ.98.num-24.lib.*1.ubi fatetur plu-
† ries audiviſſe *à Præſ. de Franch.* Viro nunquam ſatis laudato, quòd hæc cauſa, quæ tunc accidit ſuper ſucceſſione D. Beatricis Carafæ filiæ dictæ D. Mariæ de Avolos,neptiſque Marchionis S. Lucidi ex filio præmortuo, quæ deceſſit impubes, non adita hæreditate paterna, fuit deciſa per puros terminos *d. l. ſi infanti*,ex quo filia non potuit, tranſmittere ad matrẽ hæreditatem paternam non aditam; & propterea penes avum paternum illa ſanè remanere debet, juxtà opinionem *Caſtrenſ.in d l.ſi infanti*,aliorumque communitèr, nec alitèr dici queit,cum hìc *tex.*non ſit per *d.auth. defuncto* correctus,ut diximus, & idẽ plenè habetur,ex *d. Novella* 158 *per*
23 *tot.*Vndè ipſe *Reg. Rovit:*firmitèr aſ-
† ſerit *d.conſ.98.num.23.*ità fuiſſe deciſum eundem articulum, in cauſa Ill. Comitiſſæ Saponariæ,quod filia nimirum infans non potuiſſet, tranſmittere hæreditatem paternam non aditã ad ejus matrem,ſed remanere ex hoc deberet penes avum; imò ſummoperè gaviſus fuit de nota *deciſ.Theſauri* 88. ubi licet *num.* 1. & 2. primo intuitu dixiſſe, videatur ille, hæreditatem infantis ad genetricem tranſmit-
† ti, attamen in fine *ejuſdem deciſ:* teſtatur *verſic.ſed noviſſimè*, inter nonnullos illius Pedemontani Senatus Conſiliarios,majorẽ demũ Iudicantiũ partẽ,in avi favorẽ decreviſſe,excluſa matre,quæ deciſio eſt omninò conformis deciſionibus relatis *à Conſ.de Anna, & R. Rovit.*& ità ſemper ex his decernendũ fore,nõ inconſulto ſcripſimus.

## CONTROVERSIA LX.

**Proximiores Sanguine conjuncti, licet exteri,noſtris an ligẽtur Patriis Sanctionibus, eiſq;fruantur pro antiquorũ ſemiſſe bonorũ,in Vrbis diſtrictu exiſtentiũ?**

### *SVMMARIVM.*

1 *AGnati,cognatiq;forenſes, noſtro an gaudeant municipali jure?*

2 *Et an activè, & paſſivè ligentur* Conſuetudinibus,*ſi hìc præſertim commorentur? & num.* 20.*ubi affirmativè deciditur quæſtio.*

3 Conſuetudinibus *non ſolùm ligantur* Cives,*ſed habitãtes etiã* Neap.

3 Parthenopęæ Conſuetudines *cõmuni* Civiũ *voto fuerunt approbatę.*

5 *Et ordine* Regis Caroli *fuerunt in ſcriptis redacta, eiq; per duodecim probos Viros, & Antiſtitem præſentatæ, & num.* 6.

7 *DiſtrictusVrbis cõtinet in ſeCaſalia.*

8 *Habitatores,& incolæ tenẽtur ſervare,ut aliiCives leges loci municipales*

10 Conſuet.Neap.*viget ſolũ in bonis ſitis in diſtrictu,nõ extràexiſtẽtibus.*

11 *Civium poteſtas circumſcribitur,& extrà territoriũ vires non habet.*

11 *Bona ſubjacent juriſdictioni*Civitatis, *in cujus diſtrictu ſunt ſita.*

13 Conſuet. Neap.*etſi liget itẽ exteros in bonis ſitis in diſtrictu,nontamen ligat civiũ bona extra diſtrictum.*

14 Conſuetudines Neap.*aliquando perſonas,bona aliquãdo,ac ſimul bona, & perſonas reſpiciũt,ut* 24.*&* 27.

15 *Et quando bona ſimul, & perſonas reſpiciunt, etiam extendantur ad bona extra diſtrictum exiſtentia,quòad* Cives *tantùm, non verò quòad exteros.*

16 *At quando bona ſimpliciter reſpiciunt, obligant* Cives, *& exteros hìc habitantes, quòad ea tamen in diſtrictu ſolùm exiſtentia.*

17 *Statutum in Subditorum* Civium *perſonis non circumſcribitur, ſed eos cõpręhendit ubicumq; exiſtẽtes.*

18 *Statutum,& lex municipalis in bonis extrà territoriũ nõ extẽditur.*

19 *Cauſa finita, & limitata,nequit eſ-ſe-*

*fectũ, niſi finitũ pariter producere.*

21 *Exteri hìc degentes Iure noſtro patrio, etiam ligantur.*

22 *Statutũ quoàd bona, in territorio exiſtẽtia, cõtra forẽſes etiã diſponit.*

23 *Sed quoàd perſonas, nulla fuit ſtatuentium cura de his, qui foris sũt.*

25 *Proximiores agnati, licet ſint exteri excludunt remotiores in gradu, etſi cives, & à defuncti ſucceſſione ab inteſtato, & ab antiquarum rerum ſemiſſe vigore* Cõſuet.

28 *Filiafam. extera, nupta neapolitano nequit, etſi ſui juris ſit, de omnibus teſtari, & num. 29.*

30 *Vxor forũ, viriq; domiciliũ ſequitur.*

31 *Et in favorabilibus itẽ viri originẽ.*

33 *Filiusfa. Neapoli de advẽtitiis diſponere poteſt, filiaq; nupta ſit ſui juris*

34 *Lex municipalis loci, ubi filia fuit nupta, non operatur contra patrem exterę regionis.*

35 *Ità* Cõſuet. Neap. *qua ſit filia ſui juris nõ militat contra patrem exterum.*

## ARGVMENTVM.

Civis Neapolitanus, qui liberis carens, juxtà noſtrarum Conſuetudinũ dogmata, in ultima voluntate diſponere nequit, niſi de antiquorum medietate bonorum, in diſtrictu exiſtentium, cum reliqua medietas, ad agnatos ſpectet, cognatoſq; undè illa obvenerunt: liberè teſtari an poſſit, Iure communi attento, quoties non adſint, niſi proximiores exteri: an verò de his paritèr Ius noſtrum Patrium loqui videatur; itàut tàm activè, quàm paſſivè præfati forenſes eidem ligentur Conſuetudinibus, eiſq; fruantur? Et licet ex cæteris ſtatutis argui poſſit, in Parthenopęis noſtris Sanctionibus, haud cõpræhendi exteros; Attamen quia loquuntur de bonis, & perſonis, illas propterea forenſium agnatorum, cognatorumq; favore locum habere, quoties de bonis agitur, intra Vrbis diſtrictũ exiſtẽtibus, evidẽtèr oſtẽditur.

1 Q Vamvis in re multoties deciſa, & ſatis, ſuperque in praxim abſque ulla hæſitatione deducta penes omnes ex noſtratibus, etiã graviſſimi nominis Authores Regnicolas, mihi opus non eſſet ſanè, fundare jus, quod favet Lucretiæ Feola Civitatis Capuæ, hìc Neapoli commorantis, ſuper medietate antiquorum bonorum hęreditatis quond. Aloyſii Feola, eius defuncti fratris, tanquam exiſtentium intra diſtrictum hujus Parthenopęæ Vrbis, vigore noſtrarum Conſuetudinum; quibus minimè ſubiici exteros, perperam autumat Ioſeph Carrannãte adverſarius, & extraneus itẽ hæres ſcriptus; Nihilominus, ut pro receptiſſima IurisConſultorum, ex neotericis præſertim ſententia, tot deciſionibus illuſtrata, ac rationibus fulcita, quòad poſſum brevitati ſtudens, iterum ro-
2 bur, ac jurium vires oſtendam, æquè ac omnis dubietatis anſa, & adverſariorum oppoſitio ſic refellatur, operæ pretium duxi, duo noſtræ Concluſionis fundamenta principalitèr oſtendere, quibus exteros reſpectu bonorum in huius Civitatis diſtrictu exiſtentium, & activè, & paſſivè ligari clarè nimis patebit.

Primò etenim nulli dubium eſt, atque
3 inconcuſſa de noſtro Iure Patrio eſt illa praxis, ex Conſuetudinum verbis deprõpta, omnes ſcilicet non tantùm Cives, ſed & degentes etiam per ordinariam habitationem in hac Civitate, ligari noſtrarum Conſuetudinum diſpoſitioni; quia ipſæ municipales Sanctiones, ità communi voto, ac
4 Civium conſenſu fuerunt approbatę, ut habetur in §. *præfatis*, & *in* §. *ac igitur, in procem. ipſarum Conſuetud.* ubi *Napodan. num.* 193. cum cæteris *Addent.* apud *Minad. in repet. Conſtit. Regn. in aliquibus in* 2. *notab. nu.* 97. ex quibus unico ore oſtenditur, has
5 Conſuetudines, de ordine Regis Caroli, fuiſſe in ſcriptis redactas, & approba-

ba-

Digitized by Google

batas, eique per duodecim probos, ac doctos Viros, atq; per Antiſtitē ejuſdē
6 Civitatis præſentatas, ut omninò ab omnibus exiſtentibus, degentibus, & commorantibus, tàm Civibus, quàm exteris ſervarentur, tāquàm Leges in ipſius Civitatis diſtrictu, imò ante omnes alias leges; itàut cauſæ non ſecundùm communis Iuris dogmata, ſed juxtà has municipales Sanctiones decerni deberent, prout edocet idem *Napodan. in Conſuetud. ſi quis aliquā num. 2. ſub tit. de pignor.* & latiùs omnes *Gloſſat. & Addent. in d. proœm.* & præcipuè *Salern. fol.* 4. *&* 5. *& Præſ. de Franch. deciſ.* 149. *&.* 563 *nu.* 4. *&* 5. alibique paſſim. Diſtrictū
7 namque, ac noſtræ Parthenopeæ Vrbis territorium in ſe continere omnia Caſalia, ſciendum eſt, ut advertit ipſe *Napodan. in d. proœmio Carol. in verb. Vniverſitate num.* 288. quæ autem ſint hæc Caſalia diſtrictus hujus Civitatis plenè deſcribuntur per *Lel. Caput. ad Conſuetud. Neapol.* §. 4. *de loc. & diſtrict.* præſertim *num.* 6. ut nos
8 annuimus etiam *Contr.* 6 *num.* 76. & *Contr.* 5. *à n.* 80. *vol.* 1. Vndè omnes Cives tenentur ipſas Conſuetudines obſervare, etſi non ſint Cives, ſed habitatores, & Incolæ; & quia volunta-
9 riè domicilium in hac Civitate conſtituerunt, neceſſariò igitur obligati cenſentur, obſervare cuncta Statuta, omneſq; Conſuetudines ipſius loci, *l.* 2. *& l. ſi in patria*, ubi *Bart. Luc. de Pen.* aliiq; cōmuniter, *C. de incol. l.* 10.
Secundò nobis paritèr præmittēdum eſt
10 in materia noſtrarum Conſuetudinū, ipſas habere tantùm locum in bonis, ſitis in diſtrictu, ut diximus, hujus Civitatis, non autē in illis extrà diſtrictum exiſtentibus, ut expreſsè deciditur *per tex. in d. proœm. Conſuet.* §. *per quod fol.* 44. & advertunt *Præſ. de Franch. in Conſuetud. pupillus, in* 2. *addit. ſub num.* 8. *fol.* 391. *& deciſ.* 472. *nu.* 1. *& deciſ.* 546. Capyc. *deciſ.* 159. *Reg. de Pont. in tract. de poteſt Proreg. tit.* 9. *de ſucceſſ. mulier.* *nu.* 7. cum aliis, congeſtis per P. *Molfeſ. par.* 2. *tit. de bonis, quæſt.* 1. & *de*
11 *perſon.* etiam *quæſt.* 1. ea ratione, quia Conſuetudo dependet à poteſtate, & authoritate Civium, & eorum poteſtas, & authoritas circumſcribitur, & extra territoriū vires habere nequit, ad *tex. in cap. quoniam*, ubi *Abbas*, *de offic. deleg. cap. ſi gratioſè*, *de reſcript. in* 6. *Bart. in l.* 1. *num.* 44. *C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. Iaſ. in l. fin. ff. de juriſd. omn. jud. Socc. conſ.* 302. *vol.* 2. *Farinac. deciſ. Rot. Rom.* 478. *num* 1. *deciſ.* 592 *num.* 3. *& deciſ.* 878. *Brun. in tract. de ſtatut. exclu. fœm. art.* 8. *num.* 119. *Guttier. lib.* 1. *pract. quæſt. cap.* 76. *num.* 10. *Cacher. deciſ.* 106. *nu.* 48. *Curt. conſ.* 108. *num.* 24. *Anna, alleg.* 85. *Natt. conſ.* 515. *nu.* 13. *conſ.* 502. *nu.* 40 *& conſ.* 514. *num.* 27. 636 *num.* 133. *& conſ.* 637. *num.* 32. *vol.* 3. idemq; habetur etiam *ex l. Divum virum*, *C. de Decurion.* quem itē allegat, & cum aliis rationibus *Petr. Pecchia lib.* 4. *de ſucceſſ. tàm ab inteſt. quàm ex teſtam. ſub tit. de teſtam. conjug. cap.* 10. *num.* 4. inquit, bona eſſe ſub juriſdictione
12 illius Civitatis, in cujus diſtrictu, ac territorio ſunt ſita, *ex tex. in l. jubemus nullam*, *C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. poſtulanti, de for. compet.*
Vndè quamvis, ut annuimus, noſtræ Cō-
13 ſuetudines ligent, etiam exteros in bonis, ſitis in diſtrictu hujus Civitatis, non tamen debent pari modo ligare ſubditorum Civium bona, quamquā ſita ſint extrà Civitatem; Nàm præfatæ Parthenopeæ Conſuetudines aliquando reſpiciunt, tàm bona, quàm perſonas, necnon favorem familiarū, & agnatorum, ut bona conſerventur in familia, aliquando ſolùm bona, ut notat *Napodan. in Conſuetud. ſi moriatur fol.* 71. *incip. an hæc Conſuetudo*, *Præſ. de Franch. deciſ.* 24. *num.*
14 2. *deciſ.* 91. *num.* 27. *Anna Pater alleg.* 70. *& Anna filius conſ.* 92. *num.* 9. *P. Molfeſ. par.* 1. *ſui comment. ad Conſuet. cap.* 5. *num.* 12. Et ſic quan-

 do

15 do reſpiciunt noſtræ Conſuetudines perſonas, ſimul & bona, tunc extenduntur etiam ad bona extrà territorium, & diſtrictum Civitatis, quòad Cives tantùm, non quòad exteros, qui non ligantur, niſi ſint incolæ, & commorantes, ut eſt dictum, & ait *Napodan. in Conſuetud. pupill. num. 8. de reſtit. in integr.* Quando verò reſpiciunt bona ſimplicitèr, & tunc diverſa eſt ratio, nàm clarum eſt, bona
16 quoties ſunt ſita intra Civitatis diſtrictum, obligare etiam exteros in eadem Vrbe degentes, ſicuti ſi per eaſdem Conſuetudines, vel alia ſtatuta expreſsè ligarentur, etiam ſubditi, alibì habitantes; quoniã poteſtas ſtatuẽ-
17 di inter Cives ſubditos, ſeù circa eorum perſonas, nõ circumſcribitur territorio, ſed comprehendit Cives ubicumque exiſtentes *l. fin. ff. de decret. ab ord. faciend. l. 2. ubi Bal. C. de eunuch. l. mercatores, & l. non ſolum, C. de mercat.* Sed hæc locum habere non poſſunt, quando Conſuetudines loquuntur de bonis, & bona ſunt extra territorium, quia præfato caſu, in illis deficit Civium Statuentium po-
18 teſtas, quæ eſt cauſa efficiens cujuslibet Statuti, & municipalis Legis, quæ intra territorium tãtùm reſtringitur, & effectum producit, ex vulgata re-
19 gula, ut cauſa finita, & limitata, nõ poſſit producere, niſi effectum paritèr finitum, & limitatum, non autem univerſalem, ad *tex. in l. ſi arrogator, ff. de adoption. Natt. conſ. 514. num. 17. Franc. Marc. deciſ. 804. num. 1.* cum aliis, quos cumulant *Anna pater alleg. 85. & filius conſil. 92. num. 55.* cum *P. Molfeſ. d. par. 2. ſui comment. ad Conſuet. quæſt. 1. tit. de bon. per tot. & Reg. Marcian. diſput. 45. lib. 1.*

His igitur generalitèr præhabitis, ac brevitèr reaſſumptis, circà noſtrarũ Cõſuetudinũ diſpoſitionẽ quòad bona, &
20 perſonas; deveniendum eſt ad ſpeciale aſſumptum, probãdi, ſcilicet exteros, quòad bona in hujus Civitatis diſtrictu exiſtentia, ligari tàm activè, quàm paſſivè eiſdem municipalibus Sanctionibus, in diſponendo, ubi illa sũt antiqua, & à majoribus obvenerũt.

Ligantur equidem activè noſtris Con-
21 ſuetudinibus præfatæ forenſes perſonæ, uti Cives Neapolitani, quoties elegerunt in hac Vrbe degere, & habitare; tenentur enim, ſervare ejuſdẽ loci Conſuetudines, ac municipales leges, & proindè dum diſponunt, nequeunt, niſi ſervata illarum forma teſtari; cum Conſuetudines, ut diximus, reſpiciant bona ſita intra diſtrictum, quo caſu exteri etiam comprehendũtur *d. l. 1. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cath. Gabriel. comm. concluſ. tit. de ſtatut. concluſ. 8. num. 29. cum P. Molfeſ. ubi ſup. tit. de perſ. quæſt. 1. num. 6.* Statutum namque, ratione
22 bonorũ, quæ extant in territorio Statuentium, poteſt contra forenſes etiã diſponere, ut ait *Bald. in l. fin. C. ſine cenſ. vel reliq.* Et quamvis nonnulli contrarium teneant, ſcilicet ſtatutũ non cõpræhendere forenſes, etiam reſpectu bonorum, exiſtentiũ in territorio Statuentium, niſi expreſsè dicatur, ut aſſerit *Peregrin. deciſ. 56.* quia Statuentium jus non eſt de his, qui
23 foris ſunt, & quòad eos non pertinent, cum aliis ab ipſo *Peregr.* & à *Surd. deciſ. 197. num. 6.* allegatis, poſt *Pariſ. conſ. 12. vol. 2. Jaſ. conſ. 80. vol. 3. Dec. conſil. 114. Angel. conſ. 72. Roman. conſ. 224. num. 6. & Farin. deciſ. 413.* Tamen eorum opinio, benè procedere poteſt, quando Statutum reſpicit perſonas tantũ, ſecùs ſi utrũque, aut indefinitè, ut judicatum, refert *Pecchia, lib. 4. de ſucceſſ. cap. 11. num. 3.* Imò plures item tenent, quòd ſi ſtatutum loquatur de perſonis, cõprehendat etiam exteros, ut ait *Alex. conſ. 44. vol. 5.* ſignantèr, quando habet pro ratione finali conſervationem bonorum in linea, vel familia, ut teſtatur hoc idẽ *Farinac. deciſ. 774. & Salas de legib. tract. 14. diſp. 14. ſect. 16. ex Præſ. de Franch. in addit. ad Conſuet. in proœm. loc. cit. & dec. 546.*

ubi

Digitized by Google

ubi *Addent. cum de Luca* poſt *Alex. in conſil.* 111. *num.* 5. Sed Conſuetu-
24 do noſtra, incipiens, *etſi teſtator, ſub tit. de ſucceſſ. ex teſtamen.* diſponit de bonis, & perſonis, quemadmodum etiam præcedens *Conſuet. incip. ſi aliquis moriens*, ſtatuit, ut tàm maſculi, quàm fœminæ diſponentes, nequeāt de bonis antiquis teſtari, niſi de medietate, nàm reliqua medietas, vult, ut ad proximiores agnatos, & cognatos, undè bona obvenerunt perveniat; per conſequens, cum loquatur Ius noſtrum municipale de bonis, comprehendit omnes, qui de illis intra diſtrictū tamen exiſtentibus, in ultima voluntate diſponunt, tàm ſi ſint Cives nativi, quàm exteri in noſtra Civitate tamen degentes, & commorātes, ut ſæpè eſt dictum.

Paſſivè etiam comprehenduntur iidem
25 exteri, noſtris Conſuetudinibus, ſcilicet gaudentes eorum beneficio in excluſionē remotiorū in gradu; itàut defūcto Cive Neapolitano, ſuperſtitibus exteris hìc habitātibus in gradu proximiori, abſq; dubio admittantur forenſes iſti ad ſucceſſionem ab inteſtato, vel ad bonorū antiquorū medietatē, vigore municipalis Iuris, & remotiores, quamvis Cives, patiantur excluſionem; ea ratione, quia quemadmodum diſponendo, ſeù in agendo, ut ſupra exteri ligantur Conſuetudinibus Neapolis, quòad bona ſita in diſtrictū, ità paritèr ſentiant commmodum, & ad æqualitatem ſervandam,
26 excludāt remotiores agnatos in ſucceſſione antiquorum bonorum, ad quæ noſtrum jus municipale, ſpecialitèr dirigitur, ut pluries per S. C. deciſum refert *Præſ. de Franch. in addit. ad Napodan. in d. Conſuet. proœm.* & oſtendit etiam *d. deciſ.* 546. *num.* 1. Ea propter, ſicuti hi Cives tenentur ſervare Conſuetudines in præfatis bonis, intra diſtrictum exiſtentibus, favore exterorum agnatorum, cognatorūq; ità è contra, ut prorſus æqualitas ſervetur, exteri tenentur paritèr in be-
27 neficium tàm Civium, quàm etiam foreſium proximiorum, hìc tamen commorantium, juxtà noſtras Conſuetudines diſponere, ut communitèr poſt *Molfeſ.* alioſq; per eūdē allegatos, docēt noſtrates penes *R. Marcian. d. diſp.* 46. *Montan. contr.* 1 *n.* 53. & 54.

Secùs verò dicendum eſſet eo caſu, quo
28 d. Conſuetudines reſpiciunt tantùm perſonas, & de eis ſolùm loquuntur, ut eſſet, exempli gratia, *Conſuetudo incip. ſed & mulier ſub tit. de filiafam. nub.* nàm filiafamilias, quæ nubens fit ſui juris in hac Civitate, vigore *præcit. Conſuetud. ſed & mulier, fol.* 190. ſi ſit extera, & nubat Neapolitano, non poteſt liberè, juxtà eandem Conſuetudinem, teſtari de bonis extrà terri-
29 torium, in præjudicium patris, aliorumque dotantium, & eorum hæredum, quia ipſa mulier adhuc retinet omninò domicilium originis, quia præallegata Conſuetudo, loquitur tantū de perſonis, & ſic non includit exteras, ut in cauſa Ducis Vrbini cū Duce
† Gravinæ, ità teſtatur, fuiſſe deciſum junctis Aulis *Præſ. de Franch. d. de-*
30 *ciſ.* 546. quem commendat *Reg. Galeota* in ſimili cauſa, *lib.* 2. *contr.* 30. *per tot.* ibi enim, quamvis fuiſſet allegatum, quòd vxor forum, & viri domicilium ſequitur, & reputatur ejuſdem originis, per matrimonium *l. cū*
31 *quædam puella, ff. de juriſd. omn. jud.* & ſtatutis ipſius loci mariti uti, poſſit *l. exigere dotem, ff. de judic.*, & adipiſcatur item privilegia, quæ viro competunt, etiam perſonalia, *l. fœminæ, ff. de Senator.* & efficiatur Civis ejuſdem Vrbis, & loci, cujus ſtatutis, loquentibus de Civibus, frui debeat, cum illis comprehēdatur verè, & propriè, ut originaria civis, ex
32 *Gloſſ. & Bart. in l. Cives C. de incol. lib.* 10. & in favorabilibus mutet forū originis, in originē ſui viri, ex vì unionis matrimonii, ut látè fundant *Surd. deciſ.* 330. & *Theſaur. deciſ.* 123. *nu.* 10. Nihilominus, quia *Conſuetud. ſed & mulier*, loquitur tantùm de perſonis

ſonis mulierum,debet intelligi de verè Civibus,& nõ fictis; propterea his, & ſimilibus, non obſtantibus per S.C. contrarium deciſum fuit in dicta cau-
32 ſa,relata à *D.Præſ.de Franch.d. deciſ.* 546. in qua juxta authoritatem *Gugliem.de Bened.in cap.Raynutius,ver. matrem num.24.ext.de teſtam*, aliorumque dicentium, ſtatutum ex quo permittitur, prout noſtræ Conſuetudines paritèr diſponunt,ut filiusfamilias de adventitiis teſtari poſſit,& filia
33 nupta efficiatur ſui juris, non compræhendere forenſem, teſtantem in loco ſtatuti; & proindè mulierem exteram, nuptam viro loci ipſius ſtatututi, adhuc omninò retinere domicilium originis,ajuntveluti immutabile in ejus perſona. Vndè lex illa loci,ubi filia fuit nupta,nihil operatur in præjudicium patris forenſis;& juxtà hanc concluſionem fuit prolata *d. dec.Preſ. de Franch.* quæ poſteà fuit confirmata in gradu reclamationis, & proinde impoſitum perpetuum ſilentium, uti teſtatur etiam*R.Galeota præd.contr.*
34 30. *lib.*2.qui ſubdit, hujuſmodi Statuta, efficientia filios, filiaſque familias ſui juris, locum habere in præjudicium parentum, qui municipalibus ligantur Sanctionibus, Civiumq; pactis ſubiciiuntur, non autem in præjudicium exterorum,ut obſervat etiã *Gaſp.Theſaur.lib.2.quæſt.forenſ.cap. 6. num. 7.*licet enim mulieres exteræ, nuptæ Neapolitanis viris, habeantur tanquam Neapolitanæ, ut tenent pa-
35 ritèr *Ant.de Alex.in add.ad d.proœm. Conſuet. num. 435. & Montan.dict. contr. 1.n.54.* attamen uti tales reputantur quòad ea ſolũ, quæ reſpiciunt perſonam viri,nõ verò quòad ea,quæ prejudicãt tertio,qui uti forenſis, noſtris Conſuetudinibus haud ligatur, quoties illę loquũtur tãtũ deCivibus.

Quibus igitur perpenſis,ac plenè congeſtis,concludendũ eſt,juxtà ea,quę hactenus exaravimus, invalidã ſanè eſſe de Iurenoſtro municipali teſtamentariam diſpoſitionem, factam de bonis antiquis,in hujus Vrbis diſtrictu exiſtentibus, quoties illa, quòad medietatem pertineant ad agnatos, cognatoſque proximiores, et ſi ſint exteri, cum eis debeatur illorum medietas, vigore Conſuetudinum,quæ in diſpoſitione ultimæ voluntatis ligant, non tantùm perſonas, ſed & bona præſertim; undè ſi illa reperiantur in territorio, ac noſtræ Vrbis diſtrictu, non video, qua ratione poſſit de illis liberè teſtari,qui licet ſit exteræRegionis, hìc veròNeapoli domiciliũ teneat;aut è cõtrà proximiores illius ſint exteri,& bona diſponentis inCivitatis reſtrictu reperiantur, ut juxtà vires, diximus.

## CONTROVERSIA LXI.

**Alienationes, antiquorumq; bonorum donationes inter vivos,an ſint validæ, ac licitę,etiam in conſcientia,noſtro municipali Iure attento;& quando verè cenſeantur in fraudem proximiorum ex linea, undè illa obvenerunt?**

### *SVMMARIVM.*

1 Bona Conſuetud. *ſubjecta, an poſſint liberè alienari inter vivos?*
2 Conſuet. incip.etſi teſtator *loquitur per verbum* diſponere *in ultima tãtùm volũtate; nõ verò inter vivos.*
4 *Verbum* relinquere, *aut* diſponere *ad ultimas refertur voluntates.*
5 *Contractus non tendunt, nec pertinent ad ultimam voluntatem.*
6 *Alienatio in vita de bonis antiquis ſuſtinetur ſemota fraude 7.& 15.*
8 *Via malitiis,fraudibuſq; nõ aperitur.*
9 *Fraus nõ præſumitur,niſi probetur.*
10 *Qui eam allegat probare tenetur.*
11 *Fraus occulta clarè cõjecturis patet.*
12 *Conjecturæ in alienatione, in fraudẽ agnatorum,recẽſentur & n.13.*
14 *Agnati, cognatique jus habent in diſpo-*

Digitized by Google

*diſpoſitione cauſa mortis, ſuper antiquorum medietate bonorum tantum, vigore* Conſuetud. Neap.

16 *Bona antiqua ad libitũ in vita alienans nõ tenetur reficere damnum, quod ſẽtirent agnati poſt ejus mortẽ in medietate, ſi illa adeſſẽt*, 31.

17 *Alienans in vita bona antiqua, in odium agnatorum, non lædit juſtitiam, ſed ſolùm charitatem.*

18 Proximiores ex Conſuetud. *habent jus in rebus antiquis, quę reperiuntur tempore mortis in poſſe diſponẽtis, nõ in alienatis in vita*, & 28.

19 Conſuetud. Neap. *ligat bona in ultima diſponẽtis voluntate exiſtentia.*

20 *Judices aliquoties cauſã decernũt ex aliis mediis, quã videtur articulus.*

21 *Jus congrui locum non habet, ſi aliquis hodie emat, & cras donet; dũmodo donatio ſit vera, & non ſimulata, licet ad evitandũ jus congrui.*

23 *Patris favore inſtitutio facta a filio pubere, orto ex matrimanio contracto juxtà uſum Nobilium hujus Vrbis, dictum* Capuanæ, *& Nidi tenet, non obſtante proximiorum, ac dotantium præjudicio.*

24 *Qui utitur jure ſuo, doloſè non agit.*

25 Conſuetud. etſi teſtator *non extenditur ad contractus inter vivos, quia loquitur tantummodò de ultimis voluntatibus*

26 *Proximiores nequeunt bonorum antiquorum alienationem prohibere in vita poſſidentis illa.*

27 *Nã ius habent ſolũ tempore mortis.*

29 *Pater etſi poſſit ſua bona alienare, nequit tamen facere donationem, quę ſit filiis inofficioſa, legitimamque illorum lędat.*

30 *Et filiorum damnum plenè advertens, in hujuſmodi alienatione, contra charitatem peccat.*

## ARGVMENTVM.

Rerum antiquarum alienatio, venditio, permutatio, donatio, aut ex alia via libera diſtractio, an ſit permiſſa, tàm in Foro externo, quàm interno, ſtante præjudicio agnatorum, cognatorumque, ad quos illarum medietas dubio procul ſpectat in ultimę voluntatis diſpoſitione, juxtà noſtras Conſuetudines, quæ ex communi omniũ placito, ad contractus inter vivos minimè extenduntur? Accommodatè propoſita examinatur theſis, ac omni jure affirmativę datur locus ſententię; niſi in hujuſmodi alienatione fraus fictio, vel aperta ſimulatio appareat, & in mortis præambulo, aut proximo ejus periculo fiat; ſecùs alitèr, ſi verè in vita, omni fraudis vitio careat, licet in futurum proximiorũ damnum, ſortiatur deindè effectum.

1 CÆteris omiſſis, quæ de Cõſuetudinaria bonorum medietate, anteà diximus, alibique diffusè exaravimus; quia duo nõ mediocris cõditionis, & in foro interno, & externo dubia diſcutienda ſuperſunt, quòad illorum alienationem, quæ fieri ſolet inter vivos ab ea poſſidentibus, in futurum præjudicium proximiorum de agnatione, vel cognatione, ſemota fictione penitus, ac fraude, vel ipſa ità exiſtente, ut nullo modo probari poſſit; cum

2 *Conſuetudo* exordiens *etſi teſtator, ſub tit. de ſucceſſ. morien. ſine lib.* loquatur per verbum, *diſponere*, tantùm in ultima voluntate, & non per contractus inter vivos. Idcircò illa laconicè, pro viribus examinare, & ad trutinã ducere, operæprætium ita arbitramur, ut in utroque Foro nihil amplius pro animi tranquillitate, de his prorſus diſputandum remaneat.

Et quòad primum ſanè illa trita eſt premittenda concluſio, qua in hujus Vrbis Prætoriis, ac præcipuè S.R.C. ſubſelliis habetur, ut cuncti teſtantur Noſtrates cum Municipalium Sanctionũ anteſignano interprete *Napodano, in*

3

*Gloſ.*

Digitized by Google

*Gloſ. diſponer* [illegible] *ergè, fol.* [illegible] *num. 14. fol. 179.* Cõſuetudini [illegible]gatæ dari locũ in ul- ti[illegible] voluntat[illegible] non verò inter vivos, cum [illegible] enim illa tunc ſolùm diſponẽ- tib[illegible] imponat, & per conſequens, cum ſtrictè ſit intelligenda, tanquam Iu- ris communis Correctoria, ut ſępè di- ctum eſt, non extenditur propterea
4 ad bonorum alienationes inter vivos, ut docet *ipſe Napodan. in Conſuet. ſi quis, vel ſi qua num.* 231. & in *Con- ſuetud. ſi qua moriens, Gloſ. relinquere num. 6. & 7. fol.* 198. & alibì paſſim, ex eo potiſſimum, quia verbum, relin- quere, aut diſponere, in teſtatoris per- ſona, ad ultimas tantùm refertur vo- luntates, ut in *Auth. de alie. emphy. §. ſi verò quidam, colla. 9. ff. de tab. exhib.*
5 & contractus minimè pertinent ad præfatas ultimas voluntates, *l. 1. in fin. ff. de verb. ſignif. l. verba contra-* [illegible] *xeruut, C. de donat. cauſa mortis, l. 4. in princ., ff. de leg.* 2. adeò ut, ſi fraus
6 ceſſet, concluſio tranſit omninò indu- bitabilis, & inter vivos alienatio, de his bonis antiquis rectè valet, ità præ cæteris *Afflict. deciſ.* 370. *in 3. dubio, Capyc. deciſ.* 85. *Præſ. de Franch. dec.* 40. & 425. *à num.* 32. *cum ſeqq. An- na, conſ.* 70 & *Reg. de Ponte, conſ. 8. n.* 16. qui *Napodani* itẽ freti authoritate teſtantur, hoc idem procedere in do- natione, ac quovis alio contractu in-
7 ter vivos, etiam reſpectu mulieris, quę filiis carens, ad libitum ſua bona, licet dotalia, ſemota omni fraude, alienare poteſt; cum *Conſuetudines* noſtræ lo- quantur in ultimæ tantùm volunta- tis diſpoſitione, & quilibet Civis (ut ait *Reg. de Marin. cap. 25. reſ. jur. lib.* 1.) bona hæc antiqua, abſq; enunciata fraude, inter vivos liberè alienare queit. Idque eruditè firmat *P. Mol- feſ. ad Conſuet. par. 3. ſui comment q.* 1. ubi ità pluries deciſũ refert. Et in eiſdẽ terminis docet *Cannet. in cap. Regni Siciliæ, Volentes fol.* 178. imò ad pro- poſitum vide *Farinac. in deciſ. Rot. Rom.* 877. *cum duabus ſeqq.* ubi loqui- tur in [illegible] de [illegible] nis [illegible] inquit, [illegible] fuiſſe [illegible] in ſimili [illegible] no [illegible] hoc firma[illegible] *num.* 4. ubi *Hodier.* non[illegible] lat cum *Rodoer. ad Reg. de Marin. cap. 25. in addit.* pro aſſerti [illegible] confirmatione.

Quod verò apud omnes ſolùm limitatur;
8 quoties manifeſta, ut diximus, fraus, fictio, aut ſimulatio in alienatione ap- pareret, nè via malitiis ità aperiretur, & pravæ voluntati, ità facilè in agna- torum præjudicium daretur locus, ut fuſiùs ponderant *Alex. conſ. 75. vol. 1. Ruin. conſil. 163. lib.* [illegible] *conſ.* 118. *num.* 11. [illegible] 14.

Et quamvis in dubio fraudem non præ-
9 ſumi, aſſerant communi ore DD. quia unuſquiſque cenſetur [illegible] probetur malus, *l. meritò, ff. pro ſoc.*
10 *l. patronus, & l. quoties, §. qui dolo, ff. de probat.* & qui fraudem allegat, illam probare tenetur; [illegible] fraus ſit crimen occultum, quod non
11 ità de facili apparet, ad conjecturas, & præſumptiones eſt itaque recurren- dum ex *l. dolum, C. de dol.* *Aut*[illegible]*. conſ. 38. & 387. num. 5. Dec. conſ. 245. num. 7,* *Cravett. conſ.* 190. & *conſ.* 143. *num.* 12. *Menoch. de præſumpt. lib. 4 præſ. 82. num. 20. & præſ.* 88. *Maſcard. de prob.* [illegible] cæ- teris, collectis per [illegible] 342. *nu.*
12 45. *vol.* 2. Quæ autem ſint conjectu- ræ, ex quibus in noſtro themate frau- dum nonnullæ ſpecies enumerentur, plenè habentur apud *Napodan. loc. cit.* præſertim in *d. Conſuet. Et ſi te- ſtator, num.* 14. *cum ſeqq.* & paſſim pe- nes cæteros *Addent.* & DD. allegatos.

Quæ conjecturæ, quia omnes tendunt
13 ad ſimulatam, & fictam hanc alie- nationem oſtendendam in odium, & agnatorum perniciem in vita, aut in præambulo mortis factam, etſi per cõ- tractus inter vivos; Idcircò ſi ceſſet illarum præſũptio de tali ſimulatione, vel quia agnatus bona antiqua alie- nans recta gaudet ſalute, quòad ſe- cundum morale dubium neſcio, quo-

modo

Digitized by Google

mcdo dici poſſit, ut hæc bona, licet
antiqua, etiam in proximiorum præ-
14 judicium liberè alienari nequeant in
vita, quoties tãtùm in morte pro me-
dietate agnatis, cognatiſq; Conſuetu-
do jus tribuit. Illa enim ſolatiis, ſi po-
teſt, nugis, deliciis, epulis, aliiſq; ſimili-
bus oblectamẽtis, & variis uſibus in vi-
ta ad ſui libitũ diſtrahere, diſſipare, lu-
do exponere, in agnatorum perniciẽ,
à fortiori, inquam, benè poterit eadẽ
bona in vita (remota omni fictione, aut
15 ſine proximo, & imminenti mortis
periculo) vendere, hypothecare, diſ-
trahere, permutare, & prorſus per con-
tractus inter vivos alienare, aliiſque
donare; cum ſuo utatur jure, & facul-
tate, item quam habet ſicut in foro
externo, ità paritèr in interno.

Nàm ex congeſtis, liquidò conſtat, nul-
16 limòdo teneri antiquorum bonorum
alienantem per contractus inter vi-
vos, nec ejus morte ſecuta, hæredem
aliquid damni reficere agnatis, cogna-
tiſque pro futura ſpe, quam habere
poterant in ultimę voluntatis diſpoſi-
tione pro illorum medietate, vigore
*Conſuetud.* Non in foro externo, quia
ut diximus, fraus contra eos, ac ficta
alięnatio non præſumitur, niſi probe-
17 tur: Non in foro interno, quia licet
cognoſcatur ab alienante, futurum
agnatorum præjudicium, tamen uti-
tur jure ſuo, ex quo ad ſui libitum
hæc bona alienare poteſt in vita, niſi
hoc agat in odiũ formale ergà agna-
tos, quia tunc tantùm peccaret con-
tra charitatem, nõ verò contra juſti-
tiam, nàm uteretur libera facultate,
qua gaudet, alienandi inter vivos.

Idque etiam clarè patet, quia ex enun-
18 ciatis conjecturis, quibus præſumi-
tur fraus, non reperitur aliqua deciſio
contra ipſum alienantem, vel ejus
hæredem; ſed ſi adeſſe poſſet conten-
tio contra hæc bona antiqua alienan-
tem, eſſe itaque deberet: an reficere tã-
tundem teneretur ipſe, vel ejus hæ-
res, cum proximiores jus habeant in
rebus, quę reperiuntur tempore mor-
tis in poſſe diſponentis, non in vita
19 alienantis, dum Conſuetudines ligant
bona in ultima voluntate exiſtentia,
& non perſonas. Imò id, eò magis li-
quet, quia in allegatis *deciſ. Rot. Rom.*
per *Farinac.* item habetur, non adeſ-
ſe fraudem in donatione inter vivos,
facta in præambulo mortis de bonis,
noſtris Cõſuetudinibus ſubjectis, prę-
ſertim *deciſ.* 879. *num.* 4. ubi hæc ver-
ba leguntur; *Non obſtat, quòd D. Fe-*
*liciana donaverit in præambulo ho-*
*ræ mortis, quaſi quod in fraudem fa-*
*cta cenſeatur, quia objectum ex aliis*
*reſolutionibus in hac cauſa factis tol-*
*litur.* Vndè videtur, poſſe accidere
20 deciſionem favore alienantis, etiam
non obſtãtibus enunciatæ fraudis prę-
ſumptionibus; Nàm juris articulus li-
cet appareat uno modo, Iudices cau-
ſam decernunt ex aliis mediis; Et con-
ſequentèr eſt expectanda ſententia,
ut teneatur ad tantundem, tàm in fo-
ro externo, quàm interno, hæc bona
in vita alienans, vel ejus hæres; etſi
pręſumatur fraus in dicta alienatione,
& videatur, adeſſe prejudicium agna-
torum, quòad ſpem futuræ ſucceſſio-
nis in medietate, ſi tempore mortis in
poſſe teſtatoris reperirentur illa. Quod
haud præſumi poteſt, ubi donatio, vẽ-
ditio, & alienatio ſit vera, & ſine ſimu-
latione; ex quo per accidens ſe habet,
ut indè reſultet agnatorum damnum.

Ità paritèr in materia Iuris congrui jux-
21 tà eaſdem noſtras patrias Sanctiones
ratiocinatur P. *Molfeſ. in Comm. ad*
*Conſuet. Neapol. tom.* 3. *par.* 2. *tit.*
*de jur. congr. quæſt.* 28. ubi *Napodan.*
aliiſque fundat, ius congrui locum
non habere, quando qui hodiè emit,
cras donat, ut ait etiam *Epiſc. Ricc. col-*
*lect.* 196. *in fin.* licet donatio fieret in
fraudem iuris congrui, nempè eo fine,
ut ius congrui ceſſet: Verba enim di-
cti *P. Molfeſ. num.* 6. ſunt hæc vide-
licet: *Satis eſt, ut donatio ſit vera, &*
22 *ſine ſimulatione, ex quo per accidens*
*eſt, ut indè reſultet damnum alteri,*
*& conſequentèr, quando donatio non*
*eſt*

Digitized by Google

*eſt ſimulata, nec aliũdè prohibita*, *valida eſt, quamvis fiat in alterius fraudem, ſivè præjudicium, l. 4 C. de revoc. donat. Siquidem multi etiam tenent, ut ad evitandum jus Congrui ſit fraus permiſſa, ex Petr. Gerard. ſing. 26. Tiraquell. §. 1 de retract. lig. gloſ. 2. num. 73. Zerul. in ſua prax. Epiſc. in verbo Ius cõgrui, Viv. in opin. 832. quẽ ſequitur Rendenella in conſtit. ſãcimus in verbo ſimulatio, nu. 27. quia peccant, qui fraudes machinantur cõtra vicinos, ac qui teneret, hoc eſſe peccatum, & donat, peccaret contra charitatem, non autem cõtra juſtitiã, ut patet, & ſic non tenetur reſtituere aliquod damnum, etiam ſi prima opinio probabilis ſit, & practicabilis cũ juxta cauſa*, ità *P. Molfeſ.* Vndè his poſitis idem videtur dicẽdum de donatione, & quolibet contractu inter vivos, in præiudiciũ medietatis, agnatis debitæ, in diſpoſitionibus tantùm ultimæ voluntatis.

Confirmatur item eadem Concluſio alio
23 clariori exemplo, etiam in terminis patrii moris, quo habetur, ut parẽtes, qui matrimonium contraxerunt, juxtà uſum Sedilium Capuanæ, & Nidi per renunciationem, quam faciunt altrinſecùs ſucceſſioni filiorum, decedẽtium in pupillari ætate, vel quandocumque ab inteſtato, omninò excluduntur ab illorum ſucceſſione; & tamen poteſt pater, tuta cõſcientia, conſulere filio, expirata pupillari ętate, ut condat teſtamentum in ſui favorem de bonis omnibus, etiam defunctæ matris, & ità excludantur dotantes, eorumque hæredes in caſu obitus ipſius filii; nàm hæc licet appareat fraus, & præjudicium dotantium, tamen verè eſt cautio, ac patris diligentia, ut filius diſponat, & utatur jure ſuo, nè bona deveniãt ad dotãtes, undè exierunt, ſicuti advertit (ut annuimus *Contr. 19. lib. 1. num. 17.*) *Stefan. de Gaeta in addit. ad Conſuet. filiusfamilias, in ſua apoſtill. incip. licet ego ſub num. 36. fol. 189. lit. A.* his ſcilicet verbis, *licet ergò hodiè Neapoli ſoleat, apponi pactum in inſtrumento dotali, quòd ſi filius naſcetur, & quãdocũq; ab inteſtato decederet, quòd dos revertatur ad dotantem, nec pater ei ſuccedat, tamen bonum conſiliũ, quòd dum efficitur pubes, pater faciat ipsũ teſtari, & ſe hæredem inſtitui in his bonis, quia per hoc ſuccedet ipſe pater, & ceſſabit diſpoſitio pacti*: & ità deciſum refert *ſeq. apoſtilla*, cuius deciſionis meminit etiam, *Minad. dec. 38. num. 5. verſ. fuit deciſ.* & *in repet. Cõſt. Reg. In aliquibus num. 108. Reg. Rovit. deciſ. 99. & Franch. deciſ. 552. num. 22.* Ità paritèr in alienatione inter vivos, quæ ſemper eis eſt præiudicialis, ad quos prædicta Cõſuetudinis
24 medietas tẽpore mortis ſpectaret, niſi bona alienata eſſẽt ab illo, qui utens iure ſuo in vita, non videtur dolo hoc agere *l. nullus videtur, ff. de reg. jur.* Imò, ſi eſt permiſſum de Iure cõmuni, nec vetitum Conſuetudinis vi, cũ
25 tantùm illa in diſpoſitione ultimę voluntatis loquatur, nequit indè extendi; nàm ſtrictè eſt intelligenda, & dum utitur verbo *diſponere*, ad ultimas voluntates, non verò ad contractus inter vivos, ſanè refertur.

His tandem propugnatrix accedit alia
26 fortis ratio, quæ præ cæteris eſt efficacior: Nàm quem latet, in bonis antiquis nullum ius cõpetere proximioribus agnatis, cognatiſque in vita poſſidentis, ſed tantùm eis eſſe ſpem, tẽpore obitus teſtatoris, qui vigore Conſuetudinis tunc habet os clauſum, & arbitrium refrenatum, quòad illorũ medietatem, cujus alienatio nequit
27 in vita prohiberi, ſicuti poſſunt à vocatis, & ſubſtitutis bona reſtitutioni ſubjecta, in quibus jus habent, vivente gravato, nec adimpleta adhuc conditione ob mortem ipſius, imò diximus Controv. 50. vocatis eſſe permiſſum, bona annotare pro eorum futura cautela, & diſſipationis metu, inſtare, ut declaretur, illa ad eos ſpecta-
28 re, ſecuta morte gravati, quod minimè

mè permittitur agnatis,cognatiſque, cũ jus non habeāt in vita poſſidentis
28 hæc bona antiqua, quæ liberè,ac pro ejus voluntatis arbitrio poteſt,alienare,diſſipare, ad proprios uſus convertere, aliiſque donare, permutare,vendere, ex pretio alia emere, quæ amplius non dicantur antiqua, nec Conſuetudini ſubjaceant, ut fundavimus *Controv.* 39. *lib.*2.variis authoritatibus, rationibus, ac S.C.deciſionibus, hìc prætermiſſis,nè reſcribantur,quæ alibi fuſiùs recenſentur.

Neque dicere valet ex adverſo(ut aliqui
29 arguere poſſent)Pater, ſicuti ſua bona alienans in vita,nequit facere donationem,quę filiis ſit inofficioſa, eorũq; lædat legitimam, quæ poſt ejus mortẽ debetur,non verò in vita;ità à pari agnatus poteſt bona antiqua alienare, ſed non in fraudem medietatis, debitæ proximioribus, ſecuto ejus obitu.

Nàm idem retorquetur argumentum;
30 Patris enim tenet alienatio, itemque donatio, niſi ſpeciali jure filiis ſit inofficioſa; nàm poteſt alia via omnia ſua disſipare in liberorum damnum; & licet peccet, id agens plena advertentia, tamen charitatem, non verò juſtitiam lædit. Ità etiam ſi bona antiqua quis alienet, vendat,& ex pretio alia emat, donet, ac ſimilia agat ſine fictione, nullam committit culpam de dolo, quia id agit,quod ei benè eſt
31 permiſſum;At ſi hoc faciat animo nocendi agnatos, cognatoſque, quò ad futurum jus, quod eis forſan competeret tempore mortis, idque odii cauſa ergà illos agat, peccat quidem,ſed contra charitatem, non contra juſtitiam,& ad reſtitutionem non tenetur; quia etſi illicitè, tamen validè alienat, & utitur jure, quod habet ad ſui libitũ in vita,etſi tantùm de antiquarum rerum medietate vigore Conſuetudinis mortis tempore teſtari poſſet.

Hinc brevi epilogo, eſt procul dubio aſ-
32 ſerendum, hæc bona licitè poſſe in in vita, ac liberè alienari, etiam in futurum agnatorum præjudicium, quia nullum in illis jus habent, niſi mortis tempore;Et ità per omnes contractus inter vivos, non fictos, aut ſimulatos, alioque vetito modo,poteſt hujuſmodi bona poſſidens, alienare, idq;agens illicitè, ſed validè, in odium ſcilicet proximiorum,contra charitatem,non contra juſtitiam peccaret,nec teneretur, tantundem reficere, ex aliis ſuis bonis novitèr quæſitis, nec alienans, nec ſuus hæres, niſi enunciata alienatio eſſet ſimulata, vel mortis præambulo,cum eſſet tunc,ſi non quęſitum, jàm propè quęrendũ jus favore agnatorum in hac antiquorum medietate, & haberetur uti ultimæ volũtatis diſpoſitio,licet inter vivos,fictè appellaretur, nàm fieret ſuſpicione mortis, ejuſque imminente periculo, & ità in fraudem Cõſuetudinis,de ultima voluntate loquentis favore proximiorũ, qui penitus hac via obliqua, aliavè ficta alienatione, fraudari poſſunt in conſcientia, cum ſit hoc Iure patrio vetitum; & non in vita alienantis, qui perfecta gaudens valetudine, per veros,&nõ ſimulatos cõtractus bona antiqua in proprios uſus ad ſui libitũ cõvertit, prout ei eſt permiſſum, atq; uti pro ſola veritate indagãda diximus.

## CONTROVERSIA LXII.

**Oeconomi,Rectores,ac XenodochiiGubernatores,uti Tutores,Curatores,Procuratoreſq;cũ pleniſſima facultate,an ſolutionis terminũ debitoribus prorogare poſſint?**

### *SVMMARIVM.*

1 *DVbia diſcutienda exponuntur.*
2 *Eccleſiarum œconomi, an poſſint dilationes debitoribus concedere? & num.* 13. *cum ſeqq.*
3 *Et an illis ſucceſſores ſtare teneãtur?*
4 *Tutoribus, atque Curatoribus, cæ-*

*teri æquiparâtur Adminiſtratores.*
5 *Tutor pupillo præjudicare nequit.*
6 *Vtilia agere, inutilia vitare tenetur.*
7 *Pupilli jus cedere, bonaq; donare nequit*
8 *Nec debitoribus dilationē concedere.*
9 *Nuncius, miſſus ad exigendā pecuniā ſolutionis terminū nequit prorogare.*
10 *Adminiſtratores ità non poſſunt, & loci pii etiam Gubernatores.*
11 *Sindicus item, nec debitoribus Vniverſitatis dilationē cōcedere poteſt.*
12 *Vectigalia exigens, & illorum Gubernator, terminum debitoribus dilatare nequit.*
14 *Gubernator in bonis Eccleſiæ, uti diligens paterfamilias ſe gerere debet, & num. 15.*
16 *Et à debitoribus ſemper exigere ſtatuto tempore debet.*
17 *Aliàs ex lata culpa ad dāna tenetur.*
18 *Eccleſia læſa, contractus irritâtur.*

## ARGVMENTVM.

Diſputatio in praxi, & ad conſcientiæ regimen valdè utilis, pro aliena Adminiſtrantibus, Eccleſiæ œconomis, Tutoribus, Curatoribus, plenaq; facultate Procuratoribus: an licitum ſit eis, dilationes debitoribus concedere, bonavè ſine cauſa alienare, jus remittere, aliaque agere, ſola complacendi gratia, & in rectę adminiſtrationis prę-judicium? diligentèr examinatur.

1 PRæcedenti conſimilis, nempè moralis, pluſquā civilis ſequitur diſcutienda theſis, ac potiùs in Foro Poli, quàm in foro fori nobis modò ſupereſt ex recollectis examinanda quæſtio, quę inter quamplures oriri Eccleſiarum œconomos, & vectigalium Gubernatores, atque apud nonnullos Xenodochii, vel Pię Domus Rectores, paſſimque accidere poteſt; quavè duo ſolerti examini, ac diligenti ſtudio in generali dubia exponuntur; quemadmodum ānis retro elapſis, licet alia methodo, & ex diverſis motivis hæc exagitata fuere penes *Reg. de Marin. diverſ. jur. reſol. tom. 3. in alleg.* U. J. *D. Vincen-*
2 *tii Sergii cap. 119.* Primum ſcilicet; an hiſce Adminiſtratores tuta conſciētia, terminum ſolutioni adjectum liquidis debitoribus, & quo caſu, quātoque tēporis ſpatio, prorogare valeant? Secundum verò; an hujuſmodi dilatio, ità conceſſa, ſivè per publicas, ſi-
3 vè privatas ſcripturas, excederet, tēpus, quo ipſorum adminiſtratio durat, poſſint nè ſucceſſores, hac non obſtā-te dilatione, eoſdem debitores cogere, ad integrum debitum ſtatim ſolvēdum: imò contractus, ſi qui eſſent, ubi piæ cauſæ, communitatis, ac privilegiatæ perſonæ reperiatur læſio, à prædeceſſoribus œconomis irrogata, per viam reſtitutionis in integrū, nulli, atque irriti declarari, debeāt, æqueac omnia ad priſtinum reduci, omni jure decernendum ſit?

Et quòad priorē quæſtionis partē, licet negativè, saltē in genere præjudicialium, primo intuitu, reſpondendum videatur; Attamen dari poſsūt in particulari caſus, quibus, & in foro fori, & Poli, his Gubernatoribus, dilationes parvas, & valida, urgentique cauſa intercedente, debitoribus concedere, permiſſum ſit; ſub conditionibus verò, ac reſtrictionibus ſigillatim, inferiùs deſcribendis *Controver. ſeq.* ubi pro tuta cōſcientia aliena adminiſtrātium, multa, quæ fieri nequeunt, enixè exarantur, & pro nimis ſcrupuloſis, permiſſa, ſanè recenſentur.

Verùm enim, ac indubitati juris eſſe,
4 prę ceteris modò prēmittere opus eſt, Eccleſiarū œconomos, alioſq; cōmunitatū rectores, æquiparari tutoribus, ac curatoribus, *Clem. quia contigit, §. autē, ubi Gloſ. in verb. tutor, de relig. dom. Rota, apud Farin. deciſ. 355 par. 1. num. 4. in fin. Gratian. diſcept. for. lib.*

lib. 3. cap. 522. num. 17. & lib. 4. cap.
601. num. 17. & 24. Neguſ. de pignor.
par. 2. memb. 4. num. 121. Tutor nàmq;
5 operari nequit actum, ex quo præju-
dicium pupillo afferatur, quia eſt cõ-
tra poteſtatem, & juramentum præ-
ſtitum, de utilibus agendis, ac inuti-
6 libus prætermittendis, l. ult. C. de cur.
fur. nec poteſt cedere actionẽ, pupillo
competentẽ, Bart. in l. nequè tutores,
7 num. 18. C. de procur. ità paritèr ne-
quit relaxare, neque donàre pupilli
bona, l. tutor ad utilitatem, l. cum
plures, §. penul., ff. de admin. tut. etſi
liberam, ampliſſimamque item pote-
ſtatẽ haberet, Jaſon, in l. contra regu-
las juris, §. ſi filius num. 3. C. de ne-
got. geſt. cum aliis apud Cavalc. de
tut. & cur. n. 121. & penes Afflict. dec.
87. nu. 3. Vndè à pari nec idẽ agere
poterunt enunciati adminiſtratores.

Et in ſpecie, quòd nequeat tutor debi-
8 toribus pupilli dilationem concedere,
quia id ſaperet liberalitatis naturam,
ac donationis, ob intereſſe medii tem-
poris, clarè habetur ex l. omnes in fin.
& l. ait Prætor, §. quod in diem, ff. de
his, quæ in fraud. credit. ac etiã teſtan-
tur Io: Paul. Montan. in tract. de tu-
tel. cap. 32. reg. 9. num. 130. Andreol.
contr. 384. Facch. contr. jur. lib. 2. p.
2. cap. 56. Galter. de tut. p. 2. rubr.
utile agat, num. 41. Præſ. de Franch.
deciſ. 281. ubi de Luc. in obſer. & in
animad. ad cap. 26. Gratian. l. 1. nu.
10. qui cum Conſ. Rocc. reſp. 99. lib.
1. nu. 5. idem fundat ex tex. in l. qui
Romæ, §. Callimacus, ff. de verb. oblig.
9 ubi deciditur, quod nuntius miſſus ad
exigendam pecuniam, tempore ſolu-
tionis ſtatuto, nullimodo terminum
debitoribus prorogare poſſit.

Ità pariter affirmant, ac DD. unico ore
10 fatentur in procuratore, & quovis rei
alienæ adminiſtratore, ut debitoribus
dilationem concedere, ex his nemo
poſſit, & præ cæteris Alex. in l. pactũ
num. 6. C. de pact. & Card. Tuſc. concl.
438. verb. adminiſtrat. num. 16. & in
11 Sindico, ut non valeat dilationem cõ-
cedere debitori Vniverſitatis, fundat
Montan. in prag. 4. de admin. univerſ.
§. 10. nu. 8. & §. 13. nu. 2. Idemque
in publicano, exigente vectigalia pro
Fiſco, cui non eſt permiſſum debito-
12 ribus prorogare terminum in præju-
dicium Fiſci, Caſtr. in l. interdum, §.
ſi quis, ff. de public. & vectigal. At
in propriis terminis, quòad dictos
13 Eccleſiarum œconomos, ut eis nullo
jure ſuadente, ſit permiſſum debitori-
bus dilationes concedere, præcipuè ad
longum tempus, licet habeant liberã
rerum adminiſtrationem, quia hoc eſ-
ſet potius dilapidare, quàm bona diri-
gere, fuſiùs probat Surdus conſ. 43.
num. 3. lib. 3. ex cap. benè, diſtin. 96.
cum aliis cõgeſtis per Epiſc. Genuenſ.
in pract. Cur. Epiſc. cap. 32. eò fortiùs,
14 quia adminiſtratores hiſce illam dili-
gentiam adhibere debent, quàm in
ſuis rebus probus pater familias adhi-
bet, aliàs de proprio tenerentur ad
damna, ut inquit Reg. de Ponte conſ.
37. num. 14. lib. 1. & congruo, ac ſta-
tuto tẽpore à debitoribus itẽ exigere
debent, quod illi ſolvere tenentur;
15 alitèr ſi eorum lata, ac theologica cul-
pa, non ſolvendo efficiantur ipſi debi-
tores, omne damnum reficere debent,
16 ad inſtar tutorum, l. 2. C. arb. tutor.
Jodic. de tutel. cap. 7. num. 38. Cavalc.
de tut. & cur. nu. 215. Paſchal. de vir.
pat. pot. cap. 9. par. 3. num. 26. ea præci-
17 puè ratione, quia hujuſmodi proro-
gatio, pro longo temporis intervallo
conceſſa, naturam ſaperet cujuſdam
donationis, ac liberalitatis, reſpectu
ſcilicet interuſurii, pro tali temporis
ſpatio, l. omnes in fin. l. ait prætor, §.
quod in diem, ff. de his, quæ in frau.
cred. quam nec tutor, nec alius admi-
niſtrator, ſivè generalis procurator,
exercere poteſt, d. l. contra juris, §. 1.
de pact. Quod denique confirmatur,
quia quoties læſa invenitur Eccleſia,
contractus ejus præjudicio facti, non
tenent, ex tex. in l. omnia privilegia,
C. de Epiſc. & Cler. Vndè ſecũdi dubii
itẽ reſponſio patet, ut infra apertè vi-
debimus.



Digitized by Google

# CONTROVERSIA LXIII.

**Successores ad Gubernium tenentur nè ſtare actis per Prædeceſſores, tam in dilatione debitoribus conceſſa, quàm in alienatione eccleſiaſticarum rerum; vel ſecus potius ſit aſſerendum, ſtante reſtitutionis in integrum remedio, eis adverſus hæc, & ſimilia præjudicialia competenti?**

## SUMMARIUM.

1 *Locationi facta à tutore, tenetur ſtare minor, finita etiam tutela.*
2 *Ità à Prælato, & loci pii Rectore ſi fiat locatio, tenetur ei ſtare ſucceſſor.*
3 *Si nulla adſit fraus, doluſque prorſus interceſſerit.*
4 *Privilegia minoris cõpetũt Eccleſiæ.*
7 *Reſtitutio in integrum datur læſis.*
8 *OEconomi nec debitum dividere, nec obligationem inſolidum remittere quidem poſſunt.*
9 *Ità maritus nec etiam reſpectu dotis.*
10 *Dilatio debitoribus conceſſa ab œconomis, ſivè per contractus, ſivè per concluſiones, non ſuſtinetur abſque juſta, & rationabili cauſa.*
11 *Contractus, qui bonis moribus, nec juſtitiæ adverſantur, ſervari debent.*
12 *Contractus nomine dignitatis, initi per prædeceſſores, videntur omninò ſervandi à ſucceſſoribus.*
13 *Alienatio rei Eccleſiæ ſine juſta cauſa non tenet.*
14 *Paterfamilias, ſicuti diligentiam adhibet in rebus ſuis, ità loci pii Gubernator omninò tenetur.*
15 *Princeps anteceſſorum legibus non aſtringitur, nec etiam illorum ſtatuta ſervare tenetur.*
16 *OEconomi, Rectoreſque in fine adminiſtrationis multa agere ſolent, quæ nullimodò ſuſtineri poſſunt.*
17 *Dilatio ad breve tempus, juſtaq; cauſa debitoribus conceſſa ſuſtineri poteſt.*
18 *Secùs exiſtente decoctionis periculo.*
19 *Tutor prorogare nequit tempus ſolutionis, ſi pupillus ſit propè pubertatẽ.*
20 *Adminiſtratores, & tutores aliquid egentibus elargiri poſſunt.*
21 *Et moderatas item eleemoſynas facere.*
22 *Ac cõſueta donare eis permittitur* 23.
24 *Nàm rectè agunt ea, quæ de more fieri ſolent.*
25 *Tutores ſi plures ſint, concurrere debent omnes ad ea, quæ licitè, & juſta cauſa, fieri permittuntur.*
26 *Tutoris culpa eſt nimia negligentia.*
27 *Culpa lata, & patẽs obligat ad dãna.*

## ARGUMENTUM.

De ſecũda expoſitę queſtionis parte ſequitur enodata diſcuſſio; an dilatio ſcilicet debitoribus conceſſa, & alienatio ſine cauſa, ab Adminiſtratoribus facta, ſuſtineri poſſit, quoties Eccleſiæ, pupillis, minoribus, aliiſque locis piis, reſtitutionis in integrum remedio ſuccurritur? Idque quidem competere, ſaltem ſucceſſoribus, qui haud in adminiſtratione hæc, & ſimilia ſervare tenentur, niſi ubi nullum præfatis locis, ac privilegiatis perſonis præjudicium inferatur, ſed vera, & rationabili cauſa ſint peracta, omni ope oſtenditur.

1 Nonnullis licet, ex ſupra congeſtis Jure Conſultis colligi poſſit, quòd ſi per contractus, præſertim juramẽto roboratos, fuerit prorogatum ſolutionis tẽpus favore debitorum, teneantur quidem Succeſſores œconomi, ad obſervantiam promiſſorum per Prædeceſſores; Idq; exemplo locationis domus pupilli, factæ à tutore, cui ſtare tenetur, tàm minor, finita tutela, quàm curator, ex traditis per *Caroc. de loc. & conduc. par. 2. quæſt. 6.* vigore tex. in

in l.tutelæ, ff. de admin. tutor. & Go-
meſ. variar. reſ. tom. 2. cap. 3. num. 8.
verſ. ſecunda concl. Cavalc. deciſ. 43.
n. 42. par. 1. & deciſ. 25. nu. 25. par.
2. & Covarr. var. reſol. lib. 2. cap. 15.
2 num. 6. Quod paritèr ampliant in Prę-
lato, locante bona Eccleſiæ, & in Re-
ctore alicujus hoſpitalis, ad annum ele-
ctus, qui locaverit ad triennium, vel
aliud tempus, de jure permiſſum; tunc
ſucceſſor locationi, factæ nomine Ec-
cleſiæ, omninò ſtare, tenebitur, alioquin
fallax porrò eſſet hęc adminiſtrādi po-
teſtas, uti præ cæteris teſtatur Covarr.
loc. cit verſ. hic ſanè dict. num. 6. Nihil-
ominus quicquid ſit de hoc, in locatio-
3 ne poſſet tantùm ſuſtineri; quoties ve-
rò recta fide, ac ſine ulla fraude, bona
minoris, & Eccleſiæ eſſent locata, non
autem fraudis vitio, quod abſit, inter-
cedente; Nàm tunc uti doloſa reſcin-
deretur etiam locatio, uti poſt plures
fraudis ſpecies, hanc enumerant, Mo-
rotius conſ. 36. num 7. & Ancharan.
conſ. 450. At quòad alios contractus,
in quibus læſa invenitur Pia domus,
quod prorſus illi ſuſtineri nequeant à
nemine ambigitur; cum privilegia mi-
4 noribus conceſſa, Eccleſiæ paritèr cō-
petant; Ità accuratè præ cæteris de
recenti ſcripſit pro Oeconomis S. Do-
mus A. G. P. Jacob. Anton. de Mauro
alleg. 70. num. 9. uſque ad fin. quem
in ſimili cauſa pro eadem S. Domu al-
legat Conſ. Rocc. reſponſ. 99. num. 12.
ubi binas deciſiones notatu dignas ad
5 propoſitum refert: alteram nempè, qua
junctis S.C. Aulis declaratum fuit, con-
† tractum initum à Gubernatoribus cū
Barone loci Rotundi, eſſe tanquam
inutile, ac damnoſum, & proindè nul-
lum, & invalidum, per viam reſtitutio-
nis in integrum, ob dilationem, præfa-
to debitori conceſſam annorum octo,
non obſtātibus litteris executorialibus,
cōtra dictum Baronem vigore inſtru-
menti liquidati, expeditis, quæ debi-
tæ executioni demādari adverſus eun-
6 dem, favore ipſius S. Domus, fuit pro-
viſum: alteram item tradit, ex Regio
Collaterali Cōſilio prolatam, ipſe Rocc.
† loc. cit. ad relationem Regentis San-
felicii, Delegati ipſius S. Domus, pro
qua fuit deciſum, contractum permu-
tationis fiſcalium, cum Ill. Duce Ielſi
D. Eligio Caraſa, in actis deductum, eſ-
ſe nullum, & quòd unuſquiſque rema-
neat cum ſuis fiſcalibus; ea præcipua
ratione, quia nulla intercedente cauſà,
ſed ſolùm pro complacēdo dicto Du-
ci Ielſi, fuit à Gubernatoribus hæc fa-
cta permutatio, eò fortius, quia fun-
ctiones fiſcales d.S. Domus erant me-
lioris conditionis, ac magis exigibiles.
Idemque in Eccleſiis pręcipuè læſis, aſſe-
7 verantèr ſuſtinent, & in integrum il-
las reſtitui, teſtantur poſt Abb. Roder.
alioſque Sforz. Odd. de reſt. in integr.
par. 1. quæſt. 3. art. 4. num. 15. & 18.
Mart. vot. 169. Ricc. ad de Franch. de-
ciſ. 282. ibique de Luc. Novar. in prag.
1. de leg. piis, Lup. de hoſpit. num. 13.
Tabien. verbo colleg. num. 6. cum re-
cenſitis per Reg. Capyc. Latr. conſul.
8 119. num. 18. tom. 2. Oeconomi namq;
Eccleſiæ nec poſſunt item obligationes
remittere, inſolidū contractas per de-
bitores ipſius Eccleſiæ, nec debitum
dividere; quia hæc remiſſio, & divi-
ſio, donationis vim habet, ut teſtatur
Alciat. in l. ſi creditorem, num. 31. C.
de pact. Rip. in l. ſi ex toto, §. 1. num.
19. de leg. 1. Lanar. conſ. 19. num. 4.
Ronchegal. in l. 3. num. 23. de duob.
reis, Coſt. de clauſ. par. 2. clauſ. 86.
num. 3. Quod etiam dicitur de marito,
9 reſpectu dotis, ut nequeat, obligationē
hanc inſolidum remittere, nec debitū
quoque dividere; cum vir ſimplex ſit
adminiſtrator dotium, Socc. conſ. 200.
vol. 2. verſ. & primo, Urſill. ad Afflict.
deciſ. 301. num. 2. Præſ. de Franch.
deciſ. 477. num. 23.
Neque præmiſſis unquam obſtare poteſt,
10 quod aſſeritur in alleg. 119. Reg. de
Marin. tom. 3. reſol. à Vincent. Sergio,
num. 37. & 39. admiſſa diſtinctione,
in dilatione debitoribus conceſſa per
contractus, niſi concurrant aliæ præ-
ſumptiones, ut minimè poſſint hujuſ-
mo-

Digitized by Google

modi contractus impugnari à ſucceſſoribus: Et in altera cõceſſa per ſimplices concluſiones, ſubſcriptione Gubernatorum roboratas, ut paſſim in locis piis ſervatur, quo caſu ſolùm videatur, eſſe in electione ſucceſſorum, talem dilationem, debitoribus datam, revocare; ex eò potiſſimum, quia ſucceſſores Oeconomi contractus per prædeceſſores, juramento firmatos, revocare ne-
11 queunt, quoties nec bonis moribus, nec juſtitiæ adverſantur; Siquidem notum eſſe, additur, Gubernatores præcipuè Hoſpitalis Sanctiſs. Annunciatæ Neap. amplã habere poteſtatem in adminiſtratione, ex privilegiis Regalibus, ut inquiunt *Jac. Ant. de Maur. d. alleg.* 70. & ex Bullis Nicolai V. & Pauli III. *Franc. de Petr. in hiſt. Neap. lib.* 1. *cap.* 3. *cum Imparat. diſc.* 2. *fol.* 65.
12 vndè tenentur ſervare contractus, qui nomine dignitatis fuerunt initi à prædeceſſoribus in gubernio, ex *Camill. de Medic. conſ.* 118. *num.* 32. *Paſchal. de vir. pat. poteſt. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 50. *Maſtrill. de Magiſtr. cap.* 4. *num.* 339. *Mier. de major. par.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 268. *Rom. conſ.* 24. *nu.* 69. & *P. Meroll. tom.* 3 *Theolog. mor. diſp.* 6. *de privileg. cap.* 7. *num.* 185.

Præfati itaque Gubernatores (ut ſupra fu-
13 davimus) cum tutoribus æquiparentur, ſaltem requiritur ex his privilegiis aliqua juſta cauſa in tali dilatione, alienatione, permutatione, ac ſimilibus per eos geſtis, aliàs haud ſuſtineri hujuſmodi contractus, & concluſiones, docẽt *Afflict. deciſ.* 249. & *Vivius deciſ.* 526. cum indiſtinctè dicendum ſit, hæc ſine juſta, & rationabili cauſa ullo modo fieri poſſe, neq; etiam, niſi pro piis oneribus ſuſtinendis venditiones annuorũ introituũ per Oeconomos, qui illam di-
14 ligentiam adhibere in omnibus tenẽtur, qua probus paterfamilias utitur in rebus ſuis; aliter de proprio reficere debent damna, quæ ipſa Eccleſia, aut ejus creditores paſſi ſunt, ut fundant *Reg. de Ponte conſ.* 18. & 37. *num.* 4. *Guttier. de tutel. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 40. & *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 7. *gloſ.* 3. *par.* 6. *num.* 63. Idemque pro indubitato aſſeverant *Alex. conſ.* 150. *vol.* 7. & *conſ.* 9. *Præſ. de Franch. deciſ.* 383. *in fin. Marta in empor. jur. quæſt.* 16. *nu.* 12. *Petr. Gregor. Tholoſ. ſing.* 46. *cap.* 3. *num.* 13. *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 15. *n.* 21. *lib.* 1. & *deciſ.* 122. *n.* 29. *lib.* 2 cũ cęteris plenè cõgeſtis per *Conſ. Rocco dict. reſponſ.* 99. *n.* 19. *lib.* 1. Leges enim Statuta, & edicta prædeceſſorũ, nõ tenẽ-
15 tur ſervare, Principes ſucceſſores, quos per viam legis ligare anteceſſores, nequeunt, ut ajunt *Reg. Tapia deciſ.* 5. *Senat. Ital. num.* 54. *Aug. Barboſ. coll. ad decret. cap.* 1. *de probat. num.* 7. & latè *Caſtill. contr. lib.* 7. *de tertiis, cap.* 18. *num.* 163. Hinc nec tenentur eò magis
16 adminiſtratores ad ea, quæ acta ſunt in Oeconomię præjudicium à prædeceſſoribus; Et præcipuè, ſi hæc fiant in ultimis diebus gubernii, eoq; tempore, quo finis imponitur eorum poteſtati, quæ deferenda eſt, reſpectu executionis, ad tempus aliorum; tunc enim dictæ dilationes, aut actus ſimiles in perniciem recti gubernii, haud ſunt ſervandi à ſucceſſoribus, *ex tex. in l. ſi maritus in fin. ff. qui, & à quib. Ancher. conſ.* 430. *num.* 3. & in punto de tutoribus, qui infrà breve tempus, quo expirabat eorum adminiſtratio, ſimilia agunt, loquitur *Cancer. variar. reſol. cap.* 7. *de tutel. nu.* 162. & *lib.* 3. *cap.* 6. *de ſolut. n.* 132. prout idẽ per S.C. ponderatum fuit in deciſione relata à *Conſ. Rocco d. reſponſ.* 99. *in fin.*

Poſſet tamen contraria opinio, & abſq; ullo
17 cõſciẽtię ſcrupulo ſuſtineri; Quoties pręfatæ dilationes debitoribus concederentur, brevi tẽporis ſpatio, rationabili cauſæ cognitione, & matura inſpectione impotentiæ ipſorum debitorũ, concurrente bonafide, & niſi dolus interceſſerit, nec ulla probabilis dubitandi ratio, quæ à viro probo, & diligenti patrefamilias excogitari nequit, tẽpore dilationis, de dãno, quod in futurum accidere poſſet locis piis; nempè ſi à Gubernatoribus dubitetur, an debitor, cui concedi debet dilatio, decoctioni proximus ſit, vel ſuſpectus



Digitized by Google

ctus de fuga, dolo, vel alio modo ſit ille potius in amittendo, quàm in acquirendo, quia malè utitur ſuis ſubſtãtiis.

His enim ceſſãtibus, per breve tempus,
18 & tali juſta cauſa, poſſet aliqua dilatio concedi, ex doctrina *Bartol. in d. l. qui Romæ*, §. *Callimacus*, *ff. de verb. oblig.* quem ſequuntur *Ang. ibid. num.* 2. *Socc. num.* 12. *Jaſ. n.* 14. *Tiraquell. de retract. convent. circa fin. tit.* 18. *num.* 18. *Cagnol. in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend. num.* 272. *Apicell. de dilat. quinquen. tit.* 1. *num.* 99. *Montan. de tutel. cap.* 33. *num.* 374. *Gratian. diſcep. for. tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 11. cum aliis penes *Cancer. var. reſol. d. lib.* 2. *cap.* 6. *tit. de ſolut. num.* 117. *quæſt.* 23. prout etiam tutoribus, curatoribus, cæ-
19 teriſque omnibus, quibus alienarum rerum cura demandata eſt, idem permittitur, concurrente bona fide, & juſta cauſa, alitèr ſecùs, ſi malitioſè hoc fiat, vel eo tempore, quo pupillus erat jàm proximus pubertati; nàm quando ſine cauſa cõceditur, eſt donatio potius quàm modica dilatio, *Apicell. de dilat. quinq. loc. cit. Gratian. d. cap.* 26. *diſcept. num.* 7. & 19. & *lib.* 1. *cap.* 7. *de tutel. num.* 162. *Caſtill. deciſ.* 22. *par.* 1. *num.* 34. *Card. Tuſc. concluſ.* 201. *ſub verb. adminiſtratores, num.* 6 *tom.* 1. & *concluſ.* 446. *verbo tutor, tom.* 8. *Amat. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 99. *Viv.*
20 *deciſ.* 34. *num.* 34. *Scacc. in tract. de camb.* §. 7. *gloſ.* 3. *num.* 23. Imò tutores validè poſſunt etiam aliquid remittere debitori pupilli, in egeſtate conſtituto, *Roman. conſil.* 50. *nu.* 3. & *conſ.* 369. *Eſcob. de ratioc. cap.* 24. *num.* 10. *Guttier. de tutel. par.* 2. *cap.* 6. *num* 8. æquèac permiſſum eſt tutoribus, & ad-
23 miniſtratoribus, etiam moderatas eleemoſynas erogare, ut *Lorca, & Vaſquez, Azor. Io. de Cru.* teſtantur P. *Diana reſol. moral. lib.* 5. *tract.* 8. *de elemoſyna reſol.* 35. & P. *Lanfranch. in opuſc. moral. opuſc.* 8. *num.* 4. etiam in caſibus non extremæ, ſed parvæ neceſſitatis?

His additur etiam, omni dubio procul
22 eſſe apud omnes, tuta conſcientia poſſe tutores, curatores, cæteroſq; adminiſtratores, perficere ſolitas, & conſuetas donationes, munera elargiri, ac alia concedere, juxtà ſolitum *ex l. cum plures*, §. *tutor*, *ff. de admin. tutor. Conſ. de Georg. alleg.* 44. *num.* 36. *Guttier. de tutel. cap.* 6. *par.* 2. *num.* 11. *Caſtill. deciſ.* 148. *n.* 5. *Capiblanc. in ejus tract. de Baron. tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 9. & 10.

Item eiſdem eſt permiſſum omnia, & ſin-
23 gula agere, quæ ab aliis in ſimili munere fieri ſolent; ſufficit enim, quòd adminiſtrator fecerit quod juxtà morem cõſuetum eſt fieri, *l. ſi pignore*, §. *fin.* ubi *Bartol. ff. de pignor. act. Paul. de Caſtr. conſ.* 423. *verſ. quia ſcio*, *lib.* 1. *num.* 9. *Cravett. de antiq. temp. par.* 1. *limit.* 4. *num.* 28. *Garzia de expenſ. & melior.*
24 *cap.* 10. *num.* 9 Vndè ſi aderit Conſuetudo, vel aliquod municipale Ius, ex quo licitum ſit adminiſtratori Vniverſitatis, facere gratiam, & remittere debitum univerſale, id agere benè poteſt, ut *Aviles* fundat *in capitulis Prætorum cap.* 50. *num.* 2. Ità à pari, quoties ſimilis adeſſet Conſuetudo inveterata in aliquibus locis piis, etiam aliquo modo idem practicari poſſet, alitèr innovare, ſecùs eſſet licitum.

Hinc tandem advertendum, ſupereſt in
25 hujuſmodi dilatione, cõcedenda à tutoribus, vel adminiſtratoribus, etſi permiſſa ex cauſis, ac rationibus ſupra deſcriptis, opus eſſe, ut omnes vocati ad tale munus, communi voto interveniant, aliàs ipſa dilatio conceſſa erit invalida, prout per S. C. deciſum refert *Præſ. de Franch. deciſ.* 281. ubi *de Luca* cum cæteris *Addent.* Vnus nàmque ex tribus, vel duobus tutoribus hanc dilationem cõcedere, nequit *Nitta dec.* 33. *n.* 15. *Galter. de tut. par.* 2. *rubr.* 2. *nu.* 5. *Thor. compend. deciſ. par.* 1. *verb. dilatio conceſſa, Reg. de Marin d. alleg.* 119. *num.* 22. *tom.* 3. Quando enim omnes interveniunt, & agunt quod communitèr fieri ſolet, nulla eſt cõſideręda in eis culpa, juxtà *tex.* in *l. ſi merces*, §.
26 *qui columnam, ff. locati.* Diligens itaq; paterfamilias aliquoties debitori etiam

dila-

Digitized by Google

dilatonem concedit *Angel. Vbald. cōſ. 312. num. 1. verſ. fecit enim*, *Reg. Rovit. conſ. 53. lib. 2.* culpabilis eſt ſolùm illa nimia feſtinantia, ac tutoris negligentia in rebus pupilli, ut ait cum *Bart. in l. 1. §. 1. ff. de adminiſt. tut. Reg. de Ponte conſ. 37. num. 9. & 14. lib. 1.* non verò urbanitas, & miſeratio ergà debitores, ſine gravi damno pupilli, ut faceret etiã diligens, & probus paterfamilias in rebus ſuis, juxtà pluries hìc repetita.

Ex quibus ergò concluditur, parvam di-
27 lationem, juſta intercedente cauſa, ſine dolo, ac fraude, breviq; temporis ſpatio duraturam, benè aliquando, his adhibitis, ac ſimilibus circũſtantiis, concedi poſſe ab œconomis, & adminiſtratoribus, ex *Surdo* præcipuè *d. cōſ. 431. n. 43. vol. 3. R. de Marin. d. alleg. 119. Can. cer. d. cap. 6. Gratian. d. cap. 26. Conſ. de Medic. d. conſ. 118. nu. 32. Paſchal. de vir. patr. poteſt. cap. 9. quæſt. 3. nu. 26. Cavalc. de tutor. & cur. num. 215. & deciſ. 39. num. 34. par. 1. Galter. de*
28 *tutel. par. 2. rub. 2. num. 35* alitèr tenerentur ad omnia damna, ſi eorum lata culpa, & ſine ulla juſta cauſa, hac dilatione debitores evaderent non ſolvẽvendo, aut minus deinceps idonei, quã prius erant, pro debiti ſolutione, ex *l. 2.* ibi: *negligentia tutorum eſt, C. de arbitr. tut.* Quod præſertim accidit in gratuita dilatione, & abſque aliqua prorſus cauſa, à qua omnibus quidem abhorrendum eſt.

Et hactenus, quę cumulavimus ſufficiant ad poſtremi quæſiti ſolutionem, cætera videri poſſunt apud allegatos DD. quorum dictis libentèr adhæreo. Quemadmodum cuncta in hoc ſcripta Volumine, melius ſentientis cenſuræ, ac ſolerti prudentiæ innixus, demiſsè ſubiicio.

Et hæc ultima unita primis, cæteriſque ſint tandem adaucta laboribus, ſemper ad majorem SANCTISSIMÆ, ET INDIVIDVÆ TRINITATIS gloriam, cui honor, & ſempiterna ſit laus, ac DEIPARÆ VIRGINI perenne obſequium, & ANGELIS, omnibuſque Cęleſtis Gloriæ CANDIDATIS in ævum ſit collaudatio.

# FINIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

# RERVM AC VERBORVM OMNIVM MEMORABILIVM,

## Quæ in hoc Volumine continentur, Alphabetica methodo ſolerter digeſtus

# INDEX LOCVPLETISSIMVS,

*Vbi primò Controverſia, ſecundò numerus, tertiò demum pagina indicatur.*


Acceſſorium

*ACceſſorium ſequitur ſui principalis naturam,Cont. 4.nu.5.pag. 20.*

Acquirere

*Acquirere,& acquiſitũ amittere,diverſimodè ſe habet,Con.10.nu.17.pag.59.*

*Acquiſitionis initium attenditur n. 14.*

Actio

*Actio ad ſupplementum dotis,& legitimę datur poſt patris mortẽ C.7.n.5.p.41.*

*Actio,quæ de evictione tenet,eundem agẽdi repellit exceptio,Cont.19.num.32.*

*Actio perſonalis nõ datur contra tertiũ poſſeſſorem,Contr.26.nu.44.pag.145.*

*Actio hypothecaria non contrahitur,niſi expreſſa promiſſione,num.45.nec tacitè datur, niſi in caſibus à jure expreſſis,ibidem p.cit.num. 46.*

Adhoa

*Adhoa an ſpectet ad cõductorem,vel debeatur feudatario, locatori Status? Controver. 34 pag. 170.*

*Adhoa perſonale dicitur ſervitium militare,ibidem num.3.*

*An compræhendatur locatione fructuũ feudalium? num. 4.*

*Adhoæ, quæ Baroni debetur, ſolvitur per ipſum Regi,num. 6.*

*Adhoæ ſolvendæ onus ſpectat ad Dominum, non ad conductorem,num.7.*

*Et eſt onus feudo imbibitum,cum ſolvatur ab utili Domino,num.9.p.171.*

*Adhoa debetur conductori Status,ſi alitèr non eſt conventum, ibid.num. 15.*

*Adhoæ nomen dat perſonale ſervitium. n.18.*

Aditio

*Aditio non requiritur ad ea,quæ debentur ex pacto, vel ex* Conſuetudine, *Contr.47.num.18.pag.215.*

*Aditio maternarum dotium æquè habetur per illarũ detẽtionem,ibid.nu.17.*

*Aditione non egent bona antiqua,debita vigore* Conſuetudinis Neap. *nec novem dotium partes, ad filios ſpectantes,ibidem,num. 19.p.216.*

Adminiſtratores

*Æquiparantur tutoribus, & Curatoribus, qui ſine cauſa alienare,nec debitoribus dilationem cõcedere poſſunt, Con. 62. nu.4.& 10.pag.274.ſed aliquid egentibus, & moderatas elemoſynas elargiri poſsũt C.63.n.20.p.277.*

Agnatio, & Cognatio

*Agnationis,&Cognationis qualitas,diverſimodè non conſideratur, ſed in utraque æquale Ius ſervatur,Contr. 1. num. 8. pag. 4.*

*Agnatio verò eſt cognatione nobilior,C. 45. num. 8.pag.210.*

Agnatus, & Agnati

*Agnatos inter,&cognatos confuſim procedit gradus prærogativa,& ità etiã*

*de jure Cõſuetudinario. Cũ agnationis,& cognationis qualitas diverſimodè non cõſideretur*C.3.*n.*5.& 20.*p.*13.

*Agnatis, & cognatis competit actio ex conditione* Conſuetudinis, *quòad bona antiqua*Contr.12.*num.*11.*pag.*73.

*Agnatus proximior, per renunciationem excluſus, an faciat locum ſucceſſorio edicto,quòad alios remotiores in gradu?* Controver. 16. *pag.* 88.

*Agnati, cognatique ſuccedunt ad bona antiqua Iure particulari,&* Conſuetud. *providentia, ibid.nu* 25.*pag.*91.

*Agnatis, & cognatis non datur immiſſio ab inteſtato, ibid. num.* 27.

*Agnati vigore* Conſuetud. Neap.*vocantur per verba* reliqua medietas perveniat,& *non jure univerſali,ſcilicet* ſuccedant,*num.* 30. & *ſic conditione ex nova lege,num.* 31.*p.* 92.

*Agnatus remotior ſubingreditur locum proximioris deficientis, ob renunciationem, mortem, vel exhæredationẽ,* Controver.20. *n.*3. *pag.* 105.

*Agnatus Clericus, an concurrere poſſit cum laico, in æquali gradu conjuncto ad antiquorum medietatem vigore* Conſuetud. Neapolis, *Controverſ.* 21. *pag.* 111.

*Agnato mortuo, ſtatim de Iure patrio, antiquorum medietas proximioribus defertur,Contr.*25. *num.* 8 *pag.* 133.

*Agnatus poteſt proximioribus relinquere quod ad eos ſpectat vigore* Conſuetudinis, & *in reliquo eoſdem excludere, ibidem num.* 23. & 56. *p.* 137.

*Agnatus dicitur ſuccedere ab inteſtato in antiquorum medietate, ex* Conſuet. *ei debita,ibid. num.*25.*pag.* 133.

*Agnatus ſi cum alio cohærede extraneo æqualitèr inſtituatur, an poſſit præcapere medietatem bonorum antiquorum vigore* Conſuetud.& *in reliquo concurrere cum hærede extraneo? ibidem num.* 44.*p.*136.

*Agnatus tenetur ad debita defuncti, in bonorum medietate libera, non in ea, quæ vigore*Conſuetudinis *ei debetur, Contr.*47. *num.* 20. *pag* 216.

*Agnati, cognatique jus habent in diſpoſitione cauſa mortis ſuper antiquorũ medietate bonorum, vigore* Conſuetudinis, *non inter vivos*C.16 [illegible] *p.* 7[illegible]

Aliquis

*Aliquis non debet petere* [illegible] *con-trarium in caſu contrario non eſſet poſtulaturus,*Contr.7.*nu.*17. *pag.*45.

*Aliquis aliquando vult* [illegible] *cedere, quàm contendere,*Contr.19.*num.*66.

Amita

*Amita vigore*Conſuetud.*prætendere an poſſit antiquorum medietatem, cõtra hæredem ſcriptum, repræſentantem jura ſororis teſtatoris defuncti, ex vi renunciationis,Contr.* 16. *pag.* 88.

*Amitæ an detur locus in ſucceſſione, defectu neptis, cjuſque deſcendentium, qui ob matris renuntiationem excluduntur,* Controver. 20. *pag.* 105.

*Amita an ſimul concurrat cum nepotibus ad bona antiqua? ibid. num.* 42.

Antephatum

*Antephatum ad filios ſpectat, mortua matre,ex propria perſona*Con.8.*p.*50.

*Antephati proprietas in hæreditate fratris præmortui, pertinet ad alterũ fratrem,jure hæreditario, & non accreſcendi, ibidem num.* 11.

Argumentum

*Argumentum non valet à ſucceſſione teſtata ad inteſtatã*Con.15.*nu.*17.*p.* 86.

*Argumentum non licet ſumere de uno ad alium caſum,*C.28.*n.*[illegible]*pag.*149.

[illegible]

*Avus non* [illegible]*, matre exiſtente,* Con[illegible] *num.*9. *pag.* 59.

Auxilium

*Auxili*[illegible]*o egent, novitèr emergentia* Controver. 51. *num.* 5. *pag.* 231.

Beneficium

B *Eneficium non præſtat, qui impedit debitum,* Controver, 6.*num.*25.

Bona

*Bonorum conſervatio in familia non inſpicitur per noſtras*Conſuetudines,*niſi favore maſculorum tãtùm,& illorum ſcilicet,qui primi ſunt ord*[illegible] *ac deſcendentium ex eis,* C[illegible] 3. *num.* 4. *pag.* 12.

*Bona acquiſita per Cleric*[illegible]*ſi caſtrenſia dicuntur,*C[illegible]*pag.*19.

Bono-

*Bonorum reſtitutio non dicitur ſuſpendi, quando pater retinet uſumfructũ in bonis filii, ibidem num.* 50.

*Bona ſubjecta reſtitutioni, vel pro aliquo majoratu vinculata, dicuntur fideicommittentis, non filii impuberis, cujus obitu extinguitur uſusfructus, patri quæſitus, ibidem num.* 57. *pag.* 63. *ſecùs ſi in illis nullũ ſit vinculum.*

*Bona primi acquirentis, qui legem poſuit in ejus filiæ dotatæ renunciatione, ut ipſa, ejuſque liberi excluderentur à qualibet ſucceſſione, remanent prorſus ſoluta ab omni vinculo, Controver.* 20. *num.* 27. *p.* 107.

*Bona noviter quæſita* Conſuetudini *non ſubjacent, ibidem num.* 35. *pag.* 109.

*Bonorum medietas vigore* Conſuetudinis *debita, ſtatim poſt teſtatoris mortem, agnatis, cognatiſque defertur. c.* 25. *num.* 55. *p.* 173.

*Bonorum alienatio prohibita, eſt conjectura valdè efficax, ad inducedam diſpoſitivam filiorum vocationem, Controver.* 42. *num.* 29. *pag.* 199.

*Bona, ſi tranſeant per plures perſonas, an retineant primevam qualitatem, & originem: an verò illa mutetur, mutatis perſonis, Contr.* 43. *à n.* 7. *p.* 202.

*Bona per hæreditatis aditionem, quia fiunt hæredis, idcircò deſinunt eſſe defuncti, ibidem num.* 18. *pag.* 203.

*Bona à matre filio obventa fiũt propria ipſius filii, Contr.* 44. *nu.* 10. *p.* 206.

*Bona, quæ ab avia filio obvenerunt, & à filio nepoti, ſi moriatur nepos, non ſpectant ad conjunctos ex avia, ſed ad illos ex parte filii, C.* 45. *n.* 4. *pag.* 209.

*Bonorum conditio de aſcendente in deſcendentem non mutatur, ibid. num.* 5.

*Bona, ſicuti quando obveniunt à filio ad matrem, mutatur linea, ità à matre in filium, & à filio ad fratres, Controver.* 46. *à num.* 4. *p.* 2 2.

*Bonorum origo non remota, ſed proxima in ſucceſſione attenditur, ib. n* 13.

*Bonorum qualitas ex tranſitu ad alios mutatur, Contr.* 47. *à nu.* 4. *p.* 215.

*Bona* Conſuetudini Neap. *ſubjecta non egent aditione, ibid. num.* 24. *pag.* 116.

*Bona, donata uxori ob pulchritudinem, nobilitatem, vel alia cauſa, dicantur ei immediatè acquiſita, ibidem à n.* 40. *pag.* 217. *& ſeq.*

*Bona ſubjacent juriſdictioni* Urbis, *in cujus diſtrictu ſunt, Contr.* 60. *nu.* 11.

*Bona, ſubjecta noſtris* Conſuetudinibus *in mortis articulo, an poſſint liberè alienari per contractus inter vivos? Controver.* 61. *p.* 269.

*Bona antiqua ad libitum in vita alienans, non tenetur reficere damnum, quod ſentirent agnati, cognatiq; poſt ejus mortem in medietate vigore* Cõſuetudinis, *ſi illa adeſſent, ibidem num.* 16. *pag.* 271.

Caſus

*Caſus à* Conſuetudine, *vel Statuto omiſſus ſub antiqui juris diſpoſitione remanet,* Contr. 2. *num.* 6. *pag.* 7.

*Caſus, non expreſſus in ſtatuto, indiget peculiari explicatione,* C. 10. *num.* 9.

*Caſus conſiderantur, quibus filii poſsũt venire proprio jure ad ſucceſſiones, per matrem renunciatas, ipſa vivente, Controver.* 19. *num.* 11. *pag.* 100.

*Caſus fortuiti poſt inſolutum dationẽ, & venditionem, cedunt in damnum ceſſionarii, & emptoris, Controver.* 23. *num.* 41. *pag.* 124.

*Caſus non expreſſi habentur pro omiſſis, Controver.* 28. *num.* 23. *pag.* 150.

*Caſus omiſſus, nec præviſus in mulieris renunciatione, ei, & filiis non obeſt, Controver.* 31. *num.* 25. *p.* 162.

Cauſa, & Cauſæ

*Cauſa pia, & liberorum à pari videntur procedere, Con.* 5. *nu.* 12. *pag.* 91.

*Cauſæ habent ſua Sydera, C.* 5. *num.* 19.

*Cauſa liberorũ ſemper eſt privilegiata, prout pia Contr.* 22. *num.* 21. 117.

*Cauſa proxima, & immediata in ſucceſſionibus ab inteſtato attenditur, non verò mediata, undè bona obvenerunt, Controver* 47. *pag.* 214.

Cautio

*Cautio, introducta in mulierum renunciationibus, nempè obligatio Virorũ, ad reficiẽdum tantundem de proprio in caſu contraventionis, quando ope-*



Digitized by Google

*retur? Controver.* 4. *num.* 4. *p.*20.

*Cautio, quæ eſt in praxi, nè filii renunciantis poſſint proprio jure ſuccedere, fertur,* Controver. 19. *nu.* 5. *pag.*100.

*Cautio ad excludendos liberos, ex propria perſona venientes, num ſimplici promiſſione ſufficiat, vel verbis declarantibus etiam caſus ſucceſſionis, matre renunciante præmortua, ibidem num.* 8. *p.* 21.

Cedens

*Cedens, ſimplici ceſſione, debet præſtare debitorem ceſſum eſſe verum, & ſolvendo. Secùs in delegatione, vel in ſolutum datione,* Contr.23. *num.*31.

*Cedens, litem aſſumere, omniaq; damna reficere promittens, cenſetur, voluiſſe, ceſſionarium conſervare indèmnem, & illeſum, ac teneri ad intereſſe, ibidem num.* 38 *pag.* 123.

*Cedens, in caſu evictionis paſſæ, tenetur ad damna, & expenſas, num.* 39.

*Cedentis ſine ullo periculo, datio inſolutum dat rei plenè dominiũ, ibid. n.*43.

Ceſſio

*Ceſſio quando dicatur facta demonſtrationis cauſa tantùm, Contr.*23. *nu.*21.

*Ceſſione ſimplicitèr facta, cauſa ſolutionis, ut creditor ſatisfieri poſſit in nomine ceſſo, periculum ſpectat ad cedẽtem, ſi nomen deterioretur, vel non exigatur, ibidem num.* 28. *pag.* 122.

*Ceſſione ſimplici non dicitur ſolvere, & à periculo liberari, ibidem num.* 29.

Ceſſionarius

*Ceſſionarius quietationem faciens per aquilianã ſtipulationem favore cedentis, liberat eum ab omni periculo,* Controver.23. *num.* 32. *pag.* 123.

*Ceſſionarius, factis diligentiis pro conſecutione nominis ceſſi, fundataq; illius inexigibilitate, dirigit greſſus cõtra cedentem, ibidem num.* 35.

Clauſula, & Clauſulæ

*Clauſula, quæ apponi debet in mulierum renunciationibus, nè illæ, nec filii contravenire poſſint, recenſetur,* Controver. 13. *num.* 14. *pag.* 77.

*Clauſula appoſita in donatione, ut in nullo eventu, caſu, & cauſa etiam à legibus permiſſis, illa revocari poſſit, quid operari debeat, Contr.* 5. *n.* 6. *& num.* 8. *pag.* 31.

*Clauſula in capitulis matrimonialibus appoſita (quod alitèr matrimonium non fuiſſet cõtractum) quid operetur?* Controver. 15. *num.* 14. *pag.* 85.

*Clauſulæ in renunciationibus,* omni caſu, via, tempore, ſemper, & in perpetuum, *excludunt omnimodò, ità renunciantes, ib. &* Controver. 19. *pag.* 99.

*Clauſula* omni tempore, *dictioq;* ſemper *perpetuitatem includit,* C.23. *n.* 12. *&* 49. *Idemque clauſula* omni futuro tempore, *num.* 13. *pag.* 121.

*Clauſula* pro ſe, & hæredibus *in renunciatione appoſita, intelligi debet, ubi verè hereditas renunciati delata eſſet, alitèr ſecùs,* C.31. *n.*31. *pag.* 160.

*Clauſula* omni modo meliori *teſtamento* vim *addit, & ſervat,* Controver. 42. *num.* 28. *pag.*198.

*Clauſula,* præſtita cautione laicali, *quid importet? Contr.*53 *num.*6 *pag.* 239.

*Clauſula Codicillaris teſtamento ſuccurrit, nullo ratione ſolemnitatis, ſecùs verò ex alia cauſa, ib. n.*23. *p.* 241.

Clericus

*Clericus, ſi reperiatur ſolus, licet infringere nequeat defuncti teſtamentum pro medietate antiquorum, ex* Conſuetudine, *tamen aperta ei via ab alio agnato laico, in æquali gradu, ſuccedere poteſt, Contr.*21. *n.*14 *pag.*113.

*Sed quid dicendum, ſi laicus nollet agere, vel bonis renunciaret antiquis, an Clericus tunc, aperta jam via per exiſtentiam agnati laici, admittatur ad hanc ſemiſſem* Conſuetudinariam? *affirmativè deciditur, ibidem num.* 17.

Compenſatio

*Compenſationi datur locus cum debito legali, ſi alia cauſa non exprimatur.* Contr. 25. *num.* 4. *pag.* 132.

*Compenſationis extrema ſi deficiant, ſcilicet debitum teſtatoris, & legatarii creditum, non eſt quid ſit compenſandum, ibidem num.* 11.

Compromiſſum

*Compromiſſum petitur inter conjunctos ſan-*

ſanguine ad evitanda odia litium, Contr. 24. num. 17. pag. 127.

In compromiſſo pœnam apponentes, de non contraveniendo, an teneantur? d. Controver. num. 18. ibid. pag. 127

Conditio.

Conditio temporis, appoſita à teſtatore, pro ſolutione legati ſuper certa re, efficit, ut dignoſcatur, legatum eſſe taxativum, Contr. 22. nu. 7. pag. 116.

Conditione deficiente, contractus etiam ſub tali conditione deficit, C. 30. n. 14.

Conditione remiſſa, actus evadit purus, Contr. 33. num. 2. pag. 169.

Conditio, quæ pendet à futuro alicujus mortis eventu, ſi ſcilicet vivus legatarius inveniatur, an prorſus ſit expectandā, ut detur locus legato? C. 49. p. 224.

Côditio niſi verificetur, ſuſpenditur legatum ſub illa relictum, ib. nu. 6. & 9.

Conditione pendente, agere an poſſit fideicommiſſarius, in vita hæredis gravati, ut fideicommiſſum adeſſe, declaretur? Contraver. 50. pag. 228.

Conductor

Conductor feudi non tenetur, militare pro utili Domino, Status locatori, Contr. 34. num. 5. pag. 170.

Conductori redditūum feudi, an competat etiam adhoa à ſubfeudatariis debita? ibidem, num 2.

Conjectura, & Conjecturæ

Conjectura nimis clara ad dignoſcendū, ſi filii in conditione poſiti ſint diſpoſitivè vocati, eſt ubi ab aſcendentibus in fideicōmiſſo ponantur, C 42. p. 195.

Conjecturæ variæ inducunt diſpoſitivā filiorum vocationem, ibi. n. 7. pag. 196.

Conjecturæ, ex quibus tranſmiſſio verè inducitur, recenſentur, ib. n. 20. p 198.

Conjecturæ, ſubſtitutionem non inducētes, tranſmiſſioni proſunt, ibid. nu. 21.

Conſenſus

Conſenſus filii impuberis, ut mater tranſeat ad ſecūda vota, nō ſufficit ad evitandas pœnas; ſed quid tutore conſentiente? Contr. 8. num. 25. & 26. p. 53.

Conſilium

Conſilium ſemper dari debet ad jurgia ſedanda, & ad reſecandas lites, & cōtroverſias, Contr. 5. num. 1. p. 30.

Concluſio conſilii debet eſſe proficua, & utilis, & ibid. num. 17. 18. & 20.

Conſuetudo, & Conſuetudines

Conſuetudo, tanquam correctoria aliarum legum, non extenditur, niſi ad caſum, de quo tantùm loquitur; cum ſit ſtricti juris, Controver. 2. num. 5.

Conſuetudines eo modo ſunt intelligendæ, quo minus lædant jus commune, Controver. 2. num. 7. pag. 7.

Conſuetudo, ſed ſi morienti, ſi tantùm loquitur favore fratris conſaguinei, non debet propterea extendi ad ejus deſcendentes, ibidem, num. 8.

Conſuetudinum, quæ reperiuntur ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt. diſpoſitio recēſetur, ibid. num. 11. 13. & 14.

Conſuetudo quatenus loquitur, eatenus diſponit, Contr. 2. num. 27. pag. 10.

Conſuetudines Neapolis quando fœminas propter maſculos excludant? Controver. 3. num. 2. pag. 12.

Conſuetudines, quæ fœminas excludunt, maſculis exiſtentibus, loquuntur cū qualitate dotationis; Sicque de illis, quæ ex ipſis maſculis dotari, debent de paragio, Controver. 3. nu. 13. pag. 14.

Conſuetudo Neapolis excludens ſorores, quia ipſas dotare tenentur fratres, eſt neceſſariè intelligenda, quoad fratres utrinq; conjunctos, & conſanguineos: non autem quoad uterinos, ceteroſq; ulterioris gradus, qui hoc non gravātur onere, Contr. 3. num. 14. pag. 14.

Conſuetudo Neap. ceſſat, ubi adeſt ſolus Clericus immediatus ſucceſſor; nam poteſt laicus liberè de omnibus teſtari, Controver. 20. num. 25. p. 107.

Sed quid ſi reperiatur alter agnatus remotior, an detur tunc locus ſubingreſſioni, ex ſucceſſorio edicto, ibid. n. 26.

Conſuetudinis, ſi quis, vel ſi qua attenta diſpoſitione, an in ſucceſſione ab inteſtato attendi debeat cauſa immediata, an mediata, ſcilicet prima bonorum acquiſitio? Controver. 43. pag. 201.

Conſuetudo non recipit extenſionē, prout Civium conventio, C. 44. num. 14.

Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua in duobus

Oo ea-

*caſibus vocat proximiores, cum diſtinctione bonorum, ibidem n.*18.*p.* 207.
Conſuetudo Neap. *non gradus prerogativam, ut Ius commune, ſed bonorum originē in ſuccedēdo reſpicit, ib. n.* 26.
Conſuetudo *vocat proximiores ex parte matris in bonis, quæ defunctus acquiſivit ex capite unde cognatus, non ut agnatus, ibid. num.* 28.*pag* 208.
Conſuet. Neap. *ſolùm vocat defuncti proximiores, cum bonorum diſtinctione ex parte parentum,* Con.45.*n.* 10.
*Et de cauſa mediata, vel immediata in ſuccedendo non loquitur, num. ſeq. undè ad jus commune eſt recurrendum, ibid. nu.*12.*pag.* 210.
*Conſuetudo non eſt aliud, niſi ſola Civium pactio,* Contr. 47.*num.*17.*p.*216.
Conſuet. Neap. incip. filius famil. *dat facultatem diſponēdi filiis de bonis maternis, relicta patri legitima; ſed nō de cæteris bonis, in quibus ſervatur Jus commune,* C. 53. *n.*16.*pag.* 240.
Conſuetudinibus Neap. *non ſolùm ligātur Cives, ſed etiam hic habitantes,* C. 60.*pag.* 264.& *n.*21.*p.*266.
Conſuetudines Neapolis, *communi Civium voto fuerunt approbatæ, & ordine Regis in ſcripti s fuerunt redactę ibidem num.* 5.& 6.*p.*265.
*Et vigent ſolùm in bonis ſitis in diſtrictu, nec extra, ibid. num.* 10.*pag.* 265.
*Aliquando verò perſonas ſimul, & bona reſpiciunt nu.*14.*cum ſeqq. d. pag.* 266.
Conſuetudo Neap. *qua filia nupta fit ſui juri, non militat contra patrem regionis exteræ, ibid. nu.*35.*pag.* 268.
Conſuet. incip. etſi teſtator *loquitur per verbum diſponere, in ultima voluntate, non inter vivos,* C. 61. *pag.* 269.

Contractus

*Contractus nomen nō eſt inſpiciendum, ſed attenditur illius ſubſtantia,* Cōtrov. 36. *n.*16.*p.* 178.
*Contractus validitas, promiſſa ſervari omni futuro tempore, eſt attendenda,* Contr 5.*n.*11.*pag.*31.
*Contractus principalis, quando ex juris remedio reſcinditur, acceſſoria promiſſio etiā ruit, & eodem modo fidejuſſio,* Contr.4. *num.*7.*pag.* 20.
*Contractus reſciſſus ob læſionem, ſi amplius non adeſt, nec etiam promiſſio adeſſe poteſt pro obſervantia ipſius, d.* Contr. 5. *nu.* 26.*pag.* 22.
*Contractus irritantur, ob enormiſſimā læſionem, non obſtante renunciatione, ex beneficio,* l. 2. C. de reſcind. vendit. *Contr.*4. *n.*58.*pag.* 26.
*Contractus debet carere omni vitio, deceptione, dolo, & fraude, ibid. n.*61.
*Etiam ſi ſit vallatus juramento, quod non eſt vinculum iniquitatis, ibidem num.* 72. *pag.* 27.
*Contractus, ex nova conventione, & prorogatione termini ſolutionis, reducitur ad naturam contractus cenſualis, cujus capitale eſt demortuum,* Controver. 23. *num.* 42. *pag.* 124.
*Contractus non tendunt, nec pertinent ad ultimas voluntates,* C. 61. *num.* 5.
*Contractus, qui bonis moribus non adverſantur, ſervari debent,* Contr. 63.
*Contractus nomine dignitatis initi per prędeceſſores, ſunt ſervandi à ſucceſſoribus, ibidem num.* 12. *pag.* 278.

Contrahentes

*Contrahentes juxtà uſum Capuanæ, & & Nidi, filiorum ſucceſſioni renunciant,* Contr.10. *pag.* 58.
*Qui niſi expreſsè ſecundùm hunc uſum paciſcantur, eidem non ligantur, licet ſint nobiles earumdem platearum Civitatis Neap.* Contr.9. *pag.* 55.
*Contrahentium pacta, etiam naturali ratione ſuadēte, sūt ſervāda,* C.30.*n.*2.
*Contrahentium voluntas attendi debet, non verborum, ac terminorum diverſitas,* Contr. 36. *num.* 15.*p.*178.

Creditor, & Creditores

*Creditores hæreditarii, aſſenſu carentes, non debent ſatisfieri tantùm de patrimonio burgenſatico, ſed ab hæredibus etiam in feudis, pro rata valoris,* Cōtrover. 26. *num.* 6. *pag.* 141.
*Creditoribus filiorū datur actio ſuper novem dotium partes, debitas vigore* Conſuetudinis, *licet maternas dotes illi non adeant,* C.47.*n.*22.*pag.* 216.
*Creditor in diem, vel ſub conditione, aliquan-*

*quando agere valet antecedentèr*, Cõ*trover*.50. *in fin.num*.7.*pag*.229.

Curator

*Curator promittens, quòd minor, factus major, liberationẽ à ſe factã ratã habeat, aliàs liberatũ indemnẽ reddere; ſi minor docuerit liberationẽ nullã, vel dolo etiam ex re ipſa factum, non tenetur*, Contr.4.*n*.20 *p*.22.

Decretum

*Decretum praeambuli, ac hæreditatis immiſſio quãdo impeditur?* C.12.

*Et M. C. V. praxis refertur, exiſtentibus legitimis cõtradictoribus, ib.n*.12.

*Decretũ praeambuli fit favore hæredis ex teſtamento, omni vitio carente*, Contr.53.*num*.7.*pag*.239.

*Et an ordinari poſſit favore hæredis ſcripti, extranea poſita contradictione? diſtinguitur ibid.à num*. 10.

Dies

*Dies incertus conditionem parit*. C.49.

*Et niſi advenerit, vivente legatario, legatum non debetur, d.Contr*.49.*n*.10.

*Dies data, tempuſq; præfixum ſolutioni, conditionem dicit, ib.n*.15. *p*.226.

Dictio, & Dictiones

*Dictio* quandocumque, *cum ſimilibus, perpetuitatem deſignat*, C.13.*n*.34.

*Dictiones* in perpetuum, ſemper, & in infinitum, *omne tempus comprabendunt, ibidem nu*.35. *cum ſeq. pag*.79.

*Dicto* quandocumque *in contractibus appoſita, liberam partibus facultatẽ tribuit, ibidem, num*. 39. *p*.80.

*Dicto* omne totum, *nihil excludere videtur*, *Contr*. 48. *num*. 8 *pag*. 220.

Doctrina

*Doctrina* Napodani, *noſtri juris municipalis interpretis, fuit ſemper apud omnes maximæ æſtimationis*, Controver. 3. *num*. 23. *pag*. 15.

Dolus

*Dolus ex re ipſa, dolo ex propoſito comparatur*, Contr. 4. *num*. 19.*pag*. 22.

*Dolus non præſumitur, niſi probetur*, Controver. 61. *num*. 9. *pag*. 270.

Dominium

*Dominium directum cenſetur translatum in Eccleſiam, ex ſubmiſſione in emphyteuſim alicuius fũdi, ejus favore facta*, Contr. 36. *num*. 8.*cum ſeqq*.

*Dominium rei transfertur in Eccleſiã abſq; traditione, ibid.nu*.24.*pag*. 179.

*Idq; ampliatur quoad omnes cauſas pias*

*Dominii utilis retẽtio eſt traditio, n*.23.

Dominus

*Dominus utilis deducit meliorationes in fundo factas, attento rei reſtitutionis tempore*, Controver. 37. *num* 13.

*Dominus utilis differt à bonæ fidei poſſeſſore in expẽſis repetẽdis, n*.14. *p*.182.

*Dominus utilis habet jus utendi, fruendi re etiam in meliorationibus factis*, Controver. 38. *num*. 4. *p*. 184.

*Dominus eſſe poteſt ratione proprietatis unus, & rem alius habere jure dominii, fructuſq; perſpicere, ib.n*.11.*p*.185.

*Dominus utilis, non quod impenſum eſt, ſed quod eſt melioratũ conſequi debet tempore reſtitutionis rei, ibid. nu*.16. & 19.

Donatio

*Donatio per liberorum ſupervenientiã revocata, an reconvaleſcat, ſi filii demum nati, illicò moriantur?* Contr. 5. *num*. 3. *pag*. 30.

*Donatio revocata per nativitatem filiorũ, non reconvaleſcit per mortẽ poſtea illorũ, ſi validè revocata ſit, ibid.nu*.4.

*Donatio ad pias cauſas ordinata, nõnulliſque gravata oneribus piis, an revocetur per ſubvenientiam liberorum? ibidem à num*. 6.*cum ſeq*.

*Donatio favore piæ cauſæ facta, ſaltem non eſt revocanda, niſi in quantum lædit legitimam liberorum, qui poſt illam nati ſunt, n*.9.12.& 13.*pag*.31.

*Sicuti nec etiam, ſi dicta donatio reperiretur facta uni ex filiis, quia non revocaretur, niſi quantum eſt cæteris inofficioſa, ibidem num*. 10.

*Donatio per ſupervenientiam liberorũ ipſo jure revocata, an reconvaleſcat, ſi donans dum vixit, non declaravit, velle donationem revocare? anvè cẽſeatur, velle, illam potiùs taciturnitate confirmare, ib.nu*.13.& 16.*p*.32.

*Donatio revocatur ob ſupervenientiam liberorum, non obſtante renunciatione beneficio*, l. ſi unquam, ac tot. tit.

de

Digitized by Google

de revoc.donat.C.4.nu.57.pag.76.

*Donatio ſi ſit remuneratoria, non habet locum in ea,* tex.in l.fœminæ, C.de ſecund nupt.*Contr.8.num.30.pag.53.*

*Donatio feudi habetur ut refutatio, ſi ſit proximo ſucceſſuro,* C.33.*n.20.p.168.*

*Donatio præſumpta, ſi transfert rei dominiũ, ità & titulus fictus,* C.36.*n.4.*

Dos

*Dos mulieris, nato filio octimeſtri defunctæ, non acquiritur patri, ſed dotantibus eſt reſtituenda,* C.5.*n.15.pag.32.*

*Dos, præſertim in Regno ſuccedit loco legitimæ,* Controver.*7.num.7.*

*Dos in filia non debet eſſe minor legitima, d.Controver.7.num.13.pag.41.*

*Dos, ut dicatur congrua, Iudicis, ac boni viri arbitrio, juxtà quantitatem legitimæ liquidari debet, ibidem nu.21. & aliquando excedit legitimam, & uſque ad virilem portionem traſcendit num.22.pag.43.*

*Dotis inofficioſæ* titulus Codicis *eſt introductus ad inſtar querelę de inofficioſo teſtamento, ibid.num.32.pag.45.*

*Dos, quæ fuit minus legitima, ejusque ſupplementum debet liquidari, attento tempore mortis patris, & non antea, ibidem num.34.*

*Dos de paragio vario modo conſtitui poteſt, ibidem num.38.pag.46.*

*Dos competens intelligitur uſque ad legitimam, ibidem num.42.*

*Dos, & pia cauſa æquiparatur, Cont.23.*

*Dotis favore nunquam acquiſitio dicitur perfecta, & irrevocabilis, ut prior deficiat obligatio, ibidem num 18.*

*Dotis lucrum, quo fruitur vir, eſt debitum legale, etſi oriatur à* voluntate, Controver.*24.num.14.pag.127.*

*Dotis reſtitutio fieri debet, licet* viri *nõ adſit promiſſio de reſtituẽdo, ib.n.16.*

*Dos de paragio ſolvitur ex feudo, non ut pro ipſo paragio aſſignetur corpus feudi, ſed in pecunia præſtatur ab herede,* Controver.*26.num.53.pag.145.*

Emphyteuta

*EMphyteuta, finita emphyteuſi, meliorationes in re factas, à domino directo repetit, tempore reſtitutionis inſpecto, non ante, Contr.37.num.17.*

Emptor, & Emptores

*Emptor, revocata feudi venditione, vigore* Conſtit.Conſt. Divæ memoriæ, *habet pro recuperatione pretii ſoluti contra venditorem actionem perſonalem,* Contr.*26.num.43.pag.145.*

Evictio

*Evictio promiſſa de jure, & de facto quid importet? Controver.23.num 2. & 6.pag.120.*

*Evictionis caſus ſit quando ceſſionarius exigere nequit, ibidem num.15.*

*Evictio operatur, ut ſi de facto ſequatur licet injuſto, commiſſa ſit ſtipulatio, ibidem, num.40.pag.124.*

Exceptio, & Exceptiones

*Exceptio* Senat. Conſult.Vellejan.*opponi poteſt adverſus publicum inſtrumentum, non obſtante renunciatione,* Contr.*4.num.33.pag.23.*

*Exceptio* Spurietatis, *contra teſtatoris dicta, an impediat immiſſionem vigore teſtamenti,* Contr.*11.pag.67.*

*Exceptio impotẽtiæ teſtatoris, & incapacitatis hæredis in poſſeſſorio ſummariiſſimo, nõ tenet locũ, ib.nu.6.pag.68.*

*Exceptio altiorem requirens indaginẽ, immiſſionem hæredi ſcripto non impedire poteſt, ibidem num.7.*

*Exceptio de facto probando, altiorem requirit indaginem; & ad petitoriũ reſervatur, ibidem num.9.pag.69.*

*Exceptio firmat regulam,* C.*25.nu.22.*

*Exceptiones dilatoriæ opponi debent in principio litis; præcipuè impedientes proceſſum ob fori privilegium, Contr.41.num.6.pag.193.*

*Exceptioni declinatoriæ non datur locus, ſi ſuo tempore non ſit oppoſita, ibidem num.11.pag.194.*

*Exceptio declinatoria denegatur in Iudicem conſentienti, ibidem num.21.*

Exigibilitas

*Exigibilitas nominis ceſſi: de jure operatur, ut debitum exigi poſſit; de facto, ut facilè exigatur, Contr.21.n.7.*

*Exigibilitate promiſſa, ſi debitor fiat difficilis exactionis, datur regreſſus contra cedentem, ibidem n.14.pag.121.*

*Exigibilitatẽ promittẽs de jure, factoq; tenetur ſemper n.9.*

Feu-

Feudum, & Feuda

F*Eudi ſucceſſio regulatur à lege, & tenore inveſtituræ*, C. 16. *n*. 21. *p*. 90.

*Feudum emptum cum qualitate hæreditaria eodem modo cēſetur, ac alia bona hæreditatis*, Contr. 26. *nu*. 13. *pag*. 141. *& reputatur uti unicum patrimonium, ibidem num*. 14.

*Feudum ex pacto, & providentia novum, omnes qualitates feudi hæreditarii habet, ibidem num*. 30. *pag*. 143.

*Feudi ſucceſſor, ſi ſit ex pacto, & providentia, venit ex propria perſona vigore primæ inveſtituræ, nec illud habet à defuncto, ibidem num*. 26.

*Feudum ex pacto novo eſt ad inſtar feudi hæreditarii*, Contr. 27. *n*. 2. *pag*. 146.

*Feudum novum mixtum, à patre acquiſitum, uti hæreditarium in legitimā filio imputatur*, Controver. 27. *nu*. 6.

*Feudo antiquo non ſuccedit filius facto patris, primi ſ. acquirentis num*. 8.

*Feudum hæreditarium, vel novum in legitimam imputari dicitur, habita ratione valoris feudi, licet in eo ſolus primogenitus ſuccedat, num*. 9. *p*. 147.

*Feuda in trāſverſalibus deferūtur uſq; ad tertium gradum*, Contr. 28. *n*. 10.

*Feudum nequit pro eadem cauſa duplici onere gravari, ibid. n*. 17. *pag*. 150.

*Feudum exaniretur, ſi in qualibet ſucceſſione deſcendentium, & tranſverſalium vita, & militia taxari deberet, ibidem num*. 19.

*Feudi poſſeſſor utilis ſolvit adhoam*, Contr. 34 *num*. 10. *pag*. 171.

*Feudo vaſſallorum juriſdictione carente, quomodo taxetur adhoa? ibid. n*. 25.

*Feudis perventis ad Eccleſias*, Collegia, *Univerſitates, & ſimilia, ſingulis quindecim annis debetur quindemnium*, Controver. 35. *num*. 14. *pag*. 174.

*Feudum penes Eccleſiam ſemper permanet idem, num*. 15.

Feudatarius

*Feudatarius utili potitur dominio in feudo*, Controver. 17. *num* 23.

*Feudatario defuncto, duobus relictis hæredibus, altero in feudo, altero in allodio, meliorationum pretium ſpectat ad hæredem in allodio, attento tamen tempore mortis feudatarii, ibidem num*. 20. *pag*. 180.

Filia, & Filiæ.

*Filia juxtà vires patrimonij dotata, an ipſa vivēs, aut ſui liberi, ea præmortua, petere poſſint dotis, & legitimæ ſupplementum poſt patris obitum, ſi aucta bona paterna inveniantur?* C. 7. *p*. 40. *Et opinionibus hinc inde relatis, Author affirmativam tuetur ſententiam à num*. 27. *p* 44.

*Filia à patre dotata, cenſentur cōgruēter dotata, ibid. nu*. 11. *pag*. 42.

*Filia dotata à patre de bonis paternis, debet conſequi paragium in bonis maternis, de quibus non fuit dotata, ibid. num*. 14. *p*. 43.

*Filia à patre dotata non excluditur à conſecutione ſupplementi paragii, & legitimæ, ibidem num*. 16.

*Filiæ nuptæ præferuntur ab innuptis, & in capillo, juxtà* Conſtit. Regni Neap. *ibidem num*. 8.

*Filia dotata à patre in vita, non poteſt cogi ad reſtituendum quod recepit altrà legitimam, ibidem nu*. 16. *pag*. 45.

*Filia naturalis, & illegitima, à patre dotata, an poſſit petere dotis ſupplementum? ibidem num*. 43. *pag*. 46.

*Filia ut nequeat, quia dotata, petere ſupplementum, intelligitur ubi ſtatutū diſponit, nil aliud poſſe ultra dotem petere, ibidem nu*. 44. *d. pag. & quid attenta* Conſtit. Regni? *num ſeq*. 45.

*Filia ſi ſciviſſet majorem dotem ſibi cōpetere, non utiquè renunciaviſſet, ibidem num*. 41. *pag*. 47.

Filius, & Filii.

*Filio hæreditatem repudianti, adhuc debentur bona antiqua, vigore* Conſuctudinis, *Contr*. 14 *num*. 17. *p*. 83.

*Filii nativitas debet eſſe tempeſtiva, & vitalis, ſcilicet ſeptimo, vel nono menſe, ad hoc ut donatio eo nato revocetur*, Contr. 5. *nu*. 14. *pag*. 31.

*Filii, venientes ex propria perſona, ex capite læſionis adverſus matris renunciationem, non faciunt, ut eorū pater teneatur, de proprio reficere, ſtante antecedenti ejus promiſſione, quan-*



Digitized by Google

quãdo ad hoc idẽ pater nõ cõcurrit, ſed lex eis ſuccurrit, C. 4.n.38.p.24.
Filii, licet ſint hæredes patris, qui uxoris renunciationem promiſerat ſalvã facere, ac ſemper teneri de proprio, admittuntur tamen ad reſciſſionem dictæ renunciationis propter læſionẽ, d. Contr.4.num.31.pag.23.
Filiis competit actio de inofficioſa dote, ad eorum legitimam conſequendã, poſt patris obitum. C.7.n. 30. pag.45.
Filii dotem inofficioſam revocare non poſſunt ex conſenſu parentum adhuc viventium, ibid. num 33.
Filius, qui accepit in vita à patre legitimam, ejuſq; ſupplemento renunciavit, an poſt patris mortem idem petere poſſit? ibid. num. 53.p. 46.
Filius conferre debet, quod habuit in vita patris cum cæteris fratribus in cauſam legitimæ, ibid.n.57.pag. 47.
Filiis præmortuis, matri antephatum competit, non tanquam hæredi, ſed vigore pacti, & Iuris communis diſpoſitione, Contr.8.pag.50.
Filii, mortua matre, in antephato ſuccedunt uti filii, non uti patris hæredes, hoc ſtante ſpeciali pacto in Capitulis matrimonialibus, ibid. nu.2.
Filii, ſicuti ſuccedunt, uti patris hæredes in antephato, niſi expreſsè contrarium ſit cautum, ità & nepotes, ex Conſuetud. Neapol. ib.n.12.p.51.
Filiusfam. Neapoli, ſi nolit cum patre habitare, pleno jure bona materna conſequitur, Contr. 10.num.61.
Et poteſt teſtari de adventitiis, relicta tantùm patri legitima, eumque uſufructu privans, num. 62. pag. 64.
Filii orti ex uxorato, & ſoluta, aliquãdo ſuccedunt ex paterno teſtamento, legitima deficiẽte prole, C. 11.n.4.p.68.
Nec dicuntur nati ex coitu punibili, nec ſucceſſionis incapaces, ib.num.5.
Filius naturalis potius, quàm ſuperius in dubio præſumitur, ibid.n.16. & poteſt hæres inſtitui, num. 17.p.69.
Filii parentes repræſentant, C. 13. n.3.
Filii patris hæredes, tenentur reficere ex paternis bonis, quod contra ipſius patris promiſſionem, obtinuerunt, ibid. num. 12. pag. 77.
Filii tenentur habere ratam renunciationem matris, ſi ſint ejuſdem hæredes, ibid. num.30. pag. 78.
Filii, matris renunciantis hæredes, non poſſunt renunciatarii teſtamentum impugnare, C.18.n.3.pag.96. Secus verò, ſi mater ſit læſa in dote, vel legitima, ibidem num. 4.
Filiorum renunciantis excluſio, etiam à bonis antiquis, pendet ex eo, quia defuncti hæres ſit dictorum bonorum poſſeſſor, uti cauſam habens ab ipſa renunciante, ibid. num. 12.p.97.
Filii renunciantis hæredes excludũtur, ſicut ipſa eſt excluſa, ib. n.14. p.98.
Filiifam. nequeũt eſſe in judicio, niſi mediante patris perſona, C.19.nu.31.
Filii per renunciationem ſe excludentes, efficiunt, ut acquiratur patri, aliiſq; liberis facultas diſponendi; & ità trãsferatur itẽ eorum jus favore hæredis ſcripti, in agnatorum excluſionem, Contr.20.num.23.pag.108.
Filiis, contra matris præmortuæ renũciationem, legitima competit in bonis avi, ſi proprio jure veniant, collatis tamen dotibus, C 30.à n.17.p. 156.
Filii ex fœmina cum illis ex maſculo, & avunculis, patruiſq; ſuccedunt, Controverſ. 31. num. 8.p.159
Filiis ex matre præmortua, etiam de jure patrio datur locus, niſi in ſucceſſione, ſaltem in legitima, ibid. nu. 23.d.pag. 159. non obſtante genitricis renunciatione, num.24. & 26.
Filius, ubi ex propria perſona, nec uti hæres, aliquid conſequi intendit, non tenetur approbare factum matris, ib. num.29. pag. 160.
Filii in conditione poſiti ab aſcendentibus, ex quavis alia leviſſima conjectura, cenſentur diſpoſitivè vocati, Contr.42.pag. 196.
Filii diſpoſitivè vocati ad hæreditatem veniunt ex propriis perſonis, ib.n.3.
Filii poſiti in conditione diverſimodè conſiderantur in deſcendenti, ac in tranſverſali linea, ut cenſeantur diſpoſitivè vocati, ibidem num. 15. pag. 197.
Poſiti cum qualitate maſculinitatis in
condi-

Digitized by Google

*conditione, vel legitimæ prolis, diſpoſitivè vocati cenſentur, n.24. p. 198.*

**Filiis** ex Conſuetud. Neap. *novem dotium partes debentur abſq; ulla aditione,Cont.47.num.16 pag.216.*

**Filii**, *ſi repudiaverint conſuetudinariam bonorum medietatem,à patre eis relictam, non accreſcit illa extraneo hæredi, ſed proximioribus debetur, C.51. num. 18. pag.232.*

**Filiifamilias** *de Iure communi nequeũt de adventitiis teſtari;ſed ex* Conſuet. Neap. *poſſunt, C.53. n.18 p.240.*

**Filiusfam.** *ſine patris conſenſu poteſt ſibi eligere ſepulturam, ſed non teſtari, niſi de peculio caſtrenſi, & quaſi, ibid. num. 24. pag. 241.*

**Filiifam.** *bona in dubio profectitia, non adventitia cenſentur, ibid nu. 20.*

**Filii** *perſona convalidatur conſenſu patris in contractibus, etiam gratuitis,* Contr.54 *num.3 pag.242.*

**Filiafamil.** *extera, nupta Neapolitano,* Cõſuet. *ſubiicitur,C.60.n.28.p.267.*

**Filius** *ob patris deportationem fit ſui juris; ſed reincidit in poteſtatẽ, ceſſãte deportatione, ibid. num.8.p.265.*

**Filia** *à vinculis paternis liberata per monacatum, ſi ad ſeculum, Pontificis authoritate redeat, iterum patrię ſubiicitur poteſtati,C.54.n.12 p.243.*

*Ità pariter, mortuo* viro, *ib.num.18.*

**Filius** *emancipatus ex aliqua cauſa, illa ceſſante,reincidit in patris poteſtatem, ibidem n.22.p.244.*

**Filii** *hæreditates parentum, & aſcendentium ex qualibet linea ipſis delatas, ad deſcendentes tranſmittunt,C. 58. num. 15. & hoc tantùm liberorum favore, num. 16. pag. 255.*

Fideicommiſſarius

**Debet**, *accipere hæreditatẽ de manu hæredis gravati.C.55.n.14.p.246.*

Fidejuſſor

**Fidejuſſor**, *qui neſciens læſionem in cõtractu, fidejuſſit, non tenetur, reſciſſio ipſo contractu ex capite læſionis, cum minimè ei detur recurſus contra principalem, qui revocavit,Controv. 4.num. 8. pag. 20.*

**Fidejuſſor** *juvatur etiam beneficio nullitatis contractus, quem nullum declarari fecit mulier,* ex Senat. Conſ. Velleja *favore,ib. n.34.p. 23.*

Fiſcus

**Fiſcus**, *hæres inſtitutus in feudalibus, tenetur contribuere cum hæredibus in burgenſaticis, oneribus hæreditariis, Contr.26. num. 23. p.143.*

**Fiſcus** *in feudo ſuccedit, ſi ſola adſit ſoror, de bonis fratris dotata,C. 29. n. 15. licet illa proteſtata fuerit,fratre conſenſiente,velle ſibi ſucceſſionẽ feudi reſervare,ibid.num. 10. pag. 152.* Secus,*ſi alii adſint ſucceſſores, n. 16.*

Fœmina, & fœminæ

**Fœminæ** *faciunt partes, earumque cedunt portiones in beneficiũ tantùm fratrum utrinque conjunctorum, cõſaguineorumque,qui eas dotare tenẽtur,non autem favore fratrum uterinorum,qui hoc non habent onus,attentis noſtris Conſuetudinibus Neap.* Cõtr.3.*num.8.pag.13.*

*Dotationis onere ceſſante, ceſſat fœminarum excluſio,Contr.3.nu.16.pag. 14.*

**Fœmina** *per ſtatutum excluſa, maſculis exiſtentibus,nequit dicere teſtamentũ nullum,ſi fuerit præterita; maſculis exhæredatis, & extraneo inſtituto,* Controver.6.*num.16. pag. 36.*

**Fœmina** *à ſucceſſione per ſtatutum excluſa,cenſetur exhæredata nu. 17.*

**Fœminæ** per Conſtit. Regni, *ſtantibus maſculis,excluduntur,dummodo congruè dotentur de paragio, Controv. 7. num.8. pag.41.*

**Fœmina** *eſt immittenda in poſſeſſionem bonorum patris, etſi allegetur, illa eſſe feudalia, quod eſt videndum in petitorio, Contr. 11. n.15.pag. 69.*

**Fœminis** *non obſtat renunciatio in ſucceſſione ab inteſtato,maſculis non exiſtentibus, ſed tantùm ex teſtamento, Contr. 17. num.10.pag.94.*

**Fœminis** *proximioribus excluſis ob renunciationem favore primi acquirẽtis bona,remotiores agnati etiam excluduntur, Contr.20.n.38.p.109.*

**Fœminæ**, *dote accepta, attentis patriis ſan-*

Digitized by Google

ſanctionibus,non ſuccedunt,Cont.31.

Fœminis per Statutum excluſis, deſcendētes ex eis cēsētur excluſi,n.3.p.158.

Fœmina, non ex ſe, ut radix infecta, vel ob ſexus qualitatem excluditur à Iure municipali,ſed ob dotationē,ib.n.9

Fœminæ de jure patrio faciunt partes favore maſculorum, qui dotare tenentur eas, num. 14.p.160.

Fœminarum ſucceſſio,jure communi attento, eſt tantùm per Conſuetud.modificata, ut illę non ſuccedant cum maſculis,niſi in legitima,& dote item deparagio ibid.num. 15.pag. 159.

Fœminarum excluſio ex ſtatuto nō perficitur, niſi tempore ſucceſſionis,n.22.

Fœmina in dote non venit jure univerſali, uti hęres, ſed particulari; nec à ſucceſſione excluditur, niſi ob renunciationem; d.Contr.31.num.11.

Frater, & Fratres.

Fratres patrueles, conſobrini, aut amitini æqualiter an ſemper ſuccedere poſſint,noſtris Conſuetudinibus inſpectis:aut verò inter eos attendi debeat vinculi duplicitas, prout de jure cōmuni diſponitur?C 1.n.2.3. & 6.p.4.

Fratres conſobrini ſunt in quarto conſanguinitatis gradu, d. C.1.n.7.p.4.

Frater utrinque conjunctus in bonis maternis ſuccedit ſimul cum uterino, ad paterna verò concurrit cum conſanguineo tantùm, noſtro municipali jure attento,C.2.num.2.pag.6.

Fratrum appellatione, rigoroſè illi tātùm continentur, qui ex utroque,vel altero parente propagantur, ut ſunt germani, conſanguinei, & uterini, ibid.num. 16. & 18.p.8.

Fratres patrueles dicantur,qui duobus ex fratribus: Conſobrini,qui ex duabus ſororibus: & Amitini, qui ex fratre, & ſorore originem trahunt, ibid. num. 19. pag. 9.

Fratres, vigore Conſuetudinis: Sed ſi morienti; §. quod autem, ſuccedunt etiam in ulteriori gradu exiſtentes, ibidem,num. 20.

Fratres patrueles, & cæteri ſimiles ſimpliciter non dicuntur fratres, n.21.

Nec præfati, fratrum appellatione continentur, in Statutis, nec quòad ju noſtrum municipale,& num.ſeq.22.ſ

Fratres patrueles, ſuccedere an debeāt, abſque ſexus differentia, & admitti æqualitèr ad alterius præd.functi fratris patruelis, & amitini ſucceſſionem? Contr. 3. num.1. pag. 12.

Frater conſanguineus excludit uterinū in ſucceſſione fratris utrinque conjuncti,ſecundùm Conſuetudines Neapolis, ibid.num.7. pag. 13.

Frater, ſive ſoror, cenſetur tanquam præteritus, quādo ei relinquitur mediatas tantùm bonorum antiquorū, quę debetur vigore Conſuetudinis Neapolis Contr. 6. num.20. pag. 36.

Item ſi eidem relinquatur, quod teſtator ei ſolvere debet, num. 21.p.37.

Fratribus,aut ſororibus præteritis,non inſtituta turpi perſona, matris legitima eſt totius hæreditatis tertia, Contr. 6. num. 26. pag. 37.

Frater ſuccedit alteri fratri defuncto in portione antephati materni, uti hæres, non ex propria perſona, Controv.8. num. 20. pag. 51.

Frater an poſſit inſtituere fratrem hæredem cum fideicommiſſo, etiam in bonis antiquis?C.25.n.39.pag.135.

Frater utrinq; conjunctus non ſuccedit alteri fratri de jure patrio, ut agnatus in bonis paternis, & uti cognatus in maternis,ſed ut agnatus ex utraq; parte, Contr.45.n.7.pag.210.

Frater fratri ſuccedens in bonis maternis, dicitur, acquirere à fratre, non à matre, Contr. 46.n.10.pag.112.

Frater ſi fratri, qui fuit matris hæres, ſuccedat, matris perſonā, uti frater defunctus repreſentat,C.47.n.10.

Fraus

Fraus non præſumitur, niſi probetur, Controverſ. 61.n.9.p.270.

Eamq; allegans probare tenetur, n. 10.

Fraus occulta conjecturis patet, n. 11.

Fructus

Fructus reſervati in feudi refutatione differunt ab uſufructu formali reſervato,Contr. 33. n. 9.pag.167.

Fru-

Digitized by Google

*Fructuũ perceptio non cõſtituit jus in feudo, ſed eſt quid ſeparatũ, C.33.n.5.*
*Fructus, vel à ſolo ſeparati, vel ſeparãdi burgenſaticã naturã habẽt, n.6.*
*De fructibus feudi, vita durante feudatarius diſponere, & refutare feudum poteſt, cum fructuũ reſervatione, num.* 7.& 8.*p.*167.
*Fructibus relictis, non formalis uſuſfructus, ſed fructuum perceptio relicta cenſetur, ibid.n.*15.*pag.*168.
*Fructus reſervati in refutatione feudi, percipiuntur à refutante, nõ ſuo, ſed feudatarii jure, ibid.n.*18.
*Fructus, qui jure dominii, & non proprietatis percipit, illos non compenſat cum meliorationibus in feudo, vel in re emphyteutica factis*, Contr. 38. *num.* 12. *pag.* 184.
*Fructus percepti cum meliorationibus non compenſantur, ib.num.*13.
*Fructuum perceptio eſt pars integralis dominii rei poſſeſſæ, num.*14.
*Fructus in vita uſufructuarii maturati, & non exacti, ad ſuos hæredes, an ad proprietarium ſpectent? Cont.* 55.*à n.* 2.*pag.* 245.
*Fructus ab uſufructuario filio perceptos in legitimam imputantur, n.*20.
*Fructus, & redditus conſiſtẽtes in laudemiis, an dicantur percepti, antequã fuerint exacta laudemia*, Contr. 56. *num.* 13. *pag.* 249.
*Fructus naturales maturati non habẽtur ut percepti, dum in arboribus, & ſolo pendent; ità & civiles, dum ſunt apud debitorem, ibid. n.* 15. *Et hoc ob eorum ſimilitudinem, n.*17.
*Fructus dicuntur civiles, & legales, qui Iure debentur, ibid.nu.*18.*p.*250.
*Fructibus civilibus, naturalibuſq; datur medium, in eſſe futuros, & exactos, ibidem.n.*19.
*Fructus non dicuntur iam exacti, quoties dies tantùm ſolutionis venit, ib. num.* 20. *nec quia potuerunt exigi, dicuntur exacti, ibid.num.*25.
*Fructus civiles exigi debent, ut poſſint tranſmitti, ibidem, num.*30.& 31.
*Fructus maturati, & exacti ab hærede gravato ſpectant ad ejus hæredẽ, ibidem, à num.*33.*cum ſeqq. pag.*251.
*Fructus pendentes ſpectant ad proprietariũ poſt mortẽ uſufructuarii, nu.*8.

Gemmæ

*GEmmæ, traditæ ſponſæ à viri conſanguineis nõ cenſetur uxori donatæ, ſed ipſi viro*, C.8.*n.*32.*p.*53.

Gradus

*Gradus proximitas, & non ſexus qualitas conſideratur in ſucceſſione fratrum patruelium, tàm de jure Communi, quàm Conſuetud. hujus Civit. Neap. Contr.*3. *n.*24. *pag.*15.

Gubernator, & Gubernatores.

*Gubernator in bonis Eccleſiæ, uti diligens paterfamilias ſe gerere debet*, C.62.*n.* 14. *p.* 275. *& à debitoribus exigere ſtatuto tempore, n.*16. *aliàs ex lata culpa ad dãna tenetur, n.*17.
*Gubernatores vectigalium, terminum debitoribus dilatare nequeunt, ibid. num.* 12. *ità & OEconomi, n.*13.

Hæreditas

*HÆreditas unum integrale conſtituit in proprietate, & in uſufructu*, Controver. 10. *num.* 47. *p.*63.
*Hæreditatis immiſſio denegari nequit, ſi contradictores egent termino*, Controver. 12. *num.*9.*pag.*73.
*Hæreditas paterna eſt acceptanda per filios cum beneficio legis, & inventarii, nè teneantur ultrà vires*, Controver. 13. *num.* 18. *pag.* 77. *etiam ſi veniant ex propria perſona ad ſucceſſiones, ab eorum parentibus renũciatas, ibid. num.* 19.
*Hæreditas eadem pluribus, varii tamen gradus ab inteſtato non acquiritur*, Controver.15.*num.*16. *p.*85.
*Hæreditas teſtatoris lege, & voluntate ad hæredẽ tranſit*, Contr.25.*n.* 17.
*Hæreditas adita, efficitur hæredis patrimonium*, Contr.43.*nu.*9.*pag.*203.
*Hæreditas nequit, dari mediante alterius perſona, niſi in tribus caſibus, qui recenſentur*, Controver. 47. *à num.* 28. *pag.* 216.
*Hęreditas, cum trãſmittatur jure deliberãdi, Sanguinis, vel alio jure, illã tranſmiſſarius acquirit, non à defuncto,*



Digitized by Google

cto, ſed prorſus à tranſmittente, ibidem, num. 32. & ſeq. p. 217.
Hæreditas non adita an jure Suitatis, & Sanguinis tranſmittatur? Controver. 58. & an detur hæredi minoris reſtitutio ad adeũdam? n. 3. p. 254.
Hæreditas adiri debet, ut adeuntis patrimonium repreſẽtet, ibidem num. 6. & delata pluribus modis tranſmitti poteſt, à n. 18. cum ſeqq. pag. 256.
Hæreditatis in tranſmiſſione, tempore peſtis non requiritur ſcientia, ibid. num. 22. & ità ubi defertur pupillo, vel minori, n. 21. p. 257.
Hæreditas ſemper ut adeunda tranſmittitur, ibidem num. 24. & tranſmiſſa inter bona tranſmittentis ponitur, num. 31. p. 258.
Hæreditas infanti delata, an ſicuti ad patrem, ità ad avum paternum excluſa matre, tranſmittatur? Con. 59.

Hæres, & Hæredes

Hæredi ſcripto impediri nequit immiſſio, quoties teſtamentum omni caret viſibili vitio, Contr. 12. nu. 8. pag. 73.
Et quando contradictores indigẽt termino n. 11. & Contr. 16. n. 15. pag. 90.
Hæredi ſcripto, ſi competat probabile jus, ad excludendos agnatos à medietate antiquorum, non impeditur immiſſio, ibibem num. 18. ità paritèr in bonis feudalibus num. 19.
Hæredi ſufficit jus, ſaltem probabile, & coloratum in agnatorum excluſionem à medietate conſuetudinaria, ut immiſſionem ille obtineat ſine ulla clauſula, Contr. 16. n. 39. pag. 92.
Hæres renunciatarii, ſuccedit ejus loco ad excludẽdos agnatos à ſucceſſionibus renunciatis, C. 17. n. 12. pag. 95.
Hæres filii, qui ſucceſſit patri, excluſa ſorore ob renunciationem, ſi ſit remotior agnatus, an habeat eandem facultatem liberè diſponendi de bonis Conſuetud. ſubjectis, ibid. nu. 13.
Hæres nõ tenetur ſervare promiſſa, niſi teneretur teſtator, Contr. 18. nu. 7.
Hæres utitur jure defuncti, ib. nu. 15.
Hęres renũciatarii nõ indiget, ut medietas vigore Conſuet. ſit prius adita à renunciante, & poſtea ad ipſũ tranſmiſſa, ut excludere poſſit agnatos ab illa, ibidem num. 17. pag. 98.
Hæredes extranei, quando in renunciatione nonſunt contemplati, benè excludantur per proximiores agnatos, & filios renũciantis à medietate bonorum antiquorum, vigore Conſuetud. ſecùs aliter, C. 19. n. 29. pag. 103.
Hæres renunciatarii repreſentat ejuſdem jura, Contr. 20. n. 4. pag. 105. Et locum etiam renunciantis, num. 10.
Hæres ſcriptus potitur in hæreditate iure renunciantis, iam antea tranſlato favore teſtatoris, ib. n. 14. p. 106.
Hæredi datur immiſſio, ſi eius ius ſit clarius illo agnatorũ, n. 44. p. 210.
Hæres extraneus nõ eſt propriè debitor medietatis antiquorum, vigore Conſuetudinis Neap. addictæ agnatis, C. 25. num. 13. & 14. pag. 132.
Hæres, aditionis actu videtur quaſi cõtraxiſſe cum defuncti creditoribus, & legatariis, ibid. n. 15. p. 133.
Hæredis inſtitutio dicitur univerſalis; at particularis in legatis, ibid. n. 21.
Hæres iuxtà diſpoſita non gravatur duplici onere, ibid n. 49. p. 132.
Hæres in allodialibus an contribuere teneatur unà cum hærede in feudalibus ad onerum ſolutionem; an verò pro rata? Contr. 26. pag. 140.
Hæredes omnes ad annuorũ introituũ ſolutionem tenentur ex vi perſonalis obligationis, num. 17. pag. 142.
Hæres in feudalibus tenetur ſolus ad ad onera, quæ procedunt ex feudi natura, d. Contr. 26. num. 35 pag. 144.
Hæres unus nõ debet pro alio plus gravari, quando inęqualis eſt patrimonii valor inter burgenſatica, & feudalia, ibid. n. 10. p. 141.
Hæredes plures ſi adſint, quilibet ex eis actione perſonali tenetur ad onera pro rata, ibid. num. 15.
Hæres in feudo hæreditario tenetur ad onera uſq; ad ejus valorẽ, C. 27. n. 4.
Hæres gravatus, qui bona reſtitutioni ſubiecta meliora reddidit, repetit omnes meliorationes in illis factas, C. 37. n. 11.



Digitized by Google

*Hæres feudatarii, cujus feudum ob lineam finitam ad Regiam Curiam devoluitur, impenſas, & meliorationes recuperat, attento tempore mortis vaſſalli, ibidem num.* 18. *pag.* 182.

*Hæres, hæredis dicitur teſtatoris hæres, eumque repræſentat,* Contr. 47. *nu.* 9. & 11. *pag.* 215.

*Hæres ſecundus, ſi ex propria perſona, nec facto primi hæredis, ad defuncti hæreditatem venit, declarari nequit hæres mediante perſona primi hæredis,* Controver. 47. *num.* 30. *pag.* 217.

*Hæres gravatus fortius habet jus, quã uſufructuarius,* Contr. 55. *num.* 17.

*Hæres gravatus eſt verè dominus, etiã proprietatis rerum hæreditariarum, etſi alienare nequeat, ib. n.* 18. *p.* 246.

*Hæres uſufructuarius ab initio habetur uti gravatus poſt mortem, hæreditatem reſtituere proprietario,* Controver. 57. *à nu.* 8. *cum ſeqq. pag.* 253.

*Hæres jure caret, hæreditate non adita, nec eam tranſmittere poteſt, Contr.* 58. *à num.* 8. *pag.* 255.

Hypotheca

*Hypotheca ſpeciali reſervata cum dominio in bonis venditis, debitum non fuiſſe extinctum, nec pretium ſolutũ oſtenditur, Contr.* 23. *nu.* 26. *pag.* 122.

Immiſſio

*IMmiſſio nõ impeditur per exceptiones, petitorium reſpicientes, Contr.* 11. *num.* 14. *pag.* 69.

Injuria

*Injuria nulla fit volenti, & conſentienti,* Contr. 8. *num.* 24. *pag.* 52.

Introitus

*Introitus, ac fructus in vita uſufructuarii maturati, & non exacti, ad quos ſpectent?* Contr. 56. *pag.* 248.

*Introitus maturati non dicũtur exacti.*

*Introitus annui debentur habita ratione ſummæ capitalis penes debitorem demortui, ibidem num.* 42. *pag.* 251.

Interpretatio

*Interpretatio pacti eſt facienda, quo minus corrigat Jus commune, Contr.* 10 *num.* 28. *pag.* 59.

*Interpretatio fit ſtricta, ubi agitur de obligatione contrahenda,* C. 30. *nu.* 7.

Inventarium

*Inventarii beneficium inducit bonorũ, & Jurium ſeparationem, & eſt valde proficuum hæredibus,* Controver. 13. *num.* 17. *pag.* 77.

*Inventarium valdè confert agnatis, hæredibus, nè medietas, eis in antiquis debita, confundatur,* C. 16. *n.* 29. *p.* 91.

*Inventarii beneficium an proſit hæredi in feudo? Contr.* 27. *pag.* 146.

*Inventarium, nec in feudo ex pacto novo, nec in hæreditario iuvare poteſt, ibidem num.* 3. *pag.* 147.

Juramentum

*Juramẽtum factum in re prohibita per legem civilem, quę primario dirigitur ad bonum publicum, non obligat,* Contr. 4. *num.* 42. *pag.* 25.

*Juramentum non obligat ad faciendum quod ſit culpabile, ibidem num.* 44.

*Juramenti materia non poteſt eſſe quid peccaminoſum, ibidem num.* 45.

*Cum non dicatur iuramentum vinculũ iniquitatis, ibidem num.* 46.

*Juramentum, quod directè vergit in aliquod præjudicium tertii, non obligat, ibidem num.* 47. *pag.* 26.

*Deus non acceptat iuramentum, niſi ſecundùm hominis intentionem, nu.* 69.

*Juramẽtum factum animo iurandi, ſed non ſe obligandi nullam parit obligationem, ibid. num.* 70. *pag.* 27.

*Juramentum ſequitur naturam actus, cui adhæret, ſeù promiſſioni, cui adnectitur num.* 63. *d. pag.* 27.

*Juramentum promiſſorium, adiectum fictæ promiſſioni ex communiori ſententia non inducit obligationem, Cõtrover.* 4. *num.* 65. *pag.* 27.

*Juramenti ſubſtantia eſt, aliquem velle ſe ad promiſſa obligare, num.* 66.

*Iuramentum in re dubia non eſt explicandum, niſi eo modo, quo ipſa promiſſio explicatur,* Contr. 30. *num.* 6.

*Iuramentum ſortitur cõditiones actus, in quo cadit, ibid. num.* 8 *pag.* 155.

*Iuramentum non cadit in eo, quod expreſsè non fuit promiſſũ,* C. 31. *n.* 38. *nec obligat ubi peccatũ n.* 40. *p.* 162.

Iu-

Judex,& Iudices

*Judex in præambuli decretis eſt M. C. Vicaria hic Neap.* C.16.*n.*10.*pag.*89.

*Judicis arbitrio, expenſarum fit extimatio, ut evitetur aliena jactura,* Controver.38.*num.*25.*pag.*186.

*Judices juxtà minus probabilem ſententiam decidere nequeunt,* Controver. 46.*in fin.pag.*213.

Judicium

*Judiciū ſummariū eſt immiſſio, pag.*89.

Ius, & Iura

*Juris Romani regula, quòad vinculi duplicitatem, ejuſque prælationem in ſucceſſionibus, non reperitur correcta per noſtras Conſuetudines, niſi in fratribus tantùm conſaguineo, & uterino, concurrentibus cum utrinque conjunctis ad alterius præmortui fratris ſucceſſionem,* Controver. 2.*num.*25.*pag.*10.

*Jura ſuccurrunt filiis læſis in legitima poſt patris obitum,* C.7.*n.*39 *pag.* 46.

*Iura quando ſunt ſeparata, uno ſublato, alterum non tollitur,* C.10.*n.* 27.

*Iure vario acquiritur, & retinetur, ibi.*

*Iuri renunciato non datur regreſſus,* Controver.13.*num.*5.*pag.*76.*& pag.* 82. *cit.* Contr.*num.* 10.

*Iura renunciantis transferuntur cui fuit facta renunciatio, ibid.num.* 11.

*Iura legitimi contradictoris ſi ſint tàm clara, ut in petitorio nullum admittant obicem, hæredi teſtamentario immiſſionem non impediunt,* Contr. 16. *num.*6.*pag.*89.

*Ius petitorii magis favet hæredi, quàm agnatis, ſi obſtet eis renūciatio ibid.*

*Iuribus hæredis ſcripti in petitorio præjudicatur, ſi in judicio ſummario dicatur,* dempta antiquorum medietate vigore Conſuet. *cum liquidò non conſtet illam agnatis deberi,* Contr. 16.*num.*35. *pag.*92.

*Ius renunciatum dicitur eſſe in hæreditate renunciatarii,* C.18.*n.*13.*p.*97.

*Ius adeundi ſucceſſionem ex* Conſuet. *eſt perſonale, nec tranſmittitur n.* 18.

*Ius accreſcendi eſt potentius ſucceſſorio edicto,* Contr.20.*num.*16.*pag.* 106.

*Iure ſuo qui utitur, dolo non agit,* Controver.40.*num.* 7.*pag.* 91.

*Ius municipale in caſu ubi corrigit, eſt validius jure communi,* Contr. 52. *num.*11.*pag.*235.

*Ius patriæ poteſtatis in hac Civitate deſinit in filiabus nuptis,* Contr. 54. *in fin. pag.*244.

*Iura ſunt juribus concordanda, nu.*21.

*Ius accipiendi fructus naturales eſt facilius jure exigendi fructus civiles,* Controver.56.*num.*16.*pag.*249.

*Ius univerſale prævalet particulari.*

*Ius hæreditatis delatæ eſt perſonale.ibi.*

*Jus, quod trāſmittitur poteſt acceptari, & repudiari,* C.58.*n.*25.*pag.*256.

*Ius tranſmiſſum, ſi ſit acceptatum, cenſetur eſſe de hæreditate trāſmittētis.*

*Ius excludendi fœminas propter maſculos ex ſtatuto, an ad hæredes trāſmittatur? ibid. à n.*28.*cū ſeqq.p.*258.

*Ius deliberandi quando competat? n.* 17.

*Ex infante ad matrem an tranſmittatur? Con.*59.*pag.*259.

*Ius congrui locum non habet, ſi aliquis hodiè emat, & cras donet; ubi donatio ſit* vera, *& non ſimulata, licet ad evitandum jus congrui,* Controver.61. *num.*21.*pag.*271.

Laicus

*Laicus proximior, ſicuti non poteſt ſuccedere* Clerico, *vigore* Conſuet. Neap. *ad antiquorum medietatem: ità & Clericus, contra ipſius laici liberam diſpoſitionem venire nequit, ratione æqualitatis ſervādæ,* Contr. 21. *num.*6. *pag.* 112. *Idemq; ſi agatur de Iure congrui, cui nec activè, nec paſſivè ligatur* Clericus, *nu.*8.

*Laicus, ſi viam faciat Clerico ad antiquorum ſucceſſionem ex* Conſuetud. *uterque admittitur, num.* 11. *p.*113.

Laudemium

*Laudemiū debetur etiam uſūfructuario, Cont.* 34.*n.*14. *p.* 171.

*Laudemium an teneatur ſolvere, qui rem emit, quam prior domi nus, ejuſdemq; rei venditor alicui Eccleſiæ ſubmiſerat in emphyteuſim certo pretio, itēq; quindēnia ex trāſitu in manus mortuas?* C.35.

*Lau-*

*Laudemium debetur ex venditione rei emphyteuticæ; & quindemnia ex illius tranſitu in manus mortuas, ibidem, num.5.pag.173.*
*Laudemium ſolvere tenetur emptor rei, in emphyteuſim ſubmiſſæ, etſi pro certo pretio, cum pactis tamen emphyteuticis,* Contr.36.*n.*5.*p.*176.
*Laudemii ſolutio non fit in cenſu conſignativo,&reſervativo,n.*13.*pag.*177.

Læſio

*Læſione enormiſſima exiſtente, ſeu dolo ex propoſito, non poteſt inveniri modus, quo is, qui obtinuit mulieris renũciationem, etiam cum viri promiſſione ad tantundem de proprio dicatur tutus, & ſecurus,* C.4.*n.*23.*p.*22.
*Læſionis remediũ nullo pacto poteſt excludi à contractibus,* C.4.*n.*29.*p.*23.
*Læſio modica ſufficit ad reſcindendum cõtractum, à minore initũ ibid. n.*39
*Et prodeſt etiam fidejuſſori minoris reſtitutio in integrum,num.*40.*p.*24.
*Læſioni enormiſſimæ, cui lex ſuccurrit, renunciari non poteſt, etiam cum juramento, præcipuè in præjudicium tertii, & in damnum publicæ utilitatis, ibid. num.* 74. *pag.* 28.
*Læſio ubi enormiſſima adeſt, ibi, & dolus,* Contr.7.*num* 49. *pag.* 47.

Legatum, & Legata

*Legatum ſolvendũ ſuper pretio alicujus fũdi, vel alterius rei, quæ vendi debet, an cenſeatur demonſtrativè, vel taxativè relictum?* Cont.22.*p.* 115.
*Legatum eſt adinſtar certæ ſpeciei,ſi ſit relictum in pretio rei, ibid.num.*4.
*Legatum in dubio eſt judicandum taxativum, ſi ſit ſuper re certa, nu.*9.
*Legatum pium, licet videatur taxativum, an reſolvatur in demõſtrativũ, favore piæ cauſæ? num.ſeq.* 10.
*Legatum taxativum præfertur cæteris legatis ſuper illa re, vel fundo, in quo fuit relictum; nec patitur diminutionem, ſi hæreditas non ſit ſolvẽdo pro aliis legatis,ibid. nu.*13.*p.*117.
*Legata quãtitatis diminuũtur pro rata, nõ exiſtẽte hæreditate ſolvẽdo,n.*14
*At non ità legata certæ ſpeciei,quæ non patiuntur diminutiooem, num.*15.
*Legatum ſpeciei dicitur ſpeciale, & quantitatis eſt generale, num.* 16.
*Legatum perimit,re in ſpecie legata perempta, ibidem num* 19.*p.* 117.
*Legatum, quomodo dignoſcatur, an ſit demõſtrativè, vel taxativè relictum ſuper re certa, ibid.nu.*5.*p.*116.
*Legata Medico congrua quantitas, an compenſetur cum ſtipendio eidem ſpectanti pro laboribus erogatis, præcipuè in ultima defuncti infirmitate?* Controv. 24. *pag.* 126.
*Legatum quando compẽſari debeat, regulæ aſſignantur, ibid. num.* 3.
*Legatum non compenſatur cum debito voluntario, proveniente ex contractu libero, ibidem num.* 5.
*Legatum Medico relictum, compenſatur cum ſtipendio, ei de jure debito, ibidem num.* 9.*pag.* 127.
*Legatum, à debitore creditori, animo compenſandi debitum neceſſariũ,cenſetur factum, ibid.num.*11.*pag.* 127. *non verò* voluntarium,*num.*12.
*Legatum à viro cum quarta uxoria compenſatur, ibidem, nu.* 13.
*Legatum factum à patre filiæ, vel ab avo nepoti, compenſatur cum dote, ib.n.*22.*& filio, in legitimam, nu.*23. *vel cum alimentis, n.* 24. *niſi conſtet contrarium ex teſtatoris mente,ibid.* p.178.*& cum vita,& militia,nu.*26.
*Legatum factum à viro uxori compenſatur cum dotis reſtitutione,nu.*25.
*Legatum uxori relictum compenſatur cũ lecto, ac viduitatis veſtibus n.*27.
*Legatũ tutori,cenſetur ad tutelæ onus relictum; nec debetur, ſi tutor noluerit illud acceptare, nu.* 29. *pag.*129.
*Legatum Advocato, & Procuratori, cenſetur factum animo compenſandi cum laboribus,ibid.nu.*31. & 32.
*Legatum, vel inſtitutio in aliqua parte hæreditatis, favore proximiorum de agnatione, an compenſetur cum bonorum medietate vigore* Conſuetudinis *debita?* Contr. 25. *pag.* 131.



Digitized by Google

Refertur opinio negativa, nu.3. ſed affirmativa ſuſtinetur à n.29. p.134.

Legatum nō tranſit in legatarium, niſi adita hæreditate, ibid.num.26.

Legatum filio compenſatur cum legitima, & filiæ relictum, cum dote, ibid. num. 31. & 33. pag.134.

Legatum uxori compenſatur cum fructibus, perceptis à viro in bonis paraphernalibus, ibid.num. 38.pag.135.

Legatum pro certa cauſa, ac re particulari, non compenſatur cum debito, etſi legali, ibidem num.58.pag. 137.

Legatum factum conſaguineo, amico, vel Eccleſiæ, de re aliena ignorantèr, tenet, & æquivalens legatario debetur, Contr. 48. num.2.pag.219.

Legatum rei antiquæ, cujus medietas pertinet ad agnatos, cognatoſq; vigore Conſuetud.Neap. an integrum legatario debeatur? ibid.num.4 precipuè, ſi legatarius ſit conjunctus familiaris, vel pia cauſa, n. ſeqq.p.221.

Legata re, quæ tota teſtatoris non erat, in dubio intelligi debet, relictum jus, quod in ea teſtator habebat, ibidem num. 5. ſed limitatur ubi contraria eſt diſponentis mens, & n.26.pag.222.

Legatum per verba: lego totum fundū, an totum debeatur, ſi pars illius reperitur alteri ex contractu obnoxia? ibid. num. 7. pag. 220.

Legata domo, cujus teſtator in una portione erat dominus, alia fideicommiſſo ſuppoſita, ſi dixit, lego domū ubi habito, integrum an debeatur legatum? ibid. num. 11.

Legata conſanguineis, amicis, & piæ cauſæ favore, latiſſimè ſunt interpretanda, ibid. num. 19. pag. 221.

Legatum pium alicujus rei, quam cum aliis in communi teſtator poſſidebat, licet ignoranter, valet, & integrum debetur, ibid. num. 21.

Legatum conjuncto, vel amico relictum de re alteri hypothecata, liberum eſt ab hærede præſtandum, quaſi jus luēdi ei cenſeatur injunctum, ibid. n.22.

Legatum quando eſt conditionale, debet ſuſpendi ejus executio, donec verificetur finis, ac teſtatoris voluntas, Controver.49. nu. 5. pag. 225.

Legatum, ſi reſpiciat mortem tertii, non debetur, legatario præmortuo ante hujus perſonæ obitum, ibid. num. 11.

Legatum cum ſit ſub cōditione, peti nequit, niſi ea adimpleta ibid. num.14.

Legatum repudiatum, vel caducatum, fingitur, ac ſi nunquam fuiſſet legatarii, & auget hæreditatem, favore ſolius hæredis, ibid. num.21. p.227.

Legatum non poteſt dici caducatū, uno deficiente ex legatariis, ibid.n.22.

Legatarius

Legatarius ſpeciei dicitur in re legata melioris conditionis, cum in ſpecie ſit magis dilectus, Contr.22.n.18.p 117.

Legatario creditori, quod fuit relictū, compenſatur cum debito legali, & neceſſario, Contr.25.pag.131.

Legatario mortuo antè cōditionis evētum, legatum ruit, C.49.n.7.p.224.

Legitima

Legitima matris in bonis filii quanta ſit, ſi peculiariter in ea inſtituatur, univerſali hærede pia cauſa relicta, cæteriſque collateralibus, etſi primi ordinis abſq; cauſa prætcritis, Contr. 6.num.2. cum ſeqq. pag. 34.

Diſſeritur, an ſit tertia tertiæ? & eſſe tertiam totius hæreditatis ſuſtinetur à num.4. uſque ad fin. Et de communi opinione, oſtenditur num.5. rationibus comprobatur num.6. & 12. pag. 35. & 36.

Legitima ſicuti debetur deſcendentibus, ità, & aſcendentibus, ibid. num. 6.

Aſcendentium legitima portio eſt aucta, non alitèr ac deſcendentium. num.7.

Legitima fratribus, aut Sororibus nulla debetur ex teſtamento, niſi inſtituta turpi perſona, ibidem num. 8.

Legitima matris eſt tertia totius, quoties fratres, aut ſorores defuncti, à quo non fuit turpis perſona inſtituta, non concurrunt cum matre, nec faciant partem, quia finguntur, ac ſi non eſſent, num. 9.pag. 35.

Legitima regulatur more ſucceſſionis ab inteſtato; ſed cum illis ſolùm perſo-

nis

*nis, quæ æqualitèr concurrunt in legitima, condito teſtamento, num.* 14.
*Legitima non debetur inter Collaterales, niſi turpi aliquoties perſona inſtituta, num.* 15. *pag.* 36.
*Legitimæ favor præponderat, & eſt item potior favore piæ cauſæ, ibid. nu.* 28.
*Legitima, à patre in vita filio aſſignata, auctis paternis facultatibus, an augeatur poſt mortem?* C. 7. *n.* 10. *pag.* 42.
*Legitima eſt quota bonorum, & liquidatur, attento patrimonio mortis tẽpore, ibid. num.* 55. *pag.* 47.
*Legitima verè non dicitur quod in vita filiis datur, ibid. num.* 56.
*Legitima, & dos augetur, auctis paternis facultatibus, ibid. num.* 58.
*Legitima deduci nequit ex feudo mixto antiquo, quod habetur ut i feudum ex pacto, & providentia, Controver.* 27. *num.* 7. *pag.* 147.
*Legitima, primogenito debita in feudo hæreditario, quanta ſit? ibidem nu.* 11. *&* 12. *pag.* 148.
*Legitima non debetur tranſverſalibus, niſi turpi inſtituta perſona,* C. 28. *n.* 9.
*Legitima non privatur qui alterius favore à ſucceſſione excluditur, Controver.* 31. *num.* 16. *p.* 160.
*Legitimam parentibus filii relinquere tenentur, ſi aliorum favore diſponãt, etiã de adventitiis ex* Jure *municipali, Contr.* 53. *num.* 14. *pag.* 240.

Lex, & Leges

*Lex, quæ immediatè dirigitur ad bonũ publicum, & ad tollendas fraudes, obligat ad culpam, Contr.* 4. *nu.* 25.
*Lex patris dotantis conſilio conſiſtit, Cõtrover.* 7. *num.* 46. *pag.* 47.
*Lex municipalis dubiis verbis nõ tollit, quod clarè habetur ex* Jure *Communi, Contr.* 10. *num.* 38. *pag.* 61.
*Legem imponere, quàm vult, primus acquirens bona, benè poteſt, Contr.* 19. *num.* 31. *pag.* 103.
*Legis authoritatem, ejuſque ſanctiones cuſtodire, naturametipſa nos edocet, Controver.* 30. *pag.* 154.
*Leges, tàm communes, quàm municipales ſunt ſolùm intelligẽdæ in caſibus, in quibus loquuntur, nec ad alios extendi debent, ibid. num.* 3. *p.* 155.
*Lex magis indulget utilibus, quàm voluptuariis in re expenſis,* C. 39. *nu.* 2.
*Lex nova veterem corrigit; ſed non in caſu, de quo non loquitur, Controver.* 44. *num.* 16. *pag.* 207.
*Quia tunc recurritur ad* Jus *Commune, num.* 30. *p.* 208.
*Lex intelligi debet juxtà terminos legis interpretantis,* C. 59. *n.* 7. *p.* 260.
*Lex municipalis loci, ubi filia fuit nupta, non operatur contra patrem exterum,* C. 60. *num.* 34. *pag.* 268.

Locatio

*Locationi factæ à tutore tenetur ſtare minor, finita tutela,* C. 63. *n.* 1. *p.* 276.
*Ità à Prælato, & loci pii Rectore, ſi fiat locatio, tenetur eidem ſtare ſucceſſor, ibid. num.* 2. *pag.* 277.
*Si nulla adſit fraus, vel dolus, num.* 3.

Majoratus

M*Ajoratus poſſeſſor, ſi diſſipet, poteſt ante obitum conveniri pro idonea cautione,* C. 50. *num.* 5. *p.* 228.
*Majoratum, vel fideicommiſſum pretẽdens, vivente poſſeſſore, ut declaretur ad ſe ſpectare, an agere poſſit? ibid. à num.* 3. *pag.* 229.

Maritus

*Maritus promittens, mulierem, & filios naſcituros non contraventuros renũciationi, & teneri ad damna de proprio in caſu contrario, habetur tanquàm fidejuſſor,* C. 4. *n.* 6. *pag.* 20.
*Maritus promittens, quod uxor ſua renunciabit; idque curare, & facere, itaut faciendo ſuum poſſe, non excuſetur, inefficaciter obligatur, ſi adhibitis diligentiis, mulier non vult renunciare, num.* 15. *pag.* 21.
*Maritus ſi fecerit expenſas in rebus dotalibus uxoris, quas demum uxor ſit venditura, licet voluptuariæ, habentur tamen ut utiles,* C. 39. *n.* 3. *p.* 187.

Maſculus, & Maſculi

*Maſculorum prælatio nõ conſideratur per noſtras Conſuetudines, niſi quãdo ſuperſunt defuncti fratres, filii, vel deſcendentes ex fratribus; Nàm* 

extra

Digitized by Google

extra prædictos nulla adeſt Conſuetudo, ex qua fœmina excludatur, Contr. 3. num. 12. pag. 14.

*Maſculis inſtitutis à primo acquirente, fœminis excluſis, ſubſtitutoq; extraneo, non fit locus agnatis ad bona antiqua ex* Conſuetud. *dato ſubſtitutionis caſu*, Contr. 20. n. 37. p. 109.

Mater

*Mater binuba tenetur reſervare filiis ex primo matrimonio proprietatem lucrorum, quæ à primo viro ei obvenerunt*, C. 8. n. 14. pag. 51.

*Matre defuncta, filii prioris matrimonii ſuccedunt ad obventa à primo viro, & à filio primi thori, excluſis cæteris ex* alio ortis, *ibid. num.* 15.

*Mater ſolùm uſumfructum retinet in bonis, ei obventis à primo viro, vel à filio prioris thori, ibid. num.* 16.

*Sed hoc intellige in bonis, perventis à patre, non aliunde, num.* 17.

*Et in caſu, quo mater primò nubat, & poſtea ſuccedat; nam ſi prius ſuccedat, & poſtea nubat, non privatur proprietate, ibidem num.* 18.

*Mater tenetur ſervare filiis prioris matrimonii, etiam quæ habuit ex cauſa necis viri, num.* 19. *pag.* 52.

*Matris promiſſio, ut filii remaneant obligati, ad habendam ratam ſuã renunciationem, etiamſi ex eorum perſona venirent, an ipſis officiat?* Controver. 13. *num.* 25. *pag.* 78.

*Matris renunciatio filiis non obſtat, licet ſint ejus hæredes, ibidem num.* 26.

*Matre renunciante præmortua filii veniunt proprio jure, ibid. num.* 27.

*Matris renũciatio habet locum ipſa vivente, non ſi præmoriatur ſuis filiis, n.* 28. & Controver. 18. *p.* 95. & 96.

*Mater renuncians, ſi in medio exiſtat, ſicut & ipſa, ità ejus filii excluduntu*, Controver. 19. *num.* 12. *pag.* 100.

*Matre excluſa à ſtatuto ob dotem acceptam, ejus filii non excluduntur in bonis avi à ſupplemento legitimæ*, Cõtrover. 31. *num.* 10. *pag.* 158.

*Matris præmorientia, niſi ſit expreſsè conſiderata in renũciatione, filiis nõ obſtat, ib. n.* 32.

*Et poſt ejus obitũ benè venire poſsũt ad legitimæ ſupplementum, nu.* 33. *p.* 160.

*Matre, quæ filio ſucceſſit, mortua, non veniunt ad ejus ſucceſſionem conjuncti ex parte ſui viri*, C. 47. *n.* 13. *p.* 215.

*Mater etiam de Iure patrio excluditur per ſubſtitutionem pupillarem à filii legitima*, Contr. 51. & 52. *p.* 236.

*Sed contrarium eſt dicendum in ſubſtitutione reciproca inter impares, n.* 21.

Matrimonium

*Matrimonium contrahens animo non ſe obligandi ad reddendum debitum conjugale, non ſeriè contrahere velle cenſetur*, Contr. 4. *num.* 67. *pag.* 27.

Medietas

*Medietas bonorum antiquorum proximioribus relicta, non judicio defuncti agnati, ſed providentia* Conſuetudinis *debetur*, *Contr.* 6. *num.* 23. *pag.* 36. & *Contr.* 25. *num.* 9. *pag.* 232.

*Medietas antiquorum agnatis debita ex* Conſuetud. *non eſt quota hæreditatis, ſed bonorum, Contr.* 16. *nu.* 28.

*Medietas hęc an debeatur remotioribus agnatis, cognatiſque ubi adeſt renunciatio proximioris in gradu, translativè peracta teſtatoris favore?* Controver. 17. *pag.* 93.

*Medietas cõſuetudinaria acquiritur ut quota bonorum*, C. 20. *n.* 20. *p.* 107.

*Medietas pręd. ſpectat ad proximiores agnatos, cognatoſq; aliquo decedente ſine liberis in hac* Civitate, *nam de altera ſolùm liberè teſtari poteſt*, Cõtrov. 21. *num.* 4 *pag.* 111.

*Medietas antiquorum bonorum, vigore* Conſuetudinis *debita, à defuncti hæreditate ſeparatur, ibidem num.* 12. *pag.* 112. & *Cont.* 25 *n.* 16. *p.* 133.

*Medietas eadem, poſtquam fuit delata, vnicuiq; ex proximioribus agnatis, cognatiſq; defertur, ib. n.* 18. *pag.* 113.

*Et debetur itẽ poſt teſtatoris mortem, nõ antè*, Contr. 25. *num* 6. *p.* 132. *Conditione* Cõſuetudinis, *n.* 10. *Et agnatis ad inſtar legitimæ defertur, n.* 42. *Nec in illa poteſt imponi onus, n.* 43.

Meliorationes.

*Quo tempore attento æſtimentur?* C. 37. *p.* 178.

Me-

*Meliorationes repetit, qui eas fecit, cũ res melior evaſerit. ibid. nu* 8. & 9.

*Meliorationes à feudatario factæ, vel ab emphyteuta, alioq; utili domino, vel uſufructuario, quo tempore æſtimentur?* Contr. 38. *pag.* 183.

*Meliorationes in feudo ſunt reſtituendæ, ſi feudum magno fiat valore, ibid. num.* 20. *pag.* 185.

*Meliorationum expenſæ voluptuariæ differunt ab utilibus, quibus magis lex indulget,* Contr. 39 *pag.* 187; *Sed an ex voluptuariis fiant utiles, ob majorem rei melioratæ valorem? ibidem, num.* 7 & 8.

*Meliorationum valor eſt deducẽdus integer in beneficiũ poſſeſſoris rei, obligatæ creditoribus hypothecariis, ibidem num.* 18. *pag.* 188.

*Meliorationes recuperat poſſeſſor hypothecaria conventus, juxtà rei æſtimationem tempore ſententiæ, ibid. num.* 19. *pag.* 189.

*Meliorantis eſt in electione, juſtum pretium offerre, deductis meliorationibus, fundum retinere, vel ſecùs, à num.* 21. *ad num.* 24. *p.* 190.

Melius

*Melius eſt hodiè habere, quàm cras poſſidere, & illo nunc frui, quod tractu temporis amittere poſſumus in totũ, vel in partim, Contr.* 5. *num.* 20.

*Melius eſt parum ſtatim poſſidere liberè, quàm tractu temporis multum ſub onere, ibidem num.* 21. *pag.* 32.

Minor

*Si reſcindat contractum, ab alio ejus nomine geſtũ, qui etſi promiſiſſet, nedum minorẽ ratum habiturum, ſed quod nec reſtitutionem petet; non tamen id promittens ad obſervantiam tenetur, Controver.* 4. *num.* 17. *pag.* 21.

*Minor dolo inductus, ad contrahendũ, ſi reſtituatur in integrum, eius reſtitutio fidejuſſori etiam prodeſt, ibid. num.* 18. *pag.* 22.

*Minor læſus reſcindẽs cõtractũ eius nomine geſtũ, in quo fuit promiſſa ipſius ratihabitio, non operatur, ut ex hoc contra promittentem cõmittatur ſtipulatio rati,* Contr. 4. *nu.* 41. *pag.* 24.

*Idemq; eſt pariter dicendũ in* Curatore, *promittẽte minoris ratihabitionẽ,* 42.

*Minoris inſania ceſſante, ceſſat paritèr cura, Contr.* 54. *num.* 11. *pag.* 243.

*Minor mulier, mortuo viro redit in poteſtatem Balii, & curatoris, ibidem num.* 14.

Mors

*Mors civilis dicitur profeſſio in Monaſterio, præcipuè ſucceſſionis incapaci, uti etiam deportatio,* C. 19. *n.* 16.

*Morte quemadmodum nil certiùs, ità nil incertius eſt hora ejus,* C. 50. *n.* 2.

Mulier, & Mulieres

*Mulier juvatur beneficio* S. Conſ. Vell. *etſi principalitèr cum aliis obligata,* Contr. 4. *num* 32. *pag.* 23.

*Mulierũ genus eſt tenaciſſimum; & nõ ità facilè donãt,* Contr. 7. *num.* 52.

*Mulieres ſecundò nubentes variis ſubiiciuntur pænis,* Cõtr. 8. *n.* 13. *pag.* 51.

*Mulier non tenetur filiis primi thori ſervare, quæ ei fuerunt donata à viro plebejo, aut ſeni, quia titulo oneroſo illa acquiſivit, ibid. num.* 28. & *reſtringitur hæc concluſio ad tempus contracti matrimonii, n.* 29. *pag.* 53.

*Mulieri donata, viri contemplatione, an ſubjaceant diſpoſitioni* legis, fœminæ? *ibidem num.* 31.

*Mulier dotata, quæ ampliſſimè renunciavit cunctis ſucceſſionibus, omninò excluditur, nec impugnare poteſt ultimi ex renunciatariis diſpoſitionem* C. 14. *p.* 81. & *renuncians excluditur etiam à dotãtis hærede extraneo, ibidem, num.* 9. *pag. ſeq.*

*Mulier primogenita, ſi dotationis tempore proteſtetur, nolle ſucceſſioni feudorum renunciare, patre conſentiente, an præjudicet alteri ſorori in capillo? Controver.* 29. *pag.* 151.

*Mulier dotata ex* Regni Conſtit. *excluditur à ſorore in capillo, ibid. num.* 12. *Secùs ſi ſola patri ſuccedat, n.* 13.

*Mulieris dotatæ renunciationi ineſt tacita conditio, ſi ea vivente ſucceſſio deferatur, nõ verò filiis poſt ejus mortem, Controver.* 30. *num.* 11. *p.* 155.



Digitized by Google

Mulier dotata, quæ per ſtatutum à patris dotantis ſucceſſione excluditur, ſi contingerit ejus fratrem mori poſt aditam hæreditatem paternam, à fraterna ſucceſſione non excludetur, Cõtrover. 43. num. 10. pag. 202.

Mulier Neapolitana per nuptias fit ſui juris, Contr. 54. num. 5. pag., 243.

Quid ſi efficiatur vidua, an reincidat in patriam poteſtatem? ibid. n. 6.

Mulier minor redit in poteſtatem balii, & curatoris, mortuo ejus viro, ibidem, num. 14. p. 244.

Nemo

Nemo alienũ factum promittendo obligatur, Contr. 4. n. 13. pag. 21.

Nemo poteſt ſimul unico actu intendere contradictoria, Contr. 4. num. 68.

Nemo poteſt ditari alienis impenſis, aut alterius damno, Contr. 39. n. 9. p. 188.

Nepos, & Nepotes

Nepotem, non tenetur, alere patruus, Controver. 28. num 10. pag. 149.

Nepotes ex filia, quæ dotata renunciavit, an venire poſſint adverſus avi hæreditatem pro conſecutione legitimæ, matre præmortua, non obſtante patris promiſſione reficiẽdi de proprio? Controver. 30. num. 10. pag. 155.

Nepotibus competit jus ad ſucceſſionem avi, uti ſui hæredes, etſi cum avunculis, & patruis concurrãt, num. 13.

Nepotibus ab avo materno præteritis, ſtante clauſula codicillari, ſaltem datur recurſus ad legitimam, quæ eis de jure debetur, ibidem num. 15.

Nepotes ex fœmina, etſi ob matris dotationem cenſentur excluſi à ſtatuto, poſſunt verò proprio jure ad avi hæreditatẽ venire, Contr. 31. n. 5. p. 158.

Nepos emancipatus à patre, ut ponatur in avi poteſtatem, reincidit in patris vincula, mortuo avo, Contr. 54. n. 7.

Nobiles

Nobiles Platearum Capuanæ, & Nidi, ſed more Magnatum viventes, quomodo hic contrahere intelligantur? Controver. 9. num. 2. p. 54.

Nomen debitoris

Nomen debitoris intelligitur datũ pro faciliori exactione, quando eſt adjectum in executione, nõ autem in obligatione promiſſæ ſolutionis, præſertim in favorabilibus, Controver. 23. num. 22. pag. 121.

In datione verò in ſolutum, ſufficit præſtare debitorem eſſe verum, & efficaciter obligatum, non quod ſit ſolvendo, ibid. in num. 5. pag. 120.

Nomen debitoris ceſſum æſtimatum, recipiẽti præjudicat, ibid. n. 24. pag. 122.

Nomen idem cedens pro dote, tenetur præſtare exigibile, etſi non ſit conventum; & extenditur etiam ad intereſſe, ibidem num. 18.

Nullitas

Nullitas principalis obligationis, quæ eſt ob defectũ formæ, efficit, ut contractus ab initio non valeat, Controver. 4. num. 35. pag. 23.

Obligatio

Obligatio viri, qui promiſit, uxorem ſuam renunciaturam, eſt invalida, ſi ipſa poſtea nolit renunciare, diligẽtiis adhibitis, C. 4. n. 16. p. 21.

Obligatione principali nulla, cenſetur pariter nulla obligatio illius, qui in ſolidum ſe obligavit, nu. 27. pag. 22.

Obligatione ab alia ſeparata, non fit inter eas illatio, Con. 4. n. 54. pag. 26.

Obventio, & Obventiones

Obventiones non exactæ, non pertinent ad hæredes gravati, C. 55. n. 6. p. 246.

Ità nec ad hæredes uſufructuarii, n. 7.

Obventiones non exactæ ſicuti ad fideicommiſſarium, ità ad proprietarium hæredẽ pertinent, ibid. nu. 8. cum ſeqq.

Quia uti reperiuntur in hæreditate poſt mortem gravati, ità in uſufructu, poſt uſufructuarii obitum, n. 13. ibid.

Obventiones, quæ exigi non potuerunt, habentur pro fructibus immaturis, Contr. 57. num. 5. pag. 253.

Oeconomi

Oeconomi, & Eccleſiarum Rectores, cæteriq; Adminiſtratores an poſſint debitoribus dilationes ſine cauſa concedere? Controver. 62. pag. 274.

Oeconomi debitum diſſolvere, & obligationem in ſolidũ [illegible] remittere neque-

*queunt*, *Contr* 63. *n.* 8. *pag.* 277.
*Nec dilatio ab eis conceſſa debitoribus ſine cauſa ſuſtinetur*, *ibid. num.* 10.

Onus, & Onera

*Onus patris eſt, dotare filias*, C. 7. *nu.* 41.
*Onerum contributio eſt faciẽda pro rata valoris bonorum*, *& unuſquiſq; hæres tenetur ſolvere pro ea portione*, *quam poſſidet*, *Contr.* 26. *p.* 140.
*Onera*, *quæ ſunt ſuper feudo*, *cum aſſenſu tenetur ſolvere*, *non ſolùm hæres in ipſo feudo*, *ſed pro rata*, *& valore bonorum etiam hæres in burgẽſaticis*, *ibidem num.* 6. *pag.* 141.
*Onerum contributio pro rata ceſſat inter hæredes*, *ſi teſtator eam tacitè*, *vel expreſsè prohibuiſſet*, *ibid. num.* 31. *pag.* 143. *& conjecturæ*, *quæ eximunt ab hoc onere contribuendi pro rata*, *recenſentur*, *num.* 33. *p.* 144.
*Onerũ contributio quomodo eſt facienda*, *attentis noſtris* Conſuetudinibus, *cum diſtinctione ſcilicet bonorum ex linea*, *undè illa obvenerũt? ibid. n.* 36.
*Onera annuorum introituum*, *per defunctum contracta*, *quomodo teneantur ſolvere agnati*, *cognatiq;* ex Conſuetud. Neap. *ibid. num.* 38.
*Onerum hæreditariorum ad contributionem*, *contra tertium poſſeſſorem*, *ſivè feudalium*, *ſivè burgenſaticorũ*, *non datur actio hypothecaria*, *ibidem num.* 42. *pag.* 145.
*Onus probandi teſtamenti extrema*, *ejuſq; robur*, *& validitatem ſpectat ad hæredem*, *Contr.* 53. *n.* 19. *pag.* 240.

Opinio

*In opinione plus videtur res eſſe aliquãdo*, *quàm in veritate*, *Controver.* 4.
*Opinio*, *quod teneat renunciatio beneficio alicujus legis*, *ſtatuti*, *& deciſionis*, *quando de illo dicitur renuncians certioratus*, *non ſemper eſt vera*, *Controver.* 4. *num* 55. *pag.* 26.
*Opinio benignior*, *etiã in dubio eſt ſemper amplectenda*, *Cont.* 6 *n.* 11. *pag.* 35.

Pactum, & pacta

P*Actum*, *ut filii in antephato ſuccedant uti filii*, *non ut patris hæredes*, *ex conſueta praxi Neapoli ſervatur*, Controver. 8. *num.* 5. *pag.* 50.
*Præſertim in excluſionem creditorum*, *qui poſt tale pactum cum patre contraxerunt*, *ibid. num.* 6. *p.* 51.
*Sed non habet locum adverſus creditores alterius filii*, *cujus portio erit ſemper ejus creditoribus obnoxia*, *n.* 9.
*Pacti interpretatio eſt facienda ſtrictè*, Controver. 10. *num.* 28. *pag.* 59.
*Pactum de hæreditate non petenda*, *eſt quædam donatio favore renunciatarii*, *& hæredum*, *Cont.* 18. *n.* 11. *p.* 97.
*Pactum inutile nil operatur*, C. 19. *n.* 19.
*Pacta*, *& Conventiones*, *licet juramento vallatæ*, *ultrà promiſſa non extẽduntur*, *Controver.* 30. *nu.* 4. *pag.* 155.
*Pactum eſt plurium conſenſus in idem placitum*, *ibidem*, *num.* 5.

Paragium

*Paragii ſupplementum uſq; ad quantitatem legitimæ competit*, *etiam maritatis*, *& excluſis à ſororibus in capillo*, *Controver.* 7. *num.* 17. *pag.* 43.
*Paragium*, *quod de jure Regni nõ poteſt eſſe minus legitima*, *aliquando ultrà liquidatur*, *prudentũ cõſilio*, *ib. n.* 18.
*Paragii in liquidatione non attenditur qualitas ſolùm legitimæ*, *ſed etiam illa*, *qua poſſit mulier condigno viro nubere*, *ibidem num.* 19.
*Paragii quantitas debet eſſe juxtà paternum patrimonium*, *& qualitatẽ matrimonii*, *ibidem num.* 25.
*Paragii liquidatio diverſimodè practicatur*, *num.* 26. *p.* 44.
*Paragium liquidatur non ſolùm juxtà quantitatem legitimæ*, *ſed etiam attentis conjugũ dignitate*, *& facultatibus dotantis*, *ibid. num.* 27.
*Paragium de jure Regni non eſt contradiſtinctũ à legitima*, C. 31. *n.* 17. *p.* 159.

Parentes

*Parẽtes aliquoties malè ſe habent ergà filios*, *Controver.* 7. *num.* 50. *p.* 47.
*Parentes ſpõtanea renũciatione ex uſu Capuanæ*, *& Nidi filiorum ſucceſſione privantur*, *Contr.* 9. *num.* 4. *pag.* 55. *non ſic more Magnatum*, *nu.* 8. *& Controver.* 20. *num.* 24. *p.* 107.
*Parentes*, *ac cæteri defuncti ab inteſta-*

to

Digitized by Google

to Aſcendentes ulterioris gradus, an cum bonorum, & gradus diſparitate admittantur? C.58.nu.3 pag.253.

Pater

Pater ſi non poteſt impedire, quin filii veniant ex propria perſona contra matris renunciationem, & nihil nocet illis ejus obligatio ad tantundẽ, quomodò poteſt dici, ipſum efficacitèr teneri, damna reficere, C.4.n.35.p.24.

Pater præſumitur benè conſulere filiis, Contr.7. n. 12.& quod ei competens viſum fuit, non debet alteri videri incompetens, num. 47. licet quandoq; malè ſe habeat ergà filios, ibid.n.50.

Pater renuncians ſtatuto Urbis, quò ad lucrum dotis, extantibus liberis, non cenſetur, renunciaſſe Juri communi, quo eſt uſufructuarius in bonis filii, Controver. 9. num. 32.pag.60.

Et retinet uſumfructum, etſi non admittatur ad ſucceſſionem n.33. p.61.

Pater ultra legitimam, retinet uſumfructum, quo ante filii obitum gaudebat in adventitiis, vi patriæ poteſtatis, ibidem, num.36.

Pater conſentiens donationi adventitiorum, faciendæ per filium, non cenſetur, remittere uſumfructum, niſi expreſsè id agat, ibid, n.52.pag.64.

Pater nolens ſuccedere filio, poteſt frui uſufructu in bonis, ab illo perventis alteri filio, num. 59.pag. 65.

Pater, licet in bonis filii clerici uſumfructum non habeat, tamen retinet uſũfructum, quæſitum in bonis ejuſdem ante clericatum, C. 10. num.13.

Patris vita durante, uſusfructus ſemel ſuper bonis filii quæſitus, amplius nõ extinguitur, ibidem num.15.pag. 59.

Pater ſine legitima prole, poteſt inter vivos, & in ultima voluntate ejus bona naturalibus tranſmittere, Controver. 11. num. 3. pag. 68.

Pater aliquẽ teſtamẽto vocans filiũ, videtur illũ legitimaſſe, ibid.n. 8.p 69

Patris promiſſio, reficiendi de proprio quicquid filii ex propria perſona prætenderent contra matris renũciationẽ, an operetur etiam quoad bona Cõſuetudini ſubjecta? C.13.n.9.p.76:

Pater quod relinquit filiæ, compenſatur cum paragio; nec illa poteſt petere dotẽ, & legatũ, C.25.n.36.p.135.

Pater conſenſiens filiæ dotatæ proteſtationi, quę in feudo nolle, aic, ſibi præjudicare, nocet filiæ in capillo, in feudo hæreditario, & novo; ſed nõ in feudo ex pacto, & providẽtia, Con.29. pag. 151. Sed quid in fratre? ib.n.19.p.153.

Patris ſucceſſione privantur fæminæ per maſculos, de Jure municipali, ſi reperiantur dotatæ; aliter eis debetur paragium, Contr. 31.num.20.p.161.

Pater, licet non habeat uſumfructum in bonis feudalibus filii, fructuũ tamen commoditate uti poteſt, Controver. 32. num. 20.pag. 166.

Pater diſponens pro filio non tenetur ad matris legitimam, C.51.n.10.p. 231.

Patris conſenſus an requiratur in filiifamilias donatione cauſa mortis? Controver. 54. pag. 242.

Pater, ſi filii hæreditatem non adierit, & denique deceſſerit, eam ad cæteros filios nõ trãſmittit, C.58.n.14.p.255.

Patris favore inſtitutio facta à filio pubere, orto ex matrimonio, contracto juxtà uſum Nobilium Capuanæ, & Nidi tenet, non obſtante proximiorũ præjudicio, Contr.61.n.23.pag. 272.

Pater, licet poſſit ſua bona alienare, nequit tamen facere donationem, quæ ſit filiis inofficioſa, legitimamque lædat, Controver.61.num.29.pag.273.

Pars, & Partes

Partes an, & quando conſentientes in Judicem ſibi ità præjudicent, ut non poſſint amplius fori declinatoriã opponere? Controver.41. pag. 193.

Pars citata, quæ ab initio ſciat, ſe non eſſe ſubjectam jurisdictioni citantis, ſi paſſa ſit contra ſe procedi, tacitè in judicẽ conſentiiſſe videtur, ibid. n.5.

Pars per varias ſcripturas conſentiens in Judicem, fori exceptionem opponere nequit, num.6. p. 194.

Patrimonium

Patrimonium dotantis attendi debet in dotis conſtitutione, C 7.n.9.pag.41.

Patrimoniũ adeũtis fit hæreditas, C.45. p.209.



Digitized by Google

Pecunia

*Pecunia non dicitur exacta ex eo, quia exigi non poterat, Contr.56.num.26. pag.250.nec poteſt dici exacta,& non exacta eodem tempore, ibid.num.29.*

*Pecuniæ uſus in conſumptione conſiſtit. n.42.*

Penſio, & Penſiones

*Penſio in beneficiis eſt debitum neceſſarium, quia pendet à lege Summi Põtificis, Contr.24. num.19.pag.127. & eius acceptatio non eſt actus voluntarius, ibidem, num.20.pag.128.*

*Penſiones ex locatione Domus, ruris, & ſimilium, debentur hæredibus uſufructuarii pro rata fructuum perceptorum, Contr.56.num.40.pag.253.*

Perſona

*Perſona mutata an rei conditio mutetur? Contr.43.num.16.Contr.ſeq. num.3.pag.205.& Contr 46.num.8.*

*Perſona in ſuccedendo attẽditur immediata, à qua ſcilicet bona ultimo defuncto obvenerũt, d.Contr.43.n.21. & Contr.45.num.2.pag.209.*

Pœna, & Pœnæ

*Pœnæ impoſitæ ſecundò nubẽtium, filiorum favorem reſpiciunt, Contr.8. num.21.& ceſſant decedentibus filiis, vel præcedente eorum, vel primi viri conſenſu, num.22.pag.52.*

*Pœna non datur ubi non eſt culpa, Controver.32.num.10 pag.165.*

Portio, & Portiones

*Portio dimidii bonorum, vigore Conſuetud. vel alterius Statuti debita, videtur quid diverſum à teſtamentaria ſucceſſione, C.14.n.15.p.81.*

*Portiones antiquarum rerum deferuntur condictione Conſuetud.pag.82.*

*Portio conſuetudinaria defertur jure ſucceſſionis,& ut tranſmittatur, requiritur agnitio, ibid. n.18 p.83.*

*Portio medietatis cõſuetudinariæ, trãſlata agnato proximiori, qui eam renunciavit, accreſcit hæredi renunciatarii, C.20.n.15.pag.106.*

Poſſeſſor

*Poſſeſſor bonæ fidei, in reſtitutione rei, detrahere poteſt, & utiles expenſas, & voluptuarias, ſi ex illis res pluris æſtimetur, Contr.39.nu.7. etiam in foro conſcientiæ, num.ſeq.pag.187.*

*Poſſeſſori malæ fidei non datur expenſarum repetitio, nec etiam utilium, ibidem, num. 10.pag.188.*

*Poſſeſſor rei, qui meliorationes fecit, creditoribus agẽtibus hypothecariæ, debet conſequi quod verè eſt melioratum, ibidem num. 15.& quatenus res prætioſior evaſit, nu.16.non quatenus in ea impenſum eſt, n.17.p.189.*

*Poſſeſſor malæ fidei, non ſolùm tenetur pro fructibus perceptis, ſed etiam pro his, quos exigere potuit, Contr. 56.num.27.Non ſic in poſſeſſore bonæ fidei, dicas, num.28.pag.251.*

Primogenitus

*Primogenitus, ſuccedens in feudo, tenetur ad onera hæreditaria, contracta abſque aſſenſu, & citra cauſam feudi, unà cum hærede in allodialibus, Controver.26.num.24.pag.143.*

*Sed in feudo ex pacto, & providentia non tenetur contribuere pro rata cũ hærede in allodio, num.25. ſecùs in feudo novo, num. ſeq. p.144.*

*Primogenitus in feudo ex pacto,& providentia non dicitur hæres, ſed ſucceſſor, ibidem, num.29.*

Promiſſio, & Promittere

*Promiſſio, & obligatio, quæ dependet ex facto alieno, eſt omninò inutilis & non tenet, C.4.n.9.pag.21.*

*Promittere proprium, & non alienum factũ quis poteſt, ib.n.10.& 71.p.27.*

*Promittẽs pro alio, illum facturum, aut daturum, non obligatur, d. C.4.n.11.*

*Promiſſio, reficiendi de proprio in quolibet contractu appoſita, minimè officit, quoties ratione enormiſſimæ læſionis, principales læſi contraveniant, Cont.4. num. 29. pag.23.*

*Promiſſio acceſſoria ſequitur naturam actus præcedentis, d.C.4.n.53.p.26.*

*Promiſſio viri de proprio in renunciatione uxoris, an reſtringatur ad tẽpus matrimonii, C.19.n.25.pag.102.*

Proteſtatio

*Proteſtatio contraria facto, juvare nequit, Contr.29. num.3.pag.152.*

*Proteſtationi conſenſiens ſibi, & ſuis*

hæredibus præjudicat, ibidem nu. 4.
Proteſtationi filiæ dotatæ patris conſẽſus, an noceat filiæ in capillo? ib. n. 7.

Proximior, & Proximiores

Proximioribus eſt addicta Conſuetudinaria ſucceſſio, liberis non extantibus, Contr. 1. num. 4. pag. 4.
Proximiores, vocati ad antiquorũ medietatem, excluduntur à bonis novitèr quæſitis, Contr. 12. num. 4. pag. 72.
Proximiores, ſi defuncti teſtamentum infringere nequeunt pro antiquorum medietate, nec etiam remotiores, Controver. 20. num. 36. p. 109.
Proximiores quando dicantur acquirere bona tanquam agnati, & ubi uti cognati? Contr. 44. nu. 27. pag. 208.
Proximiores, noſtro patrio Jure attento, admittuntur cum diſtinctione bonorum, C. 51 nu. 8. pag. 231.
Proximioribus debetur bonorum medietas vigore Conſuetud. Neapol. licet mater privetur legitima in bonis filii, ſtante pupillari ſubſtitutione, Contr. 51. & 52. p. 234.
Proximiores nec pupillari, nec fideicõmiſſaria ſubſtitutione poſſunt excludi à conſuetudinaria medietate, ibid. num. 17. pag. 232.
Proximiores ſanguine licet exteri noſtris ligantur Conſuetudinibus, Cõtrov. 60. pag. 264. & excludunt remotiores in gradu, etſi ſit Cives, ab antiquorum ſemiſſe, ib. n. 25. p. 267.
Proximiores nequeunt bonorum antiquorum alienationem prohibere in vita poſſidẽtis illa, C. 61. n. 26. p. 272.

Pupillus

Pupillus non dicitur inteſtatus decedere, quando pater pro eo diſpoſuit, Contr. 51. num. 9. pag. 231.
Pupillus, pro quo pater diſpoſuit, factus major, nequit agnatos, cognatoſque excludere à ſemiſſe antiquarum rerum, illis debita ex Conſuetud. Neapol. ibidem num. 12. p. 232.
Pupilli mater, pupillari ſubſtitutione non excluditur à legitima bonorum, quæ ipſi pupillo aliundè obvenerũt, poſt patris obitum, Controv. 52. n. 17. p. 236.

Querela

QUærela de inofficioſo teſtamento datur liberis, mortuo patre, Controv. 7. num. 31. pag. 45.

Quis, & Qui

Quis dicitur voluntariè feciſſe id, ad quod tenetur? Contr. 6. n. 22. pag. 37.
Qui vult filiam dotatam, & ex ea deſcendentes excludere, ut liberè diſponat, etiã in extraneos; eò magis agnatorum remotiorum excluſionem velle, videtur, Contr. 20. nu. 24. pag. 109.
Quilibet ad promiſſa tenetur, C. 23. n. 44
Qui in erudiendo puero, mancipioq; impenſas fecit, an illas repetere poſſit? Controver. 39. num. 4. pag. 187.
Qui poteſt diſponere de bonis paternis, materniſque, nequit de fraternis teſtari, Controver. 47. num. 6. p. 115.
Quis fruſtra capit per alium, quod ex ſe capere nequit, Contr. 52. n. 9 pag 235.
Qui actionẽ habet ad rem recuperandã, ipſam rem habere cenſetur, Controver. 56. num. 24. pag. 251.
Qui utitur jure ſuo in operando, dolosè non agit, Controver. 61. num. 24. pag. 272. &, Contr. 40. nu. 7. pag. 191.

Quindemnium, & Quindemnia

Quindemnium ab annata differt, Controver. 35. num. 9. pag. 174.
Quindemniorum origo traditur, ib. n. 7.
Quindemnia debentur pro amortizatione, relevium pro feudis, & laudemiũ pro emphyteuſi, ibid. num. 13.
Quindemniorum ſolutio refertur, n. 8.
Quindemnia debẽtur in recognitionem directi dominii, prout laudemium, Controver. 36. num. 26. pag. 175.

Quod, & Quæ

Quod juris eſt in augumẽto, debet quoq; eſſe in diminutione, C. 7. n. 23. pag. 43.
Quod operatur propoſitum in propoſito, idem operatur oppoſitum in oppoſito, ibidem, num. 24. p. 44.
Quæ requiruntur in iure acquirendo, non ſunt neceſſaria ad jus conſervandum, Controver. 10. num. 16. pag. 59.
Quod ordinãdo, nõ nocet ordinato, n. 24.
Quę faciẽda sũt facilè impediũtur, n. 22.
Quod parũ diſtat, nihil diſtare videtur, C. 56. n. 22.

*Quod eſt in quæſtione, pro ratione allegari, nequit*, Contr. 16. nu. 38. pag. 92.
*Quod pendet, non à voluntate, ſed ex diſpoſitione Legis, debitum eſt neceſſarium*, Contr. 24. num. 7. pag. 127.
*Quæ geſta fuerunt ex voluntate contrahentiū attendi debēt*, C. 36. n. 25.
*Quod uni conceditur, aliis non prodeſt.*

Radix

*Radice primitiva infecta, ità paritèr, & derivativa radix dicitur*, Contr. 13. num. 7. pag. 76.

Ratio, & Rationes

*Ratio exēplis eſt anteponēda*, C. 10. in fin.
*Ratio non eſt habenda de ſcripturis, minimè notificatis*, Con. 11. n. 26. pag. 70.
*Rationes, & cauſæ ſi ſint diverſæ, una deducta, alio jure de altera cenſetur; ſecùs ſi ſint æqualitèr conſideratæ*, Contr. 20. num. 31. pag. 109.
*Ratio æqualitatis eſt ſervāda*, C. 21. n. 9.

Receſſus

*Receſſus à Iure communi non fit ità facilè, niſi ei derogetur*, C. 10. n. 9. p. 59.

Redditus

*Redditus annui, non ſolùm reſpiciunt rem illis ſuppoſitam, ſed integrum debitoris patrimonium*, Controver. 26. num. 18. pag. 141.
*Et ad ſolutionē cūcti tenētur hæredes.*
*Redditus annui, cenſus, penſiones, & ſimiles obventiones, dicuntur pendētes, quoties non exiguntur*, Controver. 56. num. 10. 11. & 12. pag. 149.
*Redditus non debentur ex ſe principalitèr, ſed acceſſoriè ad ſortem*, C. 6. n. 35. *quia debitori traditur capitale, ut apud eū ſit demortuū, ob ipſos redditus*, ibid. num. 38. pag. 251.
*Redditus decurſi in vita uſufructuarii, ſi ſunt difficilis exactionis, nequeunt dici exacti, ſi verò facilis, & negligentia in non exigendo, nocere ei debet, non proprietario*, Contr. 57. pag. 252.
*Redditus particulariū nō ità facilè exigūtur*, n. 6.

Refutatio

*Refutatio feudi, quæ fit proximo ſucceſſuro, ut ſit valida ſine aſſenſu, ſimplex eſſe, nec cōditionata, omniq; fraude carere, debet*, Contr. 32. num. 11.
*Refutatio cum certa fructuum reſervatione, an ſit valida?* ibid. num. 16. p. 165. & Controver. 33. nu. 1. p. 167.
*Refutatio pactionata nō tenet*, ib. n. 14. *Sed matrimonii cauſa, etiā cum uſufructus reſervatione permittitur, prævio Regio aſſenſu*, num. 18. p. 168.
*Refutatio tenet, ubi non inducitur ex ea feudi diviſio in aliqua parte*, Controver. 33. num. 11. pag. 168.
*Refutatio futuræ ſucceſſionis nequit, uſufructū à proprietate ſeparare*, n. 3.

Relevium

*Relevium debetur à feudi ſucceſſore, poſt feudatarii mortem*, Controverſ. 32. *Secus ex refutatione, vel ſi ex contractibus inter vivos feudū trāſferatur*, ibid. n. 3. & 5. pag. 164.
*Relevium ſolvitur, licet fructus non percipiantur anno mortis feudatarii*, Contr. 26. num. 55. pag. 145.
*Debetur poſt annum à feudatarii morte; & eſt medietas fructuum unius anni*, num. 3. dicta pag. 164.
*Relevium, ſicuti debetur conductori ſtatus, vel uſufructuario, ità adhoa*, Controver. 34. num. 13. pag. 171.

Renunciatio

*Renunciatio* l. ſi unquam, C. de revoc. donat. *in inſtrumento adjecta, quid operari debet, niſi ut illa lex locū nō habeat, ſaltem ob cauſam, præſertim piam*, Contr. 5. num. 7. & 13. pag. 31.
*Renunciatione mulieris, quam ſervandā ſemper in futurum, promiſit vir, reſciſſa ex capite læſionis, vir fidejuſſor jàm abſolutus remanet; quod pluribus* S. C. *deciſionibus comprobatur*, Controver. 4. num. 22. pag. 22.
*Renunciatio mulieris, ſi non obligat ob læſionem, ità etiam viri promiſſio reficiendi de proprio, ei adnexa, licet cum juramento, nec paritèr obligabit*, Controver. 4. num. 64. pag. 27.
*Renūciatio Clerici privilegio fori, quāvis jurata, non tenet, quia favorem totius clericalis cœtus reſpicit*, Controver. 4. num. 75. pag. 28.
*Renunciatio non præſumitur; & quominus fieri poteſt, nocere debet*, Controver. 10. num. 26. pag. 60.

Re-

*Renunciatio, quæ altrinſecus fit à parentibus filiorum ſucceſſioni, an dicatur extinctiva?* ibid. nu. 43. pag. 62.
*Renunciatio quoad jura deferenda, non traditur ad delata, ibidem, num.* 49.
*Renunciatio mulieris quando dicatur reſtricta ad tempus matrimonii?* Controver. 13. *num.* 20. *pag.* 77.
*Renunciatio, licet variis clauſulis vallata, non extenditur, niſi ad expreſſa tantùm, ibidem, num.* 40. *pag.* 80.
*Renunciatione generali omnium ſucceſſionum, an comprahendatur etiam ſucceſſio, vigore* Conſuetudinis Neap. Controver. 14. pag. 81.
*At ſi fiat, quoad ſucceſſiones devolvẽdas, an extendatur etiam ad bona dictæ* Conſuetud. *ſubjecta, etſi nihil ſit expreſſum? ibidem, num.* 6. *pag.* 82.
*Renunciatio hæreditati agnatorum, cognatorumque non comprehendit, quę renuncianti cõpetunt alio jure, quàm hæreditario, ibidem, num.* 16. *pag.* 83.
*Renunciatio juri Conſuetudinario quid operetur?* Con. 13. *n.* 3. & C. 14. *n.* 21.
*Renunciatio potiſſimum fit, ut renunciatarius poſſit ad libitum diſponere, ibid. num.* 13. *etiam de bonis antiquis,* Controver. 17. num. 3. pag. 93.
*Renunciatio facta favore dotantium, an ſicuti excludit renunciantes, ità etiã proximiores ulterioris gradus, & deſcendentes ex ipſis?* Con. 15. *pag.* 84.
*Renũciationi ineſt illa tacita cõditio, ſi hęreditas renuncianti deferatur, n.* 4.
*Renũciatio quævè abdicativa, quę trãslativa item dicatur, ib. nu.* 9. *pag.* 85.
*Renunciatio Monialium eſt realis, & abdicativa, & nõ excludit alios remotiores in gradu poſt renũciantẽ, n.* 10.
*Renũciationis translativę effectus, n.* 12.
*Renunciatio ſucceſſionum deferendarũ, facta patris dotantis favore, ejuſque hæredum, an ſit jurium translativa, an merè extinctiva?* Cõtr. 16. *n.* 4. *pag.* 88. Contr. 19. *n.* 14. & Contr. 20. *n.* 19.
*Renunciatio primogenitæ efficit, ut detur immiſſio ſecundogenitæ in feudis,* d. Contr. 16., *num* 23. *pag.* 91.
*Renunciatio facta hæredibus quibuscũque, comprahendit etiam extraneos;* Controver. 17. *num.* 5. *pag.* 94.
*Renunciatio dotatæ facultatem tribuit dotanti, & liberis ſuis, liberè diſponendi, ibidem, num.* 7.
*Renunciationes interpretari debet, quominus lædant,* Contr. 19. *num.* 9.
*Renunciationis cauſa finalis eſt, renunciantis excluſio,* C. 20. *n.* 30. *pag.* 107.
*Renunciatio jurium, ac deferendarum ſucceſſionum, comprehendit bona Cõ*ſuet. *ſubjecta, ibidem, num.* 40. *p.* 109.
*Renunciatio de paternis bonis non comprahẽdit, quę à patre ad fratres provenerunt,* Con. 43. *n.* 15. & 19. *p.* 203.

Repreſentatio

*Repreſentationis privilegium eſt introductum, tàm pro deſcendentibus ex maſculis, quàm à fęminis,* Controver. 13. *num.* 2. *pag.* 75.

Reſtitutio in integrum

*Conceditur ex capite ignorantiæ hæredi minoris, adverſus hęreditatem non aditam,* Contr. 59. *num.* 20. *pag.* 262.
*Læſis, & privilegiatis item datur,* C. 63.

Reſpublica

*Reipublicę intereſt, mulierum favori, & utilitati proſpicere,* C. 7. *n.* 29. *pag.* 45.
*Reipublicæ non minus eſſe, quàm* Judi*cantium conſcientiæ pernicioſum, videtur, à communi opinione recedere* Contr. 46. *num.* 16. *pag.* 113.

Retentio

*Retentio eſt facilior, quàm petitio; & diverſa ſunt ſucceſſio, & uſusfructus retentio,* Cõtr. 10. *n.* 21. & 25. *pag.* 60.

Scriptura, & Scripturæ

*Scriptura privatæ perſonæ, privata dicitur,* Contr. 11. *nu.* 20. *etſi recognita, ſemiplenam tamen probationẽ facit, num.* 22. *pag.* 70.
*Scripturarũ copię exẽplatæ parte irrequiſita ſæpè ſæpius nõ probãt, ib. n.* 24.
*Scriptura non nocet, niſi ſit parti notificata ibid. num.* 25.

Sequeſtrum

*Sequeſtrum ordinari debet ſuper hæreditate, nullitèr adita,* C. 53. *n.* 3. & *à fortiori ubi adſunt attentata, quę ad priſtinũ revocari debent, n.* 4. *pag.* 239.

Ser-

Digitized by Google

Servitus

*Servitus in feudo imponi nequit*, C. 33. *num.* 2.

Sexus

*Sexus differentia non admittitur inter fratres patrueles*, Contr. 1. *n.* 6. *pag.* 4.

*Sexus prærogativa, ſecundùm noſtras Conſuetudines, locum habet tantùm in fratribus utrinq; conjunctis, & conſanguineis, qui ſorores dotare tenentur: non verò in uterino, & in aliis ulterioris gradus*, C. 3, *nu.* 15. *pag.* 14.

Soror, & Sorores

*Soror uterina, etiam ex noſtro Jure municipali, unà ſimul cum fratre admittitur, tàm ad ſucceſſionem alterius fratris, quàm ad portionem, cõmuni matri obventam ex ſucceſſione ejus filii, qui cum dicto fratre ſuperſtite erat utrinque conjunctus*, Controver. 3. *num.* 10. *pag.* 13.

*Soror, dotata à fratre de ſuis bonis, excluditur à feudi ſucceſſione, ſi ſine legitimo ille moriatur hærede; ſed Fiſcus ſuccedit*, Cont. 29. *n.* 30. *p.* 152.

Spurietas

*Spurietatis exceptio altam requirit indaginem, quia probatio eſt facienda de conceptionis tempore*, Controver. 11. *num.* 8. *pag.* 68.

*Spurietas filii, publico inſtrumento, & patris confeſſione conſtat*, *ibid. n.* 12.

*Spurietate iàm nota, nõ datur immiſſio*, *n.* 13.

Statutum

*Statutum, excludens fœminas à ſucceſſione ob maſculos, non excludit eas à legitima, aut ejus ſupplemento*, Cõtrover. 7. *num.* 20. *pag.* 42.

*Statutum contra leges communes non extenditur*, Contr. 10. *n.* 30. *pag.* 60.

*Statutum excludens fœminas, filiis non obſtat, proprio jure venientibus*, Cõtrover. 31. *num.* 6. *pag.* 158. *nec ad eos extenditur*, *num ſeq.*

*Statutum nõ excludit mulierem à fratris ſucceſſione, licet excludat ob dotationem à paterno patrimonio*, Controver. 43. *num.* 11. *pag.* 202.

*Statutum in ſubditorum Civium perſonis non circumſcribitur, ſed eos cõprehendit ubicumque exiſtentes*, Cõtrover. 60. *num.* 17. *pag.* 266. *Sed in bonis extrà territorium non extenditur*, *ibid. num.* 18. & *quòad bona in diſtrictu exiſtentia, etiam forenſes ligat*, *ibidem*, *num.* 22.

Subingreſſio

*Subingreſſionis gaudent privilegio, ex noſtris Conſuetudinibus, etiam deſcẽdentes à fratribus patruelibus, & conſobrinis*, Contr. 2. *num.* 23.

Submiſſio

*Submiſſio fundi ad annuum canonem perpetuum, cum pactis ẽphyteuticis, habetur uti vera conceſſio in emphyteuſim; præſertim favore Eccleſiæ*, Controver. 36. *per tot. pag.* 175

*Submiſſio rei annuo canoni, donationis cauſa, ſed cum omnibus pactis emphyteuticis, conſtituit verum cenſum emphyteuticum, ità ut in alienatione ipſius rei debeatur laudemiũ*, *ib. n.* 22.

Subſtitutio, & Subſtitutus

*Subſtitutio pupillaris nõ excludit proximiores agnatos, cognatoſq; à conſuetudinaria bonorũ medietate, quæ eis de jure patrio debetur*, Cõtrover. 51. *num.* 7. *pag.* 231.

*Subſtitutionis pupillaris tempore, bona non ſunt filii, ſed patris teſtantis*, *ibidem*, *num.* 14. *pag.* 232.

*Subſtitutio pupillaris à patre ordinata dicitur filii diſpoſitio*, Cõtr. 12. *n.* 14.

*Subſtitutione reciproca, à patre ordinata inter filios pupillos, puberes, aut majores, non excluditur mater à legitima*, *ibidem*, *num.* 19 *pag.* 236. & *eadem inter impares, uulgarem ſolùm continet*, *num.* 22. *pag.* 237.

*Subſtitutio uulgaris expirat, hæreditate jàm adita*, *ibid. num.* 23. *pag.* 237.

*Subſtitutus pupillaritèr, an ſicuti excludit matrem à legitima, ità proximiores à conſuetudinaria bonorũ medietate, eis patrii juris vigore debita?* Controver. 51. *pag.* 230.

*Subſtitutus non tranſmittit hæreditatem, niſi à ſe prius agnitã*, C. 58. *n.* 10.

Succeſſio

*Succeſſione proprietatis ceſſat uſusfructus*, Controver. 10. *num.* 34.

*Succeſſione delata filiis poſt mortē matris renunciantis, dote recepta, an poſſint ad illam ipſi venire ex propria perſona?* Contr. 19. *num.* 3. *pag.* 99.
*Succeſſorio edicto non datur locus, niſi ubi hæreditas caret legitimo ſucceſſore, vel hærede ſcripto, qui jura proximioris repreſentet*, Contr. 20. *n.* 3.
*Succeſſio renūciata defertur renunciāti, ex cujus perſona hęredi acquiritur renunciatarii, ibid. num.* 17. *pag.* 106.

Tempus

*Tempus paternę mortis, & nō dotationis attendi debet, ad dignoſcendam læſionem in legitima*, Contr. 7. *n.* 3. *p.* 40. *etiā pro nuptiis, n.* 40. *p.* 46.
*Temporis incertitudo conſideratur pro ſuſpenſivo effectu legati*, Contr. 49.
*Tempus futurum, quādo teſtatoris verba reſpiciunt, nō tranſmittitur legatū ante diē prefixū, ib. n.* 18. *pag.* 226.

Tenutarius

*Tenutarius non videtur eſſe dominus, quoàd facultatem vendendi, & alienandi*, Controver. 38. *num.* 9. *quia habetur uti uſusfructuarius, p.* 184.

Tertius poſſeſſor

*Tertius poſſeſſor tenetur ſolùm in actione hypothecaria, non perſonali*, Controver. 26. *num.* 41. *pag.* 145.
*Tertius poſſeſſor alicujus feudi, habens cauſam à ſucceſſore, qui ad contribuēdū oneribus tenebatur hæreditariis, unà cum hærede in allodio, non poteſt pro d. cōtributione cōveniri, ib. n.* 40.

Teſtamentum

*Teſtamenti nullitas operatur, dari locum regulæ*: dolo facis petere, quod reſtiturus es, *Controver.* 16. *pag.* 90.
*Teſtamenti favor attenditur, ibid. n.* 20.
*Teſtamentum renunciatarii, habet vim, etiā in hærede extraneo ad quē trāſit jus renunciatū*, C. 18. *nu.* 10. *p.* 97.
*Teſtamētū nō cōdēs pręſumitur voluiſſe, ut bona ad ſuos perveniāt*, C. 25. *n.* 18
*Teſtamentum patris, diſponentis pro filio pupillo, unum dicitur, licet pupillus teſtatus decedat*, Contr. 52. *nu.* 15.
*Teſtamenti vitium niſi ex corpore appareat, immiſſionem hęredi impedire nequit*, Controver. 53. *num.* 13. *pag.* 240.
*Teſtamentum filiifam. etſi militis, de feudo teſtantis, eſt nullum ſine patris conſenſu, ibidem, num.* 22. *pag.* 241.
*Teſtamentum, patre præterito, non tenet, ibidem num.* 15. *p.* 240.
*Teſtamentū favore piæ cauſæ valet, ſaltem vi donationis cauſa mortis*, C. 54. *p.* 242.

Teſtator

*Teſtator relinquens proximioribus medietatem conſuetudinariam, eis debitam, non dicitur exercere liberalitatem*, Controver. 6. *num.* 24. *p.* 37.
*Teſtatoris aſſertio, de filii legitimitate, ſi aliter nō conſtet, ſufficit*, C. 11. *n.* 2.
*Teſtatoris impotentiæ, vel hæredis incapacitatis exceptio non præſumitur, niſi probetur, ibidem, num.* 11. *pag.* 69.
*Teſtator ubi unico verborum contextu corpus adjecit, undè ſolvi debeat legatum, taxativè ſanè, fuiſſe loquutus, videtur*, Contr. 22. *nu.* 8. *pag.* 116.
*Teſtatoris veriſimilis mens eſt attendēda, præcipuè in pia cauſa n.* 20. *p.* 117.
*Teſtator* Neapoli *in medietate antiquorū inteſtatus decedit*, C. 25. *n.* 7. *p.* 132.
*Teſtator eadem utitur poteſtate in legādo, qua in inſtituendo, ib. n.* 20. *p.* 133.
*Teſtatoris voluntas, potiùs ut valeat, quàm pereat, interpretanda eſt, ibidem, num.* 28. & 29. *pag.* 134.
*Teſtator, cum ſit debitor ex cauſa neceſſaria, quod reliquit creditori, videtur animo compenſandi feciſſe, ibid. n.* 30. *niſi conſtet contrarium, num.* 57.
*Teſtator in diſponendo habet pro objecto ſuum patrimonium, cujus eſt ſolus Dominus, ibidem, n.* 50. *p.* 135.
*Teſtator legans aliquid agnato, præſumitur, velle meliorare conditionem agnati; niſi aliter pateat ex mente ipſius, in terminis noſtrarum* Conſuetud. *ibidem, num.* 51. *cum ſeqq.*
*Teſtatori Neapoli interdicitur diſpoſitio de antiquorum medietate, ib. n.* 54.
*Teſtatoris actus non dicitur inutilis, & fruſtatorius, ſi id adimpleat, ad quod tenebatur, ibidem, num.* 56. *pag.* 137.
*Teſtator poteſt magis unum, quàm alterū hæredē gravare*, C. 26. *n.* 32. *p.* 143.
*Nec pręſumitur, voluiſſe eximere ab onerum contributione, hæredem in feudali-*

Digitized by Google

*dalibus, etſi eundem gravaſſet de ſolvenda alia quantitate, n. 34. p. 144.*

*Teſtatoris mens, non verborum ſonus attenditur, Contr. 42. num. 16. p. 198.*

*Teſtator ſi dicat,* lego decem jugera terræ, *& tot nō habeat, integrū pretium legatario debetur,* C. 48. *n.* 9 *pag.* 220.

*Teſtator videtur legare quod ſuum eſt, non quod alienum, ibidem, num. 13.*

*Teſtator ſi rem non eſſe ſuam ſciat, ſuſtinetur legatum in æquivalenti, ibidem, num. 14. pag. 221.*

*Teſtatoris* voluntas *in dubio eſt interpretanda pro legatariis, præſertim dilectis, ei conjunctis, & favore piæ cauſæ, ibidem, num. 16. cum ſeqq.*

*Teſtatoris voluntas regulatur à verborum ſignificatione, Contr. 49. num. 3.*

*Teſtatoris verba ut ſonant ſunt intelligenda, & juxtà uſum loquendi, nu. 4.*

*Teſtator, cum vetet legati petitionē, donec aliquis vixerit, extinguitur legatum, legatario præmortuo, ibidem, num. 14. pag. 225.*

Tutor, & Tutores

*Tutor pupillo præjudicare nequit, Controver. 62. num 5. pag. 275. & utilia agere, inutiliaq; vitare tenetur, nu. 6.*

*Pupilli jus cedere, bonavè alienare, debitoribusq; ejuſdem dilationem concedere, non poteſt, ibidem, num. 7. & 8.*

*Tutor prorogare nequit tempus ſolutionis, debitorum favore, licet cum cauſa, ſi pupillus ſit pubertati proximus,* Controver. 63. *num.* 19. *pag.* 278.

*Tutores, cæteriq; Adminiſtratores aliquid egentibus elargiri poſſunt, ibidem, num. 20. moderatas eleemoſynas facere, n. 21. & conſuecta donare, eis permittitur, n. 22. pag. 179.*

*Tutores ſi plures ſint, omnes concurrere debēt ad quæ etiam licitè fiunt, n. 25.*

Vaſſallus.

V*Aſſallus feudum habens belli ſervire Dño debet,* C. 34. *n.* 17. *p.* 171.

Verbum, & Verba

*Verbum* fratres, *ſimpliciter prolatum, non complectitur fratres cōſobrinos, patrueles, & amitinos,* C. 2. *n.* 15.

*Verba renunciātium ſunt ſtrictè intelligenda, Contr. 10. nu. 40. pag. 61.*

*Verba, quæ de ſucceſſionis prohibitione loquūtur, niſi ſunt expreſſa, nō intelliguntur de reſtitutione uſusfructus, patri quæſiti,* Contr. 16. *num.* 48.

*Verba, in renunciatione apponi ſolita,* omni futuro tempore, ſemper, & in perpetuum, *quid operētur?* C. 19 *p.* 99.

*Verba univerſalia æquipollent particularibus, ſi eundem producant effectū, ac in ſpecie exprimant caſum ſub generalitate compræhenſum, ibid. n. 22.*

*Verborū ſub generalitate quod compræhenditur, expreſſū dicitur,* C. 42. *n.* 13.

*Verbum,* obvenerunt, *in* Conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, *quid importet?* Controver. 44. *num.* 5. *pag.* 206.

*Verbis antecedentèr præmiſſis, ſubſequēs exprimitur volūtas,* C. 48. *n.* 0. *p.* 220.

*Verbum,* relinquere, *aut diſponere, ad ultimas refertur voluntates,* C. 61. *n.* 4. *p.* 270.

Vicinus

*Extollens ædificium, an impediri poſſit, ne privētur alii complatearii maris aſpectu? Cōtrover. 40. pag. 190.*

*Vicinus regularitèr impediri, nequit, extollere in proprio ſolo, licet lumina propinqua obſcurentur, nu. 5. niſi adſit ſervitus, vel præſcriptio, altius non extollendi, ib. num. 7. pag. 191.*

*Vicinus nequit ad æmulationē ædificiū extollere, ſed proprio commodo, n. 17.*

Vinculum, & Vincula

*Vinculi duplicitas an attēdatur de Jure conſuetudinario?* C. 1. *nu.* 2 *pag.* 3.

*Vinculi duplicitas in ſucceſſionibus, ultrà fratres conſaguineos, & uterinos, an extendatur etiam ad fratres patrueles, & amitinos?* Controver. 2.

*Majus vinculū, patrio jure inſpecto, nō operatur excluſionem fratris conſanguinei, concurrentis cū fratre utrinque cōjuncto ad alterius fratris ſucceſſionem, prout de jure cōmuni, quia uterque tenetur dotare ſorores, ibid. num. 3. quod limitatur in deſcendentibus ex conſanguineo, num. 24. p. 9.*

*Vincula fortioris conjunctionis, agnationis, cognationiſq; confuſa reperiūtur quoad fratres patrueles ex noſtris Conſuetudinibus, nec inter eos conſideratur ſexus diſparitas,* C. 3. *p.* 11.



Digitized by Google

Vir

*Vir promittens, uxorem non revocaturã renunciationem, aut ſi fortè contrarium fieret ab ea, de proprio ſatisfacere tantundem, an illa poſtea renunciationem reſcindente ob læſionem, vigore dictæ promiſſionis teneatur? C. 4. num. 2. pag. 20. Et quid ſi hoc facerent filii ex propria perſona, mortua matre? nu. 4 ſtante læſione enormiſſima, à n. 20. uſque ad 72 pag. 28.*

*Viri obligatio non poteſt ſuſtineri pro facto mulieris, & filiorum, n. 14. p. 21.*

*Vir ſe obligans de proprio in uxoris renunciatione, eſt tanquam fidejuſſor, Contr. 19. num. 27. pag. 102. Et quò ad filios, nè veniant ex propria perſona, eſt principalis promiſſor, ib. n. 28.*

*Vir, relinquens uxori legatum, cenſetur cõpenſare cũ debito legali, C. 25. n. 40.*

Vita, & Militia

*Vita, & Militia cõpenſatur cũ legato, filio ſecundogenito relicto, C. 24. n. 26.*

*Vitæ, & Militiæ debitum eſt primogeniti ſucceſsoris, licet feudum ei proveniat à patre, Contr 25. n. 12. p. 132.*

*Vita, & militia ad inſtar legitimæ debetur ſecũdogenitis, ib, n. 4 & C. 26. n. 2.*

*Vita, & militia an debeatur, fructibus feudi venditis, prævio* Regio *aſsẽſu, vel non perceptis aliquo anno?* Controver. 26. num. 47. pag. 145.

*Vita, & militia eſt onus feudi; & regulatur ex illius valore, ibid. num. 48. Et licet ex fructibus debeatur, fructus verò non ſunt in obligatione, nu. 50. quia eſt annua præſtatio in pecunia, n. 51. & liquidatur in fructibus feudi, filioram numero; & adhuc debetur ſecũdogenitis, ſi aliquibus annis fructus ex feudo nõ percipiãtur, n. 52. 54.*

*Vita, & militia ſicut in deſcẽdẽti, an ità in tranſverſali linea debetur? C. 28.*

*Vita, & militia debetur ſecundogenitis, à feudo excluſis, ibid. n. 7. pag. 149. Sed an ſemel aſſignata in ſucceſſione cõmunis patris, iterum debeatur, ſi idẽ feudũ tranſeat ad lineã collateralẽ, ib. n. 15.*

Voluntas

*Volũtas non fertur ad incognita, C. 24. Cõiecturis, præſumptionibuſq; oſtẽditur.*

Uſusfructus

*Vſusfructus an poſt filii obitũ remaneat penès patrẽ, quoties ex novo uſu Capuanæ, & Nidi liberorum ſucceſſioni renunciavit? Controver. 10. pag. 58.*

*Vſusfructus in bonis maternis, patri quæſitus, eidẽ debetur, mortuis filiis, nu. 6.*

*Vſusfructus adventitiorũ datur patri vigore patriæ poteſtatis, ibid. nu. 7.*

*Vſusfructus, quem habet avus in bonis ex filio nepotis, non extinguitur morte ipſius, cui ſucceſſit mater, ibid. n. 8.*

*Vſusfructus legatus filio, & acquiſitus patri, non extinguitur morte ipſius filii, ſed penès patrem remanet, nu. 11.*

*Vſusfructus, patri quæſitus, apud ipſum remanet jure retentionis, non ſucceſſionis; undè non tollitur ex pacto ſucceſſionis excluſivo, ibid. nu. 18. pag. 59.*

*Vſusfructus, ſemel patri quæſitus in bonis filii, non extinguitur vigore renunciationis, more Nobiliũ Capuanæ, & Nidi, quia eum retinet, nec ad illum ſuccedit, ibid. n. 19. & 42.*

*Vſufructui non videtur renunciatũ, niſi ex actis clarè inferatur, ibid. nu. 31.*

*Vſusfructus an debeatur patri ſuper bonis filii, fideicommiſſo ſubjectis? n. 56.*

*Vſusfructus retẽtio differt à ſucceſſione.*

*Vſusfructus, etſi vẽdi nequeat, cõmoditas verò ipſius vẽdi poteſt, C. 32. n. 22. p. 166.*

*Vſusfructus reſervatio in feudi refutatione prorſus improbatur, Contr. 33.*

*Uſusfructus differt à poteſtate percipiẽdi fructus, ibid. nu. 17. & 22. pag. 168.*

*Uſusfructus cum proprietate conſolidatur ipſo jure, defuncto uſufructuario* Controver. 55. num. 15. pag. 246.

Uſus

*Vſui Nobilium Capuanæ, & Nidi Neapolis, an omnes de dictis Plateis ſubjaceant, etſi non fuerit expreſſum, voluiſſe eos juxtà hũc uſum contrahere? Controver. 9. pag. 54.*

*Et quid in viventibus more Magnatum? ibid.*

*Vſus prędictus tunc ſolùm habet vim pacti, quoties expreſsè in pactum deducitur, num. 9.*

*Vſus hic frequẽs in Regno deſcribitur, Contr. 10.*

Uxor

*Vxori donata à primo viro nobilitatis, vel juventutis cauſa nõ ſubjacent diſpoſitioni* l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. *C. 8. n. 27. pag. 53.*

*Vxori relicta cõpenſãtur cũ lecto, & veſtibus lugubribus, ei pro viduitate debitis, C. 25. n. 37.*

FINIS INDICIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EM. NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACH[illegible]E OR
Via Grande Archivio, 3 - Na[illegible]
Digitized by Google